¶ Veris aūt egritudines ⁊c. ¶ In tertia particula primo enumerat tredeciz egritudines vernales. ¶ Prima est egestio sanguinis cōmuniter dicta dissynteria que dupler existit: vna est epatica: alia est intestinalis. Prima contingit in vere ex multitudine sanguinis regurgitātis a venis ad epar: ⁊ ab epate ad meseraicas ⁊ a meseraicis ad intestina. Secunda in vere euenit ex reumate acuto de flegmate salso vel cholera descēdēte ad intestina ⁊ excoriante ea. ¶ Secunda est fluxus sanguinis narium. Et sub hoc intellige fluxum emorroydalem ⁊ mēstrualem superfluuz prouenientes in vere ex supabundantia sanguinis. ¶ Tertia est ebullitio melancholie existentis ꝛ natura cholere. idest cōmotio melancholie aduste ad efficiendum maniam. Juxta qō dici solet in dispositis. ad maniā moueri fabis florentibus. ¶ Quarta est apostemata maxime sanguinea. i. flegmones ꝛ sanguinis eruberātia. ¶ Quinta est carbūculi ⁊ sunt apostemata de sanguine grosso tēdēte ad adustionē facientia escaraz que quādoq; in vere fiūt ex corruptione sanguinis cōculcati pre multitudine ⁊ grossitie non sufficienter euentati. ¶ Sexta est fināces seu squinātie. s. apata gutturis impedientia cōiter viam aeris aut cibi. Et sunt in vere sepe mortalia ⁊ pernicioſa: q̄ pre multitudine materie strāgulāt recipiētia augmētū ex reumatibus continuis descendentibus ad guttur. ¶ Septima est alia apata: ficut pleureses peripleumonie obthalmie vdimie. ¶ Octaua est venarū fissure ⁊ maxime in pectoralibus: tuz ex multitudine sanguinis rumpente venas tunues que in pulmone sunt: tum ex tussis vehementia que sepe in vere contingit. ¶ Nona est sputū sanguinolētū qō cōiter vocatur emoptoica passio. Et dupl'r cōtingit. Uno modo ex fissura vel corrosione venarum pectoraliū. Scō ex apertione nimia ouificioꝝ venarū pulmonis que vbēt esse parua aeri ⁊ imparuia humori: ⁊ cū nimis apiunt parua fiunt vtriſq;. ¶ Decima est tussis q̄ fit ex humoribꝰ capitis liquefactis ⁊ cōmotis fluētibus ad pectus ⁊ ad arteriā vocalē. Et h̄ no. prin. vnū. s. q̄ in principio veris qō est hyemale seu sile hyemi disponēs patiētiū fissurā venarum ⁊ sputū sanguinolētum ⁊ tussim ⁊ ꝓpne ptisim. i. vlcus pulmonis male fiunt ⁊ aggreganť: quia nōdū diminute sunt humiditates in hyeme genite quas calor subtilis veris liquefacere incipit dilatare ⁊ cōmouere. ¶ Undecima est apoplexia. ¶ Duodecima est paralysis. ¶ Tertiadecima est dolores iūcturarū. Et hx tres vltie cōtingunt in vere flegmaticis: q̄ calor veris flegma genitū in hyeme ⁊ quietū liquefacit ⁊ dilatat ⁊ ad fluxū preparat. Et si fluat ad ventriculos cerebri ⁊ eos oppilet apoplexiā generat: si ad initium nuche paralysim inducit: si ad iuncturas artharum manuum aut pedum dolores arteticos seu guttosos. Secundo dicit q̄ fortes motus corporei ⁊ animales maxime super cibū: ⁊ comestio ꝛerum calefacientiū vt alliorū ceparum sꝑierū acutarū ducunt ad hoc. idest mouent flegma ad generationem apoplexie paralysis ⁊ guttarum: q̄ iuuant ver in liquefaciendo ⁊ cōmouendo flegmaticos humores. ¶ Sed instabis q̄ motus fortes sunt calefactiui ⁊ ꝛficcatiui: ⁊ ex consequenti diminuunt flegma: ⁊ similiter res calide comeste. Dic q̄ prius cōmouent ⁊ liquefaciunt q̄z ipsuz minuant: ⁊ quādoq; non sufficiunt vincere flegma: sed fluit ⁊ facit morbos predictos. ¶ Attende q̄ Hypo. tertio apho. aphorismo. 21. enumerat. 14. morbos veris dicens. Uere si quidem manie fiunt ⁊ melancholie ⁊ epilentie ⁊ squinances ⁊ sanguinis fluxus: ⁊ bāci: ⁊ couze: ⁊ tusses: ⁊ lepra: ⁊ lichines: ⁊ alphi: ⁊ rubores vlcerosi plurimi pustule ⁊ arteticē. Et intellige per alphi maculas cutis: quarum quedam sunt albe: ⁊ dicuntur alphosleucas: alie nigre ⁊ dicuntur alphosmelanas: vt ait Cassius felix. Et per lichines intellige impetigines: vt exponit liber de doctrina greca. Sed cum de vere naturaliter se habente fit hic sermo ⁊ tot ⁊ tam malas generet egritudines quomodo saluari potest q̄ ver sit sanissimū ⁊ minime mortiferum: nunquid manie melancholie ⁊ epilentie sunt seue egritudines maligne: ⁊ vix curabiles: nunquid squinantie appoplexie ⁊ lepre sunt mortifere.

¶ Dic primo q̄ ver de se est sanissimum: quia corpora temperata ⁊ bene cōmēsurata in suis humoribus manutenet in sanitate nullam in eis ex se generans egritudinem. Juxta illud Gal. cōmē. illius can. nūc alleg. Uere si quidē manifiūt. Ver enim si corpus equalr tēperatū humoribus inuenerit in eadē pfectione custodit: nec ex sui parte aliquid mali infert: autūnus vero estas hyems facit econuerso: quodlibet enim horum cum corpus inuenitat mundificatuz: ex sui tamē parte generat morbum: estas enim cholerā rubeam: hyems flegma: autūnus cholerā nigrā: hec Gal. ¶ Dic scō q̄ nihil phibet ver suam seruāre naturā generare multas ⁊ malas egritudines ex humoribus genitis ⁊ aceruatis in tribus prioribus. Juxta illud Gal. ibi. Uer idē facit in corpore qō exercitia vident facere que corporibus sunt sana: si tñ exerceātur plena flegmate vel q̄libet alio humore generanť in eis epilentie: apoplexie ex eorum exercitatione: aliquādo crepantur vene in pulmone vel febres nascūtur acute.

¶ Nulla aūt ⁊c. ¶ In q̄rta parti. dicit primo q̄. 5. fūt res que maxime preseruāt ab egritudinibus veris. Prima est flobothomia: nam sanguis in vere marime abūdat: cuius propria eūo est flobothomia: ⁊ virtus est tunc fortis faciliter tolerans eā. Scōa est inanitio. i. eūo cū vomitu vel secessu educēs hūores in tēporibus pcedentibus recollectos: vel tpe veris ex grapula genitos q̄ maxime ꝛgruit in vere pp liquefactionē ⁊ cōmotionē abundantiū humorum ⁊ fortitudinez virtutis ad tolerandū eā. Et in huius testimonū dixit Hypo. apho. 6. Qui buscunq; flebothomia aut pharmacia ꝛfert hos vere flobothomare aut pharmaciaz dare ꝛuenit. Et Gal. in cō. huius apho. ait. Opz ergo in veris initio purgare hos cum flebothomia si de plenitudine timeat: cū solutione ⁊ vomitu si de corruptis his humoribus diu. n. multos hmōi custodiui cū in singulis egrotarent annis. Tertia est diminutio cibi: vt nā diligentius occupetur in digestiōe: rectificatione: resolutione. ⁊ expulsione humoꝝ tribus alijs ꝛgregatoꝝ ⁊ vernalis prohibeatur ex crapula plenitudo. Rōnabiliter igitur hoc tpe statuit ecclesia q̄dragesimale ieiunium si debite obseruaretur cum moderata cibi parsimonia: non se replendo vna vice voraciter ⁊ ingluuiose multitudine fercu'orum vt venter tendatur ⁊ homo sibimet grauis somnolentus ⁊ hebes fiat: tale si quidem ieiunium mentem deprimit: vitia suscitat: a virtute deuiat: neq; laude: neq; premio dignū. ¶ Sed instabit aliquis auctoritate Hyp. apho. 1. dicentis. Uentres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt nā. ⁊ somni longissimi. In his igitur tribus ⁊ oblationes plures dande sunt: etenim innatus est calor multus: multo igitur indiget alimento: signum sunt etates ⁊ athlete. Dic q̄ in corpibus mundis repletione carentibus tam in quali q̄z in quanto tpe veris plus cibi dandum est pp fortitudinem caloris innati ⁊ virtutū circa cibum operantiū: ficut pueris ⁊ athletis se fortiter: ⁊ frequenter exercitantibus plus cibi conuenit q̄z senibus ⁊ occiosis. Dic scō q̄ raro cōtingit sana corpora tpe veris carere repletione. Tum pp hyemez que multiplicauit ⁊ constrinxit in interioribus humiditates. Tum q̄ filij huius tpis viuunt in suauitate luxuria ⁊ gulositate: conuenit igitur in vere diminuto comedendi. Quarta res est augmentuz bibendi: ⁊ forte hac de causa concedit ecclesia ieiunantibus in q̄dragesima bibere in vespere: sed comedere non. Et intellige hic q̄ in vere potus augeatur comparatione ad hyemem non ad estatem. Potus. n. triplex est effectus seu iuuamentum. Primus est misceri cibis: ⁊ aptare ipsos vt leuius chilozenť. Scōs est ducere cibos ad membra sua fluxibilitate. Tertius est irrorare caloreꝝ membroꝝ phibendo ne spta propriū humidum igniatur: q̄ ergo in hyeme multe humiditates a frigore aeris circunstantis ad interiora repellunť quodāmodo supplentes officium potus modicum tunc bibendum est. Sed inuere minuunť humiditates ab aere circunstāte ⁊ calor innatus est vigorosus multa indigens irrorationē. Quinta res est debilitatio ⁊ diminutio ⁊ temperamentum potus inebriantis. Debilitatio quidem cum aliquo reprimente virtutem ipsius inebriatiuā: vt sunt amigdale comeste ⁊ coriandrum conditum ⁊ caules post vinum sumpti diminutio vō fic q̄ parum sumatur ex tali potu. Tempamentū aūt. i. lymphatio dicēs fm fortitudinem vini. ¶ Attende q̄ potus inebriantes sunt vina fortia: mellicratum: nectar ypocras: cerusie fortes quales sunt anglie ⁊ hollandie: siccra: ⁊ oīs potus vehementer vaporosus: ⁊ marime vbi intrat lolium aut nigella. Secundo dicit prin. q̄ ver est vtile pueris ⁊ his qui sunt circa ipsos. s. adolescentibus qui sunt post pueros: ⁊ constitutis in etate concussionis qui sunt ante ipsos. Cuiusdē sententie meminit Hyp. apho. 3. apho. 19. dicens. Scōm tēpora quidem veris ⁊ extreme estatis pueri ⁊ eorum affines etatibus: ⁊ bene degunt ⁊ marime sani sunt. Cuius causam reddit Gal. in cō. q̄ simile suo simili custoditur. Uer ergo existens simillimum pueris optime conseruat eos. ¶ Sed instabit aliquis: q̄ pueri sunt lapsi ad humiditatem. Juxta illud prin. primi. 1. doc. 3. capi. 3. Puerorum corpora equali sunt humiditora: ergo tempus siccum plus: conuenit eis: vt preseruet eos ab vlteriori lapsu ⁊ reprimat propriū ipsorum lapsum. Dic q̄ lapsus puerorum ad humiditatez est eis necessarius ⁊ naturalis gratia cremēti non indigens repressione: ⁊ ideo pueri similibus regendi sunt nō contrarijs vt corpora lapsa contra naturam.

¶ Hyeme vero ⁊c. ¶ In hac parte tertia scōe partis primo agit princeps de causis meliorationis digestionis in hyeme. Secundo ꝛ repressione cholere constrictione materierum ⁊ necessitate vsus incidentium ⁊ subtiliantium in hyeme. ibi (Ipsa quoq;.) Tertio ꝛ egritudinibꝰ hyemis. ibi (Egritudinum vero.) Quarto ꝛ habitudine hyemis ad etates. ibi (Senibus vero.) Quinto ꝛ habitudine hyemis ad hypostasim sanguinem ⁊ flegma. ibi (In hyemem preterea.)

¶ In prima particula dicit q̄ in hyeme fit digestio melior q̄z in alijs temporibus propter quinq; causas. Prima est q̄ frigus aeris nos continentis coadunat intus calorem innatuz: quare fortior fit ⁊ non resolvitur. Secunda est: q̄ fructus in hyeme sunt pauci quorū plurimus vsus debilitat digestionem: q̄ super-

⁊

Universidad de Deusto
Biblioteca

fluitates ⁊ ventositates multiplicant maxime duz sunt recentes. Tertia est qz le
tiores cibi comeduntur ab hominibus in hyeme. Quarta est: qz motus post re-
pletionem in hyeme pauciores fiunt: qz cõmuniter vie sunt lutose: ⁊ aer ventosus vel contristans frigiditate aut tenebrositate. Quinta est: qz homines in hyeme vtuntur ad calefacientia celebratis digestionibus cõmunibus vt calore talũ locorũz iuuetur penetratio ⁊ attractio nutrimenti ad membra. ¶ Attende hic qz in gallijs ⁊ in his inferioribus regionibus tertia ⁊ quinta cause cõmuniter non habent cursuz. Nõ enim vtuntur cibis leuioribus in hyeme sed grossionibus vt azimis panibꝰ caulibus carnibus porcinis: bouinis: apanis: ⁊ leporinis: auibus aquaticis: omasio: ⁊ similibus que ex visceribus animaliũ fiũt. Nec digestionibus cõmunibus celebratis transeũt ad loca calida: neqz fricantur aut balneantur gratia attractionis nutrimẽti ad membra: sicut olim mos erat apũd arabes ⁊ grecos. ¶ Et circa hoc insurgit qõ duplex. Prima est: si cibis leuioribus vtendum sit in hyeme q̃z in estate. Secunda si conferat ad custodiaz sanitatis se transferre hyeme ad loca calida. ¶ Ad primam dic primo qz cibi leues facilis digestionis comptunt hyeme ⁊ estate. Hyeme quidem: qz tunc de leui accidunt oppilationes: ⁊ flegma augetur: ⁊ egritudines flegmatice multiplicantur que magis contingunt ex vsu grossorum ⁊ grauium cibariorum q̃z ex vsu leuium. Estate vero quia innatus calor est dispersus debilis ⁊ digestiue virtutes tam propie q̃z cõmunes sunt multum debilitate. Jd testatur princeps secunda parte cantice cantico. 20. dicens. Tempore quidem estiuo est cibi quantitas minuenda: estqz tunc ad subtiliter nutrientia declinandum: vnde vitande sunt tunc carnes grosse: ⁊ vtendum est oleribus ⁊ lactis speciebus. Dic secundo qz grossiora cibaria conueniunt in estate q̃z hyeme ũmodo sint talis grossitiei qz vigeri possint: qz prebent nutrimentum firmius ⁊ magis resistens resolutioni que tunc est maxima ⁊ minus conuertibile in choleram que estate abundat. Dic tertio qz cõmuniter ⁊ vt in pluribus grossa cibaria digeruntur melius in hyeme q̃z in estate propter fortitudinẽ maiorem caloris innati ⁊ digestiue virtutis: ⁊ ideo cõmunius homines huius regionis in grossis delectati cibis grossionibus vtuntur hyemali tempore ⁊ propter delectationem: ⁊ qz melius eos digerunt ⁊ tardius eis nocent. ¶ Ad secundam questionem dic primo qz volentibus balneari vel fricari in hyeme ante cenam confert ad custodiam sanitatis se transferre ad loca calida: qz si fricatio vel balneatio tunc corporis fieret in locis frigidis nudatum corpus statim lederetur a frigore aeris. ¶ Attende hic qz mos olim fuit in grecia ⁊ arabia qz homines ante comestionem nocturnam celebratis digestionibus cõmunibus cibi priotis intrabant loca calida que balnei casas appellabant: ⁊ ibidẽ spoliati fricabant vndiqz precipue illi qui ꝓpter occupationes anime corporis exercitijs intendere non valebant vt superfluitates resoluerentur: ⁊ nutrimentum digestũ traheretur ad mẽbra. Dic secũdo qz in hyeme ⁊ regione vehementis frigoris confert etiã nolentibus balneari vel fricari celebratis digestionibus cõmunibus subintrare loca calida propter resolutionẽ superfluitatum ⁊ attractionem nutrimenti ad membra: maxime his qui vel nolunt vel cõmode nequeunt vt cõueniẽt exercitari. Dic tertio qz in hoc casu camerule bene clause cum camino liberi ignis sunt preeligende stuphis alemanie: qz suus aer liberior est ⁊ magis ab igne mũdificatur ⁊ minus inficitur anhelitibus ⁊ alijs corruptionibus conuersantium ⁊ inhabitantes partes quas voluut applicant calori ⁊ quas nolunt non.

¶ Ipsa quoqz choleram ⁊c. ¶ In secunda particula dicit qz hyems plus ceteris temporibus debilitat idest reprimit ⁊ minuit choleram. Primo qz aer hyemis est frigidissimus. Secundo quia dies suus est breuissimus puto octo horarum circa solstitium hyemale in hac regione. Tertio quia sua nox est longissima scilicet xerdecim horarum apud nos circa dictum solstitium: breuitate ergo diei qui generationi ⁊ dominio cholere plus aptatur non potest cholera multiplicari ⁊ noctis prolixitate flegma multiplicatur quod choleram reprimit. Secundo dicit qz hyems plus ceteris temporibus constringit materias humorales que in corpore sunt: ⁊ non solum humorales: sed etiam vaporosas ⁊ fumosas: ⁊ membra mollia ⁊ vias corporis quare disponuntur ad oppilationes naz frigidi est congregare ⁊ constringere. Tertio dicit qz plus oportet hyeme q̃z ceteris temporibus vti incisiuis ⁊ subtiliantibus: vt petrosilino: anisso: carui: feniculo: sinapio: nasturtio: allijs: cepis: specibus acutis: sale: vino albo: ⁊ similibus vt humores densos ⁊ viscosos incidant ⁊ subtilient: ⁊ vias constrictas vel oppilatas aperiant.

¶ Egritudinum vero hyemalium ⁊c. ¶ In tertia particula dicit primo qz plurime ex egritudinibus hyemalibus sunt flegmatice. Secundo dicit qz flegma in hyeme multiplicatur. Tertio dicit qz vomitus hyemis vt plurimũ sunt flegmatici. ¶ Sed hec tria contraria videntur ei quod dictum est in principio huius scilicet qz hyeme ad digerendum est melior: flegma enim est sanguis diminute coctus: ⁊ multiplicatio eius attestatur diminute digestioni. Item iam dixit princeps qz gens in hyeme non comedit nisi leuia nutrientia: sed ex talibus non solet flegma multiplicari maxime cum calida esse debeant. Item ventres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura: sed efficiens causa flegmatis est caliditas abbreuiata: vt ait princeps primi ꝑma doctrina quarta capitulo secũdo. ¶ Ad primum dic qz in sanis temperatis mensurate viuentibus in hyeme fit optima digestio ⁊ nutritio ⁊ non multiplicatur in ea flegma neqz flegmatice egritudines: neqz flegmaticus vomitus: sed caro ⁊ sanguis. Jxta illud Galeni aphorismorum prima cõmento illius canonis. Ventres hyeme ⁊ vere. Calor naturalis maxime hyemalis necessario augmẽtat appetitum: consortat digestionez: sanguinem auget in corpore. Et paulo post subdit. In hyeme corpus magis nutritur: caro augmentatur: sanguis multiplicat ordinatione modũ nõ excedẽte: si enim hec turbet. s. ordinatio diete cõuenientis omnia cõtraria sequuntur: hec Galenus. Sed quia paucissimi ratione ⁊ mensura viuunt: ⁊ plurimi more bruto

ꝑterea qz frigus caloris inati substantiam comprebẽdit: vnde fortior efficitur ⁊ non dissoluitur: ⁊ ideo qz fructus sunt pauci: ⁊ gens non comedit nisi leuia nutrientia: ⁊ qz hominum motus post repletioné est paruus: ⁊ qz ad loca ingrediuntur calefacientia. ¶ Ipsa quoqz cholerã plus debilitat q̃z oia tpa sua frigiditate ⁊ sui diei breuitate ⁊ sue noctis prolixitate. Et ipsa est magis cõstringens materias. Et in ipsa est plus necessarium sumere ea que incidũt ⁊ subtiliãt. ¶ Egritudinum vero hyemaliũ plurime sunt flegmatice: ⁊ in ipsa flegma fit multum: ⁊ plurimum qõ est in eo quod vomitu expellit̃ est flegma. Colores quoqz apostematum in ea ꝑm plurimum ad albedinez trahunt. Et in ipsa abundat catarrus. Et incipit catarrus cum aer autũnalis mutaꝛ. Quez postea sequunt̃ apostema lateris: ⁊ apostema pulmonis: ⁊ raucedo: ⁊ dolores gutturis. Deinde accidunt dolor lateris ipsius ⁊ dorsi ⁊ neruorum nocumenta ⁊ capitis dolor chronicus: immo apoplexia ⁊ epilentia. Et hoc totum ꝑterea qz materie constringuntur flegmatice: ⁊ qz multiplicantur. ¶ Senibus vero nocet hyems: ⁊ eis similiter qui eis similes existunt: sed medijs iuuamentũ ꝑstat. ¶ In hyeme preterea hypostasis in vrina multo dicit qz colores apostematum in hyeme vt plurimũ tendunt ad albedinez: qz color cutis nãliter est albus: ⁊ frigus extrinsecũ repercutit ad intra materias apostatum solitas tingere cutem ꝑm suum colorez: nisi cũ materie sunt fortiter infiltrate circa cutem. Quinto dicit qz catarrus abundat in hyeme: ⁊ cõiter incipit in fine autũni. s. qñ autumnalis aer incipit mutari ad nãm hyemis. Abundat quidem in hyeme: qz vapores lati ad cerebrũ velut ad caminuz corporis non inuenientes liberum exitum propter circunstantiam frigoris recidunt inferius: ⁊ inspissati generant catarros. Et iterum frigus circunstantis aeris vel per nares tracti ad cerebrum qñqz constringit ipsum tali violentia qz excutit ab eo humiditates velut a spongia madida manibus compressa. Incipit autem tempore quersionis autũni ad hyemem: qz tunc corpora rarificata ⁊ assueta digere in aere calo cito penetrantur ⁊ ꝓtinuntur a frigore hyemis. Certo dicit qz pleuresis peripleumonia raucedo ⁊ dolores gutturis sequunt̃ catarruz. Nã si mã catarri fluat ad panniculos tegẽtes costas ⁊ eos imbibat efficiet pleuresim: si ad pulmonem peripneumoniam si ad interiora vocalis arterie difformiter fluat raucedinem inducet: si partibus imbibatur gutturis dolores ibi excitabit. ¶ Attẽde ꝺ qz mẽbra spũalia frequentius alijs in hyeme leduntur: qz defendi nõ commode ꝓnt ab aeris frigiditate: quemadmodũ alia. Jxta illud Gal. 3. apho. cõ. illius can. Hyeme vero pleuretides peripneumonie. Cum. n. omnia membra a frigiditate aeris possint defendi. ꝺ nullatenus in instrumentis spũs fieri põt vnde ⁊ dolores lateruz ⁊ tusses fiunt. Septimo dicit qz ꝓter in hyeme accidũt dolores laterum. s. vel laterum pectoris ꝓp frigidum aerem ꝓtinue inspiratum ⁊ ꝓp catarros vel hypocondriorũ ꝓp oppilationes ex grossis humoribus ⁊ ventositates a frigore coartatas ⁊ dolores dorsi: tunc etiam accidunt ⁊ nocumenta neruorum qz dorsum cõstat ex ossibus: nucha: neruis: panniculis: ligamentis: quibus omnibus frigiditas hyemis ꝺriatur. Jxta illꝺ Hyp. apho. 5. apho. 15. Frigidũ inimicuz est neruis: ossibus: dẽtibus: cerebro: spinali: medulle: calidũ vero vile ⁊ amicũ. Accidunt ẽt in hyeme dolor capitis chronicus. i. diuturnus ⁊ apoplexia ⁊ epilentia ꝓp multiplicationem materierũ flegmaticarum ⁊ ꝓpter frictionem earũ in cerebro a frigore hyemis. Eadem fere egritudines Hyp. attribuit hyemi. 3. apho. cañ. illo. Hyeme vero pleuretides pipleumonie branchi: corize: tusses: dolores pectorũ: laterũ ⁊ lumborũ capitis: vertigines ⁊ apoplexie.

¶ Senibus vero ⁊c. ¶ In. 4. parti. dicit primo qz hyems est nociua senibus ⁊ eis similibus. s. melancholicis naturalibus qui sunt frigidi ⁊ ficci: ⁊ debiles: vt senes. Secꝺo dicit qz hyems conferunt iuuenibus quos vocat medios: qz medij sunt inter adolescentes qui crescunt ⁊ senes qui decrescunt. ¶ Instabit aliquis contra primum: qz hyems ꝓfortat calorem naturale ⁊ virtutẽ digestiuã quo maxime indigent senes ⁊ melancholici. Item hyems humectat ⁊ prohibet resolutionem humidi radicalis. ¶ Contra secꝺm arguet aliquis qz iuuenes sunt tẽperatissimi omnium: vt. s. declaratum est. c. de etatibus. Indigent ergo tpe conseruante eos in sua temperie: sed conseruatio fit a simili: sicut cura a ꝓrio: non ergo hyems confert eis: sed potius ver. ¶ Ad primuz dic qz hyems in senibus ⁊ melancholicis non ꝓfortat calorem innatum: sed debilis extrinsecus obtunditur ⁊ penetratur a frigore hyemis. Ad ꝓfirmationem dic qz hyems. humectat humiditate aduentitia qua non egent senes: immo in hac abundant ꝓ via indigẽnie: sed indigent humiditate substantifica nutrimentali quaz nõ prebet eis hyems. ¶ Ad secꝺm dic primo qz iuuenes temperati in cõplexione ⁊ humoribus optime se hñt in vere: ⁊ nihilominus hyems eis iuuamentum prestat: qz confortat eorum calorem innatũ ⁊ digestiones corroborat. Dic secꝺo qz iuuenes fortitudine caloris innati coniuncti sicco ⁊ multitudine motionum plus alios abundãt in cholericis humoribus quos reprimit hyems ⁊ prohibet multiplicari. Jxta illud Gal. 1. apho. cõ. 19. illius cañ. Secũdũ tẽpora quidem veris senes ex sue cõplexionis frigiditate adiuuant̃ estiuo calore: ⁊ filr perfecti in iuuẽtute hyeme cõtraria sue cõplexioni cholera rubea sibi dominante.

¶ In hyeme ⁊c. ¶ In. 5 parte dicit primo qz hypostasis in vrina multiplicatur in hyeme vlusqz in in estate. Secꝺo dicit qz vrine quãtitatis est maior in hyeme. Tertio dicit qz sanguis in hyeme minuit̃. Quarto dicit qz in ea flegma multiplicatur. Primi causa est: qz materia hypostasis in estate partim calore aeris cõsumitur: partim trahit ad exteriora. In hyeme vero remanẽs in venis digerit ⁊ dealbat: ⁊ conuertit̃ in substantiã mediã inter sanie ⁊ bonos humores ⁊ velut inutilis ad nutritionẽ cũ vrina expellit̃. Jxta illud Gal. 1. pno. cõ. vlti. Et causa iterũ in sedimine albo qõ residet in vrina est hec causa eadẽ: qõ est qz euent⁹ ei⁹ est similis euentui sanie quoniã est mediũ inter saniem ⁊ inter humores naturales: qõ est qz res que refugit naturã: vt operetur in ea ex cibo apud cõuersionẽ suã ad sanguinẽ residet in vrina: nõ ergo alteratur ab ea ⁊ fit sanguis: nec est sicut sanies cãe: cuius efficienti eam permixta est dispositio extra naturã. Secũdi causa est. s. qz vrina augeꝛ: qz neqz fudoribus ad exteriora trahit aquositas sanguinis

guinis vt in estate neqz cõtinentis calore cõsumitur: sed ab humoribus frigore crpumpf cũ vina transfes. Juxta illud qõ dicebaf in prin.hums.c. Frigidus ve ro aer cõstringit z vinã efficit multaz:ideo qz humores constringit:z ppterea qz in sudore parũ resoluunf. Tertiz z quarti.s.qz sanguis minuaf z flegma auge tur cũ est crapula in supfluitate ciborũ vsus grossorũ paucitas exercitij supflui tas somni que flegma augẽt z sanguinis bene cocti multiplicationem phibent.

C Attẽde qz Bal.1. apho. cõ.15. illius can. Ventres hyeme: videtur cõtrarius prin.in.2.z.3. horũ dictorz. Ait.n.ibi. Hoc tempore. i. hyemali augmentaf calor in interiori corpore z somnus fit lõgissimus supfluitas tertie digõnis expelliẽ quãtus non sentiatur: fumosa enim cũ ambelitu: grossa vero cũ vina egreditur hypostasis quoqz vine fe culẽtor est in hyeme qz in estate:z quãtitas minoraf vine: corpus magis nutri tur: caro augmentaf: sanguis multiplicaf ordinatione modum non excedente: si enim hec ordinatio turbe tur omnia cõtraria sequũtur. Sed quo ad mioratio nem quãtitatis vine dici põt qz in hyeme minoraf plus qz in estate compara tione habita ad calorẽ ina tum cõsumentẽ z insensibi liter resoluentẽ aquositatẽ sanguinis qui fortissimus est in hyeme. Sed alijs de causis modo tactis in hye me multiplicaf vina: sup posito moderato vsu potus in vtroqz tẽpore. Et quo ad multiplicationẽ sanguinis dic vt prius: qz in tẽperatis modeste viuentibus san guinis in hyeme multiplicatur. Sed in crapulosis vtentibus cibarijs grossis flegma multiplicatur propter causas tactas.

titudo existit cõparatione estatis z eius quidẽ quantitas est maior: z mĩuitur in ea sanguis: z augetur flegma. C In esta te vero cholera augetur rubea: sz postea in eius fine cholera augetur nigra: pro pterea qz subtile resoluitur z grossum re tinetur z constringitur. Et inuenies se nes z eos qui eis assimilãtur in estate fo rtiores. Et estas quidem humores resol uit z virtutes debilitat z operationes na turales causa multe resolutionis: z citri nat colorem ,pterea qz resoluit illud qõ ex sanguine attrahit. C Egritudinum qõqz tempora in ea abbreuiantur. Si.n. virtus fortis fuerit aerem inueniet ad re soluendũ adiuuantem: z ad egritudinis materiã maturãdũ: z expellet eam extra. Quod si debilis fuerit calor aeris addet ei debilitatem ,pterea qz laxat: z destrue tur z morietur eger. Amplius estas cali da z sicca cito incidit egritudines: humi da vero est masticans: vnde suarum egri tudinuz tempora prolongantur: ideoqz

C In estate vero zc. C In hac pte.4.primo agit prin.de effectibus estatis cir ca humores: etates: virtutes: opationes z colores. Secũdo de effectibus eius cir ca durationes egritudinũ z suorũ tẽporũ. ibi (Egritudinũ quoqz.) Tertio de egritudinibus estuis. ibi (Estiue vero.) Quarto de effectib9 estatũ vernalis me ridionalis z septẽtrionalis. ibi (Cũ vero estas.) C In.1.parti.dicit cholera ru. augetur in estate: sed in fine estatis augeẽ cholera nig.s.melãa adusta: qz partes subtiles cholere rubee resoluunf z grosse manent cõstricte cõpacte z terrestres.

C Sed instabit aliquis qz causa efficiens cholere rub.est calor igneus super fluus z proprie in epate vt ait prin.primi.1.doc.4.cap.2. Sed calor epatis est de bilior in estate qz in alijs tẽporibus. Juxta illud Bal.apho.1.cõ.15. illius cano. Ventres hyeme z vere. Calor in hyeme interiora ingredif z ibidez adunaf. In estate vero sue similitudini congaudens z exteriora petens dissoluitur z in cor pore minoratur: ergo non multiplicabit cholerã. Dic qz licet epar estiuo tẽpore sit minus caliduz calore ĩnato qz tempore hyemis. calidius tamẽ est calore con flato ex innato z celesti simul a quo generatur cholera z sanguis cholerizatur. Secundo dicit qz senes z sibi similes vt melãcholici naturales inueniunf fortio res in estate. Tum qz calor eorum ĩnatus debilis existens a solari calore vigora tur z excitatur: tum qz superflue humiditates in eis p viã indigestionis collecte caloꝛẽ ĩnatum lxbetantes caliditate z siccitate estatis consumuntur. Tertio di cit qz estas resoluit humores suis: vz caliditate z siccitate z debilitat virtutes z operationes naturales virtutũ: qz superflue resoluit spiritus z caloꝛẽ ĩnatũ qui sunt infra virtutũ z operationũ. Quarto dicit qz estas citrinat colorem humа ne cutis qz resoluit illud qõ attraxit ex sanguine ad cutẽ. Omnis.n. calor actua lis fortis ab extra cuti occurrẽs: primo rubificat attrahendo sanguinẽ vt stuphe z balnea: sed diu pseuerans cutẽ citrinat: qz cholerizat sanguinẽ attractum z re soluit partes eius subtiles: in quibus fundatur viuax splendor eius.

C Egritudinum zc. C In.2.parti. dicit primo qz tẽpora egritudinũ ,abbreuan tur in estate. Et istud intellige tam de temporibus totalibus durationum egri tudinũ qz de partialibus. s. principio: augmento: statu: z declinatione earuz. Cu ius cãm reddit: qz si virtus egri fuerit fortis caliditas estatis iuuabit eam ad re solutionẽ z maturationẽ z expulsionẽ materie egritudinis: z si virtus egri fue rit debilis calor estatis augebit ipsius debilitatem relaxando z dissoluẽdo: z sic eger destruetur z morieẽ. C Instabit aliquis: qz egritudines estatis sunt vt plu rimum cholerice: sed cholere maturatio est inspissatio sicut prius declaratũ est. Estas vero non inspissat humores: imo subtiliat: quare non abbreuiat egritudi nes. C Dic primo qz in egritudinibus cholericis quarũ crisis est ventura cũ re solutione insensibili: vel cũ sudore maturatio mãe nõ est inspissatio sed subtilia tio cũ maturatio fit ,pparatio ipsius ad facilẽ expulsionẽ. C Dic secõ qz in egri tudinibus quarũ materie saniose fiunt calor estatis festinat in eis generationẽ saniei que partim fit a naturali calore: partim ab extraneo: vt Bal. affirmat vlti mo cõmento primi ,prosticoꝝ. C Dic tertio qz calor estatis iuuat vt in plurib9 ad abbreuiationẽ egritudinũ materialium eueniẽtium in ea: tum resoluendo partem materie: tum aperiendo sibi vias ad exitum facilem. Secũdo dicit mo derando z declarando primũ dictum qz estas calida z ficca cito incidit id est ve lociter amputat vel destruit egritudines. Sed estas humida mastficat eas: id est lente non cito operatur in eas: z ideo tempora egritudinũ in estate humida p longãtur: z ppter hoc multa vlcerum estatis conuertũtur ad herpetem estiome num id est apostema cholericũ totam vlcerans cutem vsqz ad carnem ei suppo sitam. Jurta illud Bal. lib. de apostematibus ad glauconẽ capitu. 1. distin. ,pma. Sola autẽ excreta id est expulsa cholera: z sm aliquam particulam stante herpes nominatur. Si quidem deniqz grossa consistentia fuerit totam vlcerat vsqz ad suppositam carnem cutim. Et vocat hos Hyppocras estiomenos herpetes: hec Bal. Sed estiomenus est dissipatio substantie membri ex putredine cum fetore cadaverali. Et forte qz z hoc presens textus intelligitur: qz humiditas estatis cum fort. eius calore plus disponit vlcera ad malam putredinem qz ad corrosio nẽ adustiuam. Accidunt etiam in estate humida hydropises lyenterie z fluxus alij vẽtris diuturni. Ad quorum generationem iuuant humores fluẽtes a supe rioribus marime a capite ad inferiora qui peruenientes ad stomachum quan doqz generant lubricitatem lyentericam: z peruenientes ad intestina vel anum diariam aut tenasmonez: z peruenẽtes ad vias stric tas epatis oppilationem z ex ꝛsequenti hydropisiz.

plurimum vlcerum ad herpetem estiome nũ perueniet. Et accidũt in ea hydropi sis z lyẽteria z lenitur natura. i. anus. Et ad hoc totũ adiuuant humores multi qz superioribus ad inferiora descẽdũt z p prie a capite. C Estiue vero egritudines sunt sicut febres tertiane: z sinoch°: z cau son: z corporis extenuatio. Et ex dolori bus dolores auris z obthalmia: z in ea multiplicanf proprie cũ non fuerit vento sa herisipila z bothor que sunt eius natu re cuius est ipsa. C Cũ vero estas fuerit vernalis erũt febres bone dispositionis nõ habentes asperitatẽ z acuitatẽ siccã: z multiplicabitur in ea sudor: z expecta bitur in crisibus ,pterea qz caliditas z humiditas huic proportionantur: quo niã caliditas resoluit z humiditas laxat z poros dilatat. C Cũqz estas fuerit me ridionalis multiplicabuntur in ea morta litates z egritudines variole z morbilli. C Septentrionalis vero estas est sana: ideoqz exprimẽdi egritudines in ea mul

C Estiue vero zẽ. C In tertia particu. numerat. 8. egritudines solitas cõtingere in estate que suam ser uat naturã. Prima est feb. tertiana ,pter multiplica tionem cholere in ea: quã cum natura debilis z reso luta regere nõ possit: z ex pellere destituta a regimi ne nature putrefit: vel itra magnas venas: z facit ter tianam continuam: vel ex tra: z facit interpolatam. Secũda est sinochus. i. feb. ex sanguine inducta: quaz efficit estas in sanguineis inducendo ebullitionez in sanguine superabundan te. Tertia est causon: z est febris ardens ex cholera putrida in venis propẽ cor vel ex flegmate salso. Cui9 putredinis z ebullitionis causa potest esse aer vehe mẽter calidus inspiratus cum diminutione vel defectu debite euentationis hu morum que putrefiunt. Quarta est emacratio cor poris vel ethica: quam inducit estas in cholericis raris. Quinta est dolor au ris ,pter abundantiam cholere in capite expulse ad aures: sicut enim p palatũ z nares superfluitates flegmatice cerebri purgantur sic cholerice per aures. Sexta est obthalmia. i. apa cõiunctiue oculi: qõ efficit cõmouendo cerebrum z humores eius: qui puenientes ad oculum obthalmiam inducunt aut aliũ ocu li morbum. Septima est herisipila. i. apostema cholericum quã generat estas ma rime cum non fuerit ventosa ex abundantia cholere. Et intellige cum non fue rit ventosa vento alio ab australi. Auster enim nõ prohibet generationem heri sipile: sed alij venti marime boreas z sui collaterales: impediunt reprimendo choleram z temperando ardorem. Octaua est bothor. i. parue eminentie simi les herisipile vt morbilli formice propter similem causam. C Attende qz Hyp. apho.3. multas ex his egritudinibus: z alias plures estati attribuit dicẽs. Esta te vero quedam horum vz morborum veris fiunt z febres continue: z causon z tertiane plurime z vomitus z diarie z oculorum z aurium dolores z oris vlce rationes z putredines pudendorum. s. veretri z vulue z partium circũiacentiuz z desudationes. i. parue pustule quasi de sudoris materia facte.

C Cum vero zc. C In quarta particula primo agit de estate vernali. Secundo de meridionali ibi (Cunqz estas.) Tertio de septẽtrionali ibi (Septẽtrionalis vero.) C In prima parte dicit primo qz quũ estas fuerit vernalis. i. veri similis in caliditate z humiditate quasi temperata febres que fient in ea erunt bone di spositionis. i. remisse malicie facile sanabiles non habentes asperitatem. i. seuam afflictionem vel asperitatez cutis faucium z lingue pre siccitate z acuitatez siccam. i. inflammationem vehementer desiccantem. Secõ dicit qz in tali estate multiplicatur sudor in febribus z in eis expectatur crisis per sudorem: qz calor z humiditas proportionatur sudori z crisi sudorali. Nam caliditas resoluit z tra hit ad cutem ex humoribus vapores qui sunt materia sudoris. Humiditas vero poros relaxat z facile dilatabiles reddit ad exitum sudorum. Eiusdem senten tie meminit Hyp. apho.3. dicens. Cum estas fit verisimilis sudores in febribus multos expectare oportet.

C Cunqz estas zc. C In secunda parte dicit qz si estas fuerit meridionalis. i. calida z humida pp abundantiam ventorum australium seu meridionaliũ vel aliter pestilẽtie multiplicabuntur in ea z morbilli z variole que sunt prefagia fu ture pestis significantia ebullitionem sanguinis z male putredinis initium. In tali nãqz estate faciliter putrefit z corrumpitur aer qui attractus ad cor sanguinem inficit z spiritus vitales sua venenositate virtutes deijciens. De hac con stitutione temporis ait Hyp. apho.3. apho.6. Australine vero dissoluunt corpora z humectant z capitis dolores z graues auditus: z vertigines faciunt in oculis: z in corpore difficiles motus z ventres humectant.

C Septentrionalis vero zc. C In tertia dicit primo qz si estas septentrionalis fuerit. i. declinans ad frigidum z siccum vel ex abundantia ventorum borealiuz seu septentrionalium flantiuz in ea vel alter ipsa est sana: qz deficcat superfluita tes corpis z membra fortificat stringit z vnit: z ideo egritudines exprimẽdi mul tiplicantur in ea. Jurta illud Hypo. apho.3. apho.16. Constitutiones vero quot tidiane z boreales corpora quidem constituunt fortia z bene mobilia z bene co lorata z melius audientia faciunt z ventres siccant z oculos mordẽt z circa tho racem dolores faciunt: z si quid prius est dolendum magis dolet. C Secundo dicit qz egritudines exprimendi prouenientes: in estate septentrionali sunt que fiunt ex materijs liquefactis ab aliquo calore manifesto: vel occulto: quem fri giditas percutit z membrum stringit z materias quas continet ab eo exprimit: sicut reumatismi tusses raucedines asmata peripneumonie pleureses z alie si miles a reumatibus gemite. C Tertio dicit qz estas septentriõalis ficca prodest flegmaticis z mulieribus: qz rectificat lapsus eorum ad humiditatem z consu mit superfluitates in quibus abundant. Sed in cholericis vel cholera repletis inducit opthalmiam siccam z feb. acutas longi temporis z constrictionem cho lere ex adustione z ex superatione cholere nigre. Et intellige per opthalmiaz sic cam apostema coniunctiue oculi ex ficco humore vel sine sanie z lippitudine: qõ

generatur in estate septētrionali in cholericis expressione cholere a cerebro ad oculum. Et per feb. acutas longi temporis intellige acutas conuersiuas seu tendentes ad chronicas ⁊ diuturnas quales sunt ille que.20.die terminari solent. Et estas septētrionalis est causa talium: qz prohibet humores per sudorem euaporari ⁊ conculcat eos. Uel dic qz hic littera est effectuosa: ⁊ loco huius: ⁊ feb. acute longi temporis: debet hoc scribi: ⁊ febres acute ⁊ coruze longi temporis: ita qz translator vel forte scriptor omisit hic: ⁊ coruze. Quod scire potes ex apho. illo Hypo.3.particu.apho. 15.vnde princ. tractt hanc litteram. Si vero boealis fuerit ⁊ inaquosa humidis quidem natura ⁊ mulieribus confert: reliquis vero obthalmie erunt ficce ⁊ fe. acute ⁊ coruze diuturne q- busdam vero ⁊ melancholie. Idem affirmat Gal. in cō. Et intellige per constrictionem ex adustione cholere oppilationem vel constrictionez ex cholera grossa adusta: cuius subtile cōsumitur aut exprimitur ab estate septentrionali ficca. Iurta illud Gal. cō. nunc allega. Subtilis ⁊ aquosa cholera desiccatur ⁊ consumitur cum grossa ⁊ acuta permaneat. Et per exuberationem cholere nigre intelige multiplicationem melancholie: tū ex causa nunc dicta: tum ex conuersione sanguinis ad melancholiā per consumptionem ⁊ expressionem suarū partium subtiliū ab estate nunc dicta. Iurta illud Gal. statiz post verba eius modo allegata. Idem etiam de sanguine intelligendum est. s. qz eius subtile consumitur ⁊ grossum remanet.

¶ Autūn⁹ vero tē. ¶ In hac parte quinta secunde partis primo agit prin. de malitia autumni ⁊ causis eius. Secundo de habitudine eius ad etates. ibi (Et principium quidem.) Tertio de egritudinibus eius. ibi (Autūni autē egritudines.) Quarto quibus egris autūnus exterior est ⁊ quis autūnoruz melior est: ⁊ quis peior. ibi (Autūnus preterea.) ¶ In prima parti. dicit qz in autūno multiplicant egritudines ppter sex causas. Prima est inequalitas siue complexionis. Nam in eo dies sunt estiui ⁊ noctes hyemales. In autūno ergo de die multum incedit homo sub sole calido: ⁊ de nocte peruenit ad frigus qō penetrat ipsuz iā rarificatū calore diei. Scda est abundātia fructuū in estate: quorū vsu multiplicant in corpore mali humores ppter debilitatē virtutis non valentis eos regere ⁊ dispōne eorū ad corruptionē: ⁊ ideo prohibet fructus in febribus prin. 4.1. trac.2.c.7. dicens. Et omnes fructus nocent febricitāti cum ebullitione ⁊ corruptione sua in stomacho. Tertia est malitia humorū in autūno. Primo pp mala cibaria que tūc comedunt: sicut vue recentes ficus persica. Scdo qz tūc temporis subtiles humorū partes resoluunt ⁊ grosse remanēt. Tertio qz qō remanet ex grossis adurit pp calorē estiuū vigentē in meridie dierū autūnaliū: ⁊ qz iam ad hoc preparauit eas estas. Quarta est qz cū ebullitio aliqua acciderit ī humoribꝰ: ideo qz natura querit eos resoluere ⁊ expellere calore diei coadiuta frigus noctis supueniēs reducit eos ad intra cū cōstrictione. Quinta est multa sanguinis diminutio in autūno q est thesaurus nāe mā spirituū fomentū oiuz mēbrorū ⁊ caloris inati substētaculū. Autūnus. n. sanguini cōtrarius est ex vtraqz qlitate: quare nō iuuat sed nocet ad generationē sanguis: ⁊ estas pterita iam multū ex sanguine resoluit ⁊ minorauit. Sexta est qz in autūno cholera rubea remanēs ex estate accrescit. i. multiplicat. Et silr ēt cholera nig. q multiplicata fuit in estate: qz subtile humorū resoluit a fortitudine caloris estiui ⁊ grossum fit cinis. Et multiplicat in estate cholera ni. iō qz estas cōburit humores ⁊ autūnus facit ex eis cinerē: qz illud modicū humiditatis qō remāserat in humoribꝰ ab estate autūnus cōsumit sua siccitate ⁊ meridiano calore. Et cū cholera rub. ⁊ ni. adusta superexcrescētes sint humores acuti ⁊ trarij nāe reddūt autūnū morbiferū ⁊ mortiferū teste Hypo. apho.3. dicēte. In autūno acutissime egritudines fiunt: ⁊ maxime mortifere. Et Gal. in cō. illius ait. Autūnꝰ acutorū morborꝫ est generatiuꝰ ⁊ pestilētior aliis tēporibus. Primo qz aliqñ eadē die frigus aliqñ fit estus. Secūdo qz cū fit post estatē inuenit inꝰ multis corporibꝰ chimos incēsos: ⁊ in qbusdā virtutē exectā: neqz sm hoc ēt solū sed anteqz veniāt chimi ad cutē mouent vt dissoluant. Sz iste veniēs pp frigiditatē suā in interioribꝰ corporis eos recludit: que qz vlr facit: facit in oibus hominibꝰ: particulr vero in male dietātibꝰ ex multis fructuū comestionibꝰ qbus mali chimi abūdāt in interioribꝰ corporis.

¶ Et principiū tē. ¶ In. 2. parti. dicit qz principiū autūni cōfert quodāmō senibus: sz finis ipsiꝰ est valde nociuus eis. Cuius rō est: qz ꝓncipium autūni est sile estati: ⁊ iam dicta est estas cōferre senibus excitādo ipsorū caliditatē ⁊ cōsumendo humiditates in quibꝰ per viā indigestionis abūdant. Sed finis autūni sua frigiditate nocet eis: ⁊ multitudine melācholie ⁊ humiditate aduēticia acquisita et appropinquatiōe ad hyemē. Et breuiter autūnus est vir omni homini malus cuiuscūqz fuerit etatis. Iurta illud Gal. 3. apho. cō. illius cañ. Scōm tēpora quidē veris autūnus oī etati oīqz nāe est nociuus: ⁊ in omni regiōe: sed calidis ⁊ humidis minus ⁊ medijs etate ppter fortitudinem sue virtutis.

¶ Autūni tē. ¶ In. 3. pti. numerat. 9. morbos autūnales. Primus est scabies ercoriās: ⁊ dicit albaras ni. Iurta illud prin. 4.7. tra. 2. c. 9. Albaras nig. ē illud qō noiat impetigo ercoriatiua: ⁊ est scabiositas accīs cuti asperā vehemens: ⁊ facit squamas sicut sunt piscū cū pruritu: ⁊ est pp humorē melācholicū imbibē tē cutē. Scds est impetigines. Et vt ait Cassius felix greci vocant impetigines lichenas ⁊ latini zeruas: ⁊ nascunt ex melācholico humore rotundo scemate i superficie cutis cū ingenti pruritu ⁊ asperitate: cūqz impetigo per cutez serpere seu ambulare ceperit serpigo dr. Tertius est cācer: ⁊ est apa ex melia adusta: qz in autūno multiplicat. Quartus est dolores iūcturaz. s. chiragrici: podagrici: aut sciatici: quos dicit. G. i autūno puenire ex comestiōe fructuū in estate. 6. aph. cō. illius cañ. Podagra ⁊ mania vere ⁊ autūno mouent vt in plurib⁹. Quintꝰ est febres cōmixte ex diuersis humoribꝰ: ⁊ iō nō seruant ordinē in suis reuolutionibꝰ sz vagant inordinate ⁊ tardē in ērtanā cōuerti solent maxime in autūno. Iurta illud Hyp. pnost. 3. cañ. 29. Febribꝰ inordinate vagātibus ērtane sunt future maxime circa autūnum. Et cā diuersitatis istaz feb. est diuersitas autūni in calore ⁊ frigore: ⁊ diuersitas humorū ex estate relictoꝝ: quoꝝ aliqui putruerūt ex vsufructuū alij nō: aliq adusti sūt alij non: aliquorū vapores resoluti sunt: aliquoruz recluſi frigiditate noctiuz autūni. Sextus est feb. quartane ppter melācholiā que in autūno multiplicat pp illud qō de eius opatione exclarauimus. i. pp cās dictas q eam hoc tpe efficiūt ⁊ multiplicant. Septimus est ingrossatio splenis ex eadē causa. s. qz melia multiplicat quaz epar expellit ⁊ splen attrahit: ⁊ cum non possit ei dominari pre sui multitudie neqz libere expellere qō superfluit ex ea rea qz humores in estate fiūt cinis: ⁊ iō in ipsa multiplicat nigra: quoniā estas adurit humores: ⁊ autūnus facit ex eis cinerem. ¶ Et principiuz quidē autūni senibus aliquo mō cōueniēs existit. Et eius finis eos impedit maximo impedimēto. ¶ Autūni aūt egritudines sunt scabies q. excoriat: ⁊ impetigines: ⁊ cancer: ⁊ iūcturarum dolores: ⁊ febres cōmixte: ⁊ febres quartane ppter cholere nigre multitudinē ppter illud qō de eius operatione declarauimus. Ideoqz ingrossat splē in eo: ⁊ accidit in ipso vt vrina guttatim emittat ppter illud qō vesice accidit de diuersitate cōplexionis inter caliditatez ⁊ frigiditatez. Difficultas quoqz accidit vrine qō plus accidit qz vt vrina guttatim emittatur. Et accidit in eo lyenteria: ⁊ hoc quidez est propterea qz frigiditas expellit ad interiora corporis illud qō ex humoribꝰ est subtile: ⁊ fit in eo scia: ⁊ accidit in ipso sinantia acuta cholerica: ⁊ in vere flegmatica: quoniā principiū cuiuscqz humoris earū est ex humore quem efficit ips qō ante ipsum fuit: ⁊ in ipso ēt multiplicabit illaca ficca. Et est cuz in eo accidit apoplexia: ⁊ egritudines pulmonis: ⁊ dolores dorsi: ⁊ coxarū propter motuz superfluita tuz in estate primum ⁊ postea eorū constrictionem. Et multiplicantur in ipso vermes in vētre propter debilitatem virtutis digestiue ⁊ expulsiue non valētū digerere ⁊ expellere hūores ex fructibꝰ genitos: ērē putrescūt ⁊ vermes inde nascunt. Decimusoctauꝰ est variole q tūc magis multiplicant cuz autūnꝰ fuerit lapsus ad ficcitatē ⁊ estas p̄cedēs calida fuerit. Sed vr qz ficcitas autūni nō ꝑferat ad multiplicationē variolaz: qz variole fiūt ex ebullitione sanguis sm semitā putredinis simili ebullitionibus succorum fructuum: vt ait prin. quarti. 1. trac. 4. c. 5. Sed ficcitas non coadiuuat ad ebullitionem ⁊ putredinez sanguinis: imo humiditas.

Cuius

Cuius rei signa sunt: q̄ multiplicantur post flatus austrorum qui sunt venti humidi ⁊ in cōplexione calida ⁊ humida: ⁊ in etate infantie ⁊ in vere magis. Dic q̄ siccitas aeris autūnalis reddit ipsum subtilior̄ ⁊ magis permutabilē nunc ad frigus: nunc ad estū: vnde virtus ꝛbilitat ⁊ minus sufficit regere humores ⁊ phibere ab ebullitione putrefactiua: humiditas vero corrigit illā autūni malitiā. Decimusnonus est mania: ⁊ qua dicit panceps tertij puma trac. 4. ca. 15.

Expositio manie est ꝛmonium lupinū: cantus vero ē species eius existēs cuz ira permixta tripudio. Et scias q̄ mā faciens ꝛmonium lupinū est ex substātia materie facientis melācholiā q̄m vtrq; sunt melancholice: verūtamē causa faciēs ꝛmonium est melācholia aduста facta a cholera: aut melācholia que ꝛterior̄ ē: ⁊ faciens melancholiaz est melancholia nālis multa aut aduста: sed est facta a flegmate: aut a sanguine dulci: paruz tamē sit a flegmate aduсto: hec princeps. ¶Mania ergo multiplicat in autūno ꝓpter ꝛbundantiam ⁊ malitiaz humorum cholericorum aduсtorum in estate quibus in autumno cōmiscetur nigra cholera.

¶Attende q̄ ille Hyp. apho. 3. sic designat egritudines autūni. Autūno vero ⁊ estivorum multa ⁊ febres q̄rtane: ⁊ errantes ⁊ splener: ⁊ hydrops: ⁊ ptisis: ⁊ strāguria: ⁊ liēteria: ⁊ sciadee: ⁊ squinances: ⁊ anhelitus: ⁊ plei: ⁊ epilentie: ⁊ manie ⁊ melancholie.

¶Autūnus ⁊c. ¶In q̄rta parti. dicit primo q̄ autūnus est pessimus habētibus apa in pulmone tam ruptū ⁊ ad ptisim seu vlcerationē pulmonis conuersum. Et si de aliquo fuerit dubiū in estate vtrū sit ptisicus aut non: autūnus detegет. i. manifestabit aggrauādo morbū ⁊ taliter augmētādo q̄ non plus latebit. Propter q̄d dixit Hyp. apho. 3. apho. 11. Autūnus ptisicis malus. Cuius rō est: q̄ vlceribus frigidum nocet: vt ait Hypo. apho. 5. Cum ergo calor ꝛierū autūnalium membra rarificet ⁊ frigus noctium in hec rara facta libere penetret grauat pectoralia nocumēto matimo: ⁊ vltra hoc excutit a capite ad pectus acutos humores augmentantes vlcus. Secūdo dicit q̄ autūnus est ꝛterius ips habētibus ethicā singulare. i. fine vlceratione pulmonis rōne sue exiccationis. Sz videt q̄ estas sit puris ethicis ꝛterior autūno: q̄ augmētat eorū cōsumptionez ⁊ supfluā siccitatē vtrāq; qualitate. s. caliditate ⁊ siccitate sui aeris. Dic q̄ illo respectu estas ē ethicis peior: marime ethica febrili plusq̄ senili: sed alio respectu peior est autūnus marime ethice senectutis: q̄ siccitate nocet ⁊ frigiditate penetrante libere: tum ex extenuatione corporis: tum ex rarificatione eius que calorem innatum iam debilitatū ex cōsumptione humidi radicalis pene extinguit.

Tertio dicit q̄ autumnus est sicut nutritor egritudinum relictarū ex estate: quia participat estiuo calore cum siccitate circa meridiem suorum dierum: ⁊ percutit interiora frigiditate subita suarum noctium libere penetrante ⁊ virtutes debilitante. Quarto dicit q̄ melior autūnus est humidus ⁊ pluuiosus: quia suis humiditatibus ⁊ pluuijs inspissatur substantia aeris eius. Unde est minus caparfacilis mutationis ad contrarias qualitates ⁊ contēperatur sua lesiua siccitas. Et ꝛterior autūnus est ille qui excedit in siccitate ꝓpter causas cōtrarias predictis. ¶Sed instabit aliquis ex dicto Hypo. apho. 3. Constitutiones vero anni omnino quidem ficce pluuialibus sunt saniores ⁊ minus mortifere. Dic id intelligi de tota anni constitutione non ꝛ solo autumno.

¶De iudicijs compositionis anni. Lapim. 7.

¶ Sua vero ꝛc.) ¶ In quinta dicit ꝙ operans a materia est id quod alteratur de substantia quam habebat alteratione quaꝫ in ea fecit virtus que est in corpo/re. i. transmutatur de sua forma substantiali ad aliam formā per opationem di/gestiue virtutis. Et cum sic fuerit transmutatum efficit tres operationes in hu/mano corpe. Primo qdem restaurat id qnod ab eo dissolutum est. Scōo accen/dit. i. auget calorem innatum: q; facit in sanguine augmentuꝫ. Tertio q̄z alte/rat corp⁹ per qualitates que remanserunt in eo post conuersionem eius in san/guinem: sicut predictum est de sanguine allioꝝ ꝛ lactucarum.

¶ Et sua ꝛc.) ¶ In sexta dicit primo ꝙ opans a sua substantia est illud q̄ opat per formam ꝓpriam siue speciei: ꝛ illud a principio siue gñationis post cōmixtio/nem suoꝝ simpliciū ꝛ gñationez mixti vnius ex eis preparauit se. i. preparatū est a gñante ipsum ad recipiendū spēm ꝛ formā superadditā formis suoꝝ simplicium ꝛ cōplexioni. Semper. n. gñationem cuiuscunq; mixti ꝛ introductionem forme substātialis eius p̄cedit alteratio que est adaptatio mātē vt sit idonea forme mixti ad sua opa pficienda. Scōo dicit ꝙ hec forma nō est q̄litates prīe p̄existentes in mā: neq; ꝓportionaliter surgentes ex eis: q̄z est pfectio acqsita mātē sm aptitudinē ꝛ dis/positionē que inest ex cōplexione ad recipiendum hanc formā. Introducta nāq; cōplexione conuenienti vel forma infundit a datore formaꝝ: vel a gñante educit de potentia mātē vt in mā magnetis forma que attrahit ferrum: ꝛ in mā planta/rum alia vegetatiua. ꝛ in mā animalium sensitiua alia sm preparationē meritoꝝ suarum cōplexionū. Tertio dicit ꝙ hec forma nō est vna de simplicibus ꝓportio/nis. s. neq; caliditas neq; frigiditas: neq; siccitas aut humiditas: neq; plures hāz neq; oēs simul: neq; est cōplexio resultans ex eis. Sed est verbi gra color aut odor aut alia aliqua aut alia forma nō pcepta sensu. Et intellige hic ꝙ hec forma in aliis est alia ꝛ in non aliis est aliqua formaꝝ nō cōprehensibiliū aliquo sen/su. Et nō intelligas hic a principe ꝙ color ꝛ odor sint aut esse possint forma mix/ti dicta tota substantia neq; ꝙ de hoc hesitauerit prin. Sed hic nominauit odo/rem ꝛ colorē sub desiunctione ad amplius declarandū formā specificam p viam similitudinis: sicut. n. odor ꝛ color non sunt qualitates prime neq; complexio sed

De partibus.

aduenium materie ex preparatione complexionis: sic forma specifica.

Et istius forme ꝛc. ¶ In hac pte tertia primo diuidit formā specificā in passiuā ꝛ actiuā tñ. Scōo sub/diuidit actiuā tñ in illaꝫ cuius actio est in hoīe: ꝛ illaꝫ cui⁹ actio nō est in hoīe. ibi (Sed cū est agens ꝛ nō aliud.) Tertio subdiuidit actiuā in hoīe in actiuam actione cōuenientē: ꝛ actiuā actiōe discōuenientē. ibi (Et si est virt⁹ in corpe hois.) ¶ In prima pticula dicit ꝙ pfectio forme specifice generate ex mā. i. educte de potētia materie q̄nq; est passio ab alio. s. cū hec forma est virtus passiua: vt for/ma qua ferruꝫ trahit ab adamāte ꝛ cholera a rembarbaro ꝛ mella a sene: q̄nq; est factio. s. q̄n hec forma est virtus agēdi: ꝛ nō aliud q̄z virtus agendi vt forma qua adamas attrahit ferrū ꝛ ambra festucā. ¶ Queret hic aliq̄s nunq̄d addē/dum est huic diuisioni tertiū mēbrū constans ex alijs ita vt dicat ꝙ pfectio for/me specifice q̄nq; est passio ꝛ actio simul. Uidet ꝙ sic: qr medicine oēs que larāt trahendo ꝓpriū humorē primo patiunt ab humano corpore: nec trahunt hu/morez donec reducte sint de potētia ad actum. Cuius rei signum est ꝙ apptori/mate humoribus electis a corpore nō attrahunt eos: habent igit formā qua pa tiuntur a corpore ꝛ qua trahunt humores: ꝛ si non sit eadez forma tunc erūt plu res forme specifice specialissime in eodez mirto: quare ipsum erit diuersarum specieruꝫ specialissimū. Dic ꝙ nō est eadem forma sed multe aut multiplex sub esse potentie: lz ortum habeant ab eadez forma substātiali: sicut fusceptiuū disci/pline ꝛ risibile sunt potentie diuerse specie: lz oriant ab eadez anima rationali. ¶ Attende ꝙ forme specifice sunt velut habitus: sic enim animā velut scientiaꝫ ꝛ non sicut ꝓsiderare dicit esse Aristo. Scōo de aīa ꝛ ab his habitib⁹ materie cō/iunctis sepe scaturiunt plures potentie q̄z sint habitus. Et hoꝝ habituū ꝛ poten tiaruꝫ fines ꝛ perfectiones gratia quoꝝ sunt ꝛ a qbus cognoscunt sunt actus ꝛ passiones quapp hic a principe perfectiones nominant.

¶ Sed cum est ꝛc.) ¶ In scda dicit ꝙ forme specifice tñ agentis ꝛ non patien/tis aliqua est cuius operatio est in corpore humano sicut opatio peonie qua si/natur epilensia. Alia est cuius operatio nō est in hoīe sicut opatio qua magnes attrahit ferruꝫ. ¶ Attende ꝙ hec lra. Et huius qdez forme ꝛc. vsq; ibi (Et si est virtus) cōiter inserit textui sed margini potius inscribi debet velut resumptio lre prioris sub alijs vōbis. Et in signū huius lineis de rubeo virgulatti eaz.

¶ Et si est virtus ꝛc. ¶ In tertia dicit primo ꝙ forma specifica que est virtus agēs in corpus hois aliq̄n efficit opationē cōuenientē ei sicut peonia sanās epi lensiaꝫ aliq̄n discōuenientē sicut napellus occidēs hoīez: de quo dicit ꝓpriū. i. can. c. de napello: ꝙ est venenū ꝓnitiosum in summo caliditatis ꝛ siccitatis: cuius stagma vna ꝛ minus interficit: ꝛ de eo dicit quarti. 2. trac. 1 sum. i. c. 1. ꝙ est de deteriorib⁹ venenis: ꝛ accidit potanti ipm vt apostement labia ipsius ꝛ lingua eius ꝛ egrediunt oculi eius: ꝛ frequētius fiunt sup ipm vertigo ꝛ syncopis: ꝛ ex succo ei⁹ imbibunt sagitte ꝛ interficiūt quē iuenūt statiꝫ. In synonymis Auic. scribit napellus dī ꝙ sit bryonia: sed nō credo. Scōo dicit ꝙ tota ista opatio in humano corpe taz cōueniens q̄z discōueniēs non puenit a cōplone: imo a for/ma specifica aduenīte post cōplonē: ꝛ ideo dī opatio a tota substātia ꝛ a forma specifica nō a qualitate vel complexione. Sed vnde aduenit materie hec forma. Rādet ebēmesue. i. simpliciū. c. 1. dicens. Notanduꝫ aūt omne duplex est vt aiunt virtute. s. celestia ꝛ celesti. Hinc qdez cōi hinc vero ꝓpria. Est enim est calefactiuū ꝛ infrigidatiuū calm ꝛ frigiduꝫ omne: solutiuū aūt nō: qr calm nec qr frigidū: sed qr virtute celesti dotatū sit ipsius mixtionē regulante: ꝛ ob hoc q̄dē solutiuū hoc illud vō prouocatiuum: aliud vō aliter ꝛ aliter: hec ille.

Rediemus

mutatio de forma vna in aliam.s.membri ad quam erat in potentia passiua est principiū materiale qđ subiacet transmutationi:⁊ ideo talis operatio dicitur a materia:⁊ hec operatio est potentia ⁊ non actio:⁊ hoc large accipit hic operās: prout se extendit ad passionem.Secundo vult inuere modum operationis eius qđ operatur a materia:⁊ quātuz ad hoc quedaz insunt ei per se.s.duo:⁊ tertiū inest ei per accidens.¶Primuz autem qđ inest ei per se est qđ tale operans a materia per se ē qđ restaurat humidum radicale deperditum ⁊ dissolutū a corpore:⁊ inest ei per se accendere calorē naturalez.¶Preterea quia auget san.⁊ ista duo insunt ei p se qđ a materia operatur:quia hic est finis per se ad quem ordinantur: sed tertium inest ei per accidens.s.operari cum qualitatibus sic qđ remaneant in ipso:quia inest ei per aliud.s.inquātum habet in se caliditatem vel frigiditatē ⁊c.⁊ ideo prima duo competunt ei semper ⁊ per se:sed tertium inest ei aliquādo ⁊ per accidens vt quando est cibus medicinalis.

¶Et sua[a] qdē operās substātia est illud qđ per formā sue spēi operat quā acquisiuit post cōplexionē:qđ cū ei⁹ simplicia se cōmiscuerūt ⁊ ex eis gnāta fuit res vna ppa rauit se ad recipiendum speciem ⁊ formā additaz super illud qđ habent simplicia.

¶Sed dubitaret aliqs ꝛc istis opationibus:nam videt ipsas male ordinare naz dicit qđ illud qđ operat a materia primo restaurat deperdita. secūdo auget: san.tertio facit remanere qualitatē in corpore humano. Iste videt ordo peruersus:qđ cibus primo calefacit vel infrigidat stomachū.secūdo in epate cōuertit in san tertio restaurat partem deperditaz:⁊ hic est ordo naturalis.

¶Sēdo dubitat qūo illud qđ operat a materia habet accēdere san. cū incēsio fit operatio a qualitate:ergo videt qđ cum accendere san.insit ei qđ operatur a materia per se:⁊ talis accensio fiat a caliditate qđ illud qđ operat a materia per se operet a qualitate qđ est incōueniēs.¶Ad primū dicēduz qđ aliud esse ꝑius dupl̄r potest intelligi.Uno modo prius tempore. Alio modo prius natura vel intētione:mō illud qđ operatur a materia si habet qualitatē excedentē:primo relinquit in stomacho caliditatem.secūdo accēdit san.in epate.tertio restaurat membra:⁊ hoc est quo ad prioritatem ⁊ ordinem temporis:⁊ hoc modo non loquitur hic: sed loquitur de prioritate ⁊ ordine intentiōis ⁊ finis: ⁊ hoc modo prior est restauratio membroꝝ. scēdo san generatio.tertio est qualitas derelicta. Et hec ratio est:quia finis vltimus cibi ⁊ principalis est restaurare membra:⁊ quia hoc non potest esse nisi conuertatur in sanguinem:ideo ⁊ intentio eius est conuersio in san.⁊ quia talis conuersio nō potest fieri nisi alteret in stomacho: ⁊ ibi venit cum qualitate sua magis in actu:quia ibi primo digerit:ideo primo imprimit suam qualitatez:⁊ quātuz ad hoc loquitur hic Auic. ¶Ad scām dicendum qđ aliquid augere calorem innatum potest intelligi dupl̄r. Uno modo quia multiplicet sang.quo multiplicato multiplicatur calor innatus saltem in quāto:⁊ hoc modo dicet infra qđ omnis cibus inquātuz cibus frigidus auget calorem.s.quia auget san.cū quo est calor. Scēdo modo potest intelligi qđ adaugeat calorem in quali:⁊ ipsum exacuat:primo modo loquit Auicē. scēdo modo arguis quare non valet.Deinde cum dicit.

a ¶Et sua ⁊c.¶Hic declarat moduz operādi a tota substātia. Et ꝑmo ostendit qđ est forma specifica per quā aliquid operat a forma specifica. Scēdo ponit quasdaz diuersitates forme specifice.ibi (Et istius forma.) ¶Prima in duas:qa primo ostendit ad hoc declarāduz modum sm quez generat specifica forma:⁊ sm quez acquirit in mixto.Secundo ostendit qđ ipsa sit.ibi (Hec ergo forma.) ¶Notādum qđ hic duo innuit Auic.que vident cōcurrere ad gīionez cuiuscūq; forme.¶Primū est qđ preparatio materie ad formā recipiēdaz:qz forma non recipit nisi mā disposita.Secunduz est agens introducens formā:⁊ ideo ostēdit nobis qđ est illō qđ disponit māz ad recipiēdaz formaz mixti:⁊ ponit moduz sm quē hoc fit:⁊ est iste:qz qñ elemēta cōmiscenf adinuicē generat ex qualitatib⁹ elemētoꝝ quedam qualitas media que dicit cōplexio que preparat materiā ad receptionē forme super formas elemētoꝝ:⁊ ideo imaginādum est qđ ex mixtione elemētorum fit primo quoddaz mixtum ex eis imperfectū ex qua mixtione cōsequit inde quedā qualitas imperfecta que est cōplexio imperfecta:⁊ hec cōplexio preparat materiaz ad receptionē forme mixti:nam oīs forma substantialis requirit dispositionez in materia ꝓpter duo.¶Primo qz in materia primo erat aliqua forma que existens in materia nō compatit secum aliam formā aduenientē:qz in eadem mā nō possunt simul esse due forme sm ponentes vnitatē formaꝝ:⁊ ideo opz primā ꝑistentē abijcere:hec aūt abiectio ⁊ corruptio fit per dispōnes materie forme aduenientis cum qbus saluat forma aduenies cōtraria prime. Scēa causa est: quia forma mixti est forma perfecta:⁊ quia forma perfecta est valde elongata a materia cū materia sit quid imperfectissimuz de se:ideo ne fiat imediate vnio imperfecti cum perfecto opz qđ ante aduentum forme mixti que est valde elongata a materia ꝓeerisat forma quedaz media que sit principium vnionis eius cum materia: irrationabile enim videt qđ forma mixti imediate vniatur materie sicut forme elementorum que sunt multo imperfectiores q̄z forma mixti:⁊ ideo dicebat Auerroys primo physicoꝝ cōmento primo.qđ omnes forme ⁊ materie que sunt inter materiam primaz ⁊ formam primaz: sunt materie compposite ⁊ forme compposite: ⁊ ideo oportet qđ ex mixtione elementoꝝ fiat transfractio formaruz ipsarum ⁊ qualitatum eoruz: ⁊ resultat ex eis quoddam mixtum imperfectum: ⁊ quedam complexio imperfecta:⁊ hec est qualitas que preparat ad formam mixti. Et hoc tangit qđ cum eius simplicia se miscuerunt ⁊ ex eis ⁊c.vsqz ad finem. Secundo insinuat nobis agens inducens istam formaz: quia si preparatio fit in materia ex mixtione elementorum frustra esset nisi induceretur forma aliqua cuius fit preparatio: ⁊ ideo oportet dare agens inducens formam mixti: istud autem agens non exprimit hoc. Et ideo notandum qđ ideo intentio Auicēne fuit qđ dator huius forme sit aliquid extrinsecum:scilicet intelligentia decima quam appellat datorem formarum ⁊ non solum dat formas mixtorum: sed etiam simplicium.s.elementoruz:⁊ elementa per commixtionem ipsoruz recipiunt formam per datorem formarum: ⁊ ipsamet elementa se disponunt ad hoc per eorum cōmixtionem. Sed sm Aristo.7.meta.

Jacobus

Rediemus autem ⁊c.

¶In hac parte.4. primo asserit qđ res comesta aut inuncta dicitur calida aut frigida: qz potentia non actu talis est. Secundo tangit vnum modum potentie quo dicitur talis.ibi(Et cum hanc)Tertio tangit scām modum potentie.ibi(Est etiaz.)Quarto tertium.ibi(Et est cum dicimus.)Quinto quartum, ibi(Et est cum de medicina.)Sexto differentiam inter modum quartuz potentie nunc dictum ⁊ tres priores.ibi(Inter hoc vero.)Septimo modum aliuz potentie inter tres priores ⁊ quartum predictos. ibi(Et inter) ¶In prima particula dicit primo qđ qñ dicimus de rebus comestis aut inunctis qđ sunt calide ⁊ frig.volumus intelligi qđ sunt potentia non actu tales:ita qđ non iudicamus de ꝓpriis cibozum ⁊ medicinaz ꝑ qualitates actu reptas in eis:sed potētiales vt dicimus nasturtium calidum q̄juus frigidum actu comedat ⁊ lactucaz frigidam lz comedatur actu calida. Scēo dicit qđ cuz res comesta aut inuncta dī calida vel frigida volumus intelligi qđ est calidior aut frigidior in potentia q̄z sint nostra corpora: ita qđ comparatione ad nos dicitur talis. ¶Attende primo qđ res aliqua dicitur actu calida aut frig.hu.vel ficca: aut quia actualiter sibi inest qualitas illa pura ⁊ sincera sine permixtione contrarie qualitatis: sicut ignis purus calidus ⁊ aqua pura frigida: aut a qualitate dominante in ea:aut comparatione ad temperatum in suo genere:aut comparatione ad quālibz rem cui conuenit in qualitate:lz non in gradu.Iurta illud Gal.3.cōplexionuz.c.1. Jam ante diri qđ de vnaquaqz rerum que dicitur actu calida aut frigida aut ficca aut humida non dicitur qđ sit ita: nisi propterea qđ in ipsa existit qualitas illa a qua pure ⁊ sincere nominatur:aut propter dominium vnius qualitatū in ipsa:aut comparatione eius ad equale sui generis: aut cōparatione eius ad quamlibet rem conuenientem. ¶Attende secundo qđ res aliqua dicitur potentia calida aut frigida ficca vel humida:qz apta seu preparata est esse talis: lz nondum habeat actu qualitatem a qua nominat.Iurta illud Gal.ibi.Rem nanqz que nō dum est cū dispōne cū qua narratur:sed est preparata ⁊ apta in nā sua vt taliter dicimus ita esse in potentia: dicimus.n. de homine qñ nascitur qđ est rōnalis: ⁊ dicimus de volucri cum ex ouo suo progreditur qđ est volatilis: ⁊ de cane qñ nascit qđ est venatilis: ⁊ de equo qñ nascitur qđ est velox: ꝓpterea qđ vnaquaqz harum rerū essentiatur cum dispōne ad quam mutatur proculdubio: nisi aliqd ipsam exterius ꝓhibuerint ac si iam sit cum dispōne illa ⁊ sit cōpleta ¶Attende tertio qđ tam cibi q̄z medicine relative dicūtur ita vt id qđ est alicui cibus sit alteri medicina: ⁊ qđ vni calidum est sit alteri frigiduz aut tpatum.Iurta illud Gal.tertio complexionū.c.4.ad finē. Jam ergo manifestuz est ex his qđ ofa hec in modum relationis ingrediunt. Et illud ideo qñ sm proprietatem nature alterantis fit vnūquodqz eoz que assumunt aut cibus potentia aut medicina aut vtrumqz.Uerbi gra iusquiamus turdis est cibus ⁊ homini est medicina:⁊ elleborus coturnicibus qdē cibus hoībus vero medicina. Et illud iō qñ ꝓplexio coturnicis pōt ꝑ se assimilare elleborō: sed hois complexio non potest:hec ille. ¶Attende quarto qđ cum medicina sit ars sanitatis hominis custoditiua vel reparatiua dum deperdita est complexio medicine vel cibi penes effectum quē homini imprimit attenditur nec aliunde cognosci potest.Iurta illud Gal.ibi.c. 5.ad principium. Jam igitur manifestum est qđ complexio rerum que ad corpora nostra sunt humide:aut ficce:aut calide: aut frigide cognosci non potest ex re alia ab eis:sed ex eo quod sequitur nos eis ⁊ qđ non est necessarium nobis:nisi vt ad hoc intendamus ⁊ inquiramus de eo.

¶Et cum hanc ⁊c.) ¶In secunda dicit qđ cum dicimus. de eo qđ comedit aut inungitur qđ est calidum aut frigidum in potentia: per potentiaz intelligimus virtutem ipsius consideratam sm impressionem quaz recipit a caloze nostri corporis:qz cum eius potitor idest materia cibi vel medicine in qua fundatur talis potentia patietur a nostro innato caloze:accidet tunc in ea illud in effectu.i.illa res erit tunc actualiter ⁊ in effectu calida aut frigida.Et qz diffuse declaratuz fuit qualr medicina dī actu calida vel frigida ⁊ qualr potētia talis ⁊ quō reducitur etraqz de potētia ad actū super illa pte cali primi doctrine tertie fen ꝑme primi.Et filr cū dicimus qđ est calida aut frigida ⁊c.hic supersedeo de his.

¶Est ēt cum hanc ⁊c.) ¶In tertia dicit qđ aliquid aliter dicitur esse in potentia qz est bene aptum vt talem actu fiat: ita qđ est velut materia disposita fieri talis isto modo sulphur ⁊ aspaltum sunt potentia calida:qz facillime inflāmantur ⁊ que liniuntur ex his occurrente calido:⁊ inde confecit medea conditum quo vestes intincte facillime ardebant applicata candela aut scintilla ignis. Iurta illud Gal.3.complexionū.c.3. Scām hunc modum fuit medicamentū medee omnia nāqz que medicamento illo liniebantur nō inflāmabant:nisi cum caliditas eis occurrebat.¶Medicamentū aūt illud non conficiebat nisi ex sulphure ⁊ spalto humido.Fuit etiaz quidam qui se mirabilia ostensurum asserens lucernam extinguebat.deinde accendebat eam parieti appropinquans. Et alius fuit qui lucernaz illam cū volebat eaz accendere lapidi appropinquabat:lapis autez ille ⁊ paries sulphure liniti erant.¶Medicine ergo iste oēs sm cōplementum nondum calide sunt:sed sunt in vltimo aptitudinis vt caliditatē recipiāt: ⁊ ꝓpter hoc dicitur qđ sunt calide potentia:hec Gal.

¶Et est cum dicimus ⁊c.) ¶In quarta dicit qđ aliter dicitur res aliqua calida aut frigida:humida vel ficca sm elementū predominās in eius cōmixtione non habito respectu ad operationez quam imprimit in corpus humanū.Iurta illud Gal.primo complexionū.c.1. Cum ergo dicimus corpus humidum volumus corpus in cuius complexione iam vincit humiditas: ⁊ cum corpus dicimus siccum volumus corpus in complexione cuius iaz vincit siccitas:⁊ similiter est sermo noster in calido ⁊ frigido.

¶Et est cuz de medicina ⁊c.) ¶In quinta dicit qđ aliter dicit in potentia medicina aliqua potētia que est velut habitus sicut potētia scribe qui dimisit scribere est velut habitus derelictus ex actibus frequētatis quo redditur pronus ⁊ dispositus ad scribenduz quotiens voluerit.Et hec potentia nullam vel modicam requirit reductionē:sed statim exit in actum applicato sufficienter agente ad passum:hanc potentiā dicuntur habere venena cōparatione ad hoīem:sicut napellus est in potentia corrumpens hominez.

¶Inter hoc ⁊c. ¶In sexta dicit qđ hoc qđ est in potētia hoc mō differt ab his que sunt in potentia modis prioribus:qz que sunt in potētia prioꝝ⁹ modis nō exeunt in actū donec reducta fuerint ⁊ manifeste cōuersa a caloze nostri corpis ex potentia ad actum:⁊ id qđ est in potētia hoc modo vel operat in nos primo occursu vt venenuz vipere:vel per quālibet conuersionez in sua qualitate.i.per reductionē quātūcūqz modicā a caloze nostri corporis:sicut napellus comestus q̄z primuz incipit calefieri in corpore inducit accidentia pessima.

¶Et inter potentias ⁊c.) ¶In septima dicit qđ inter potentiaz vltimo dictaz ⁊ potētias priores est alia potētia media que.s.indiget pluri reductiōe q̄z potētia venenoz ⁊ minori reductione q̄z potētie priores ⁊ talis est potētia medicine venenose vt iusquiami mandragore opij euforbij laureole.

Preterea dicemus ⁊c.

¶In hac pte qnta que est de gradibus qualitatuz medicinaz dicit

cõmen.z.idem est agens vans formam t preparans mat eriã:t ideo quia fm ipsum nullum elementũ dat formaz:ideo ex cõmixtione elementoz generatur quoddam calidum mensuratũ a corpore celesti:quia elementa vigerit t cõmiscet:t formaz inducit:vt pz circa finem quarto metheoroz:ex qua cõmixtione t pportione resultat forma specifica. Et ex dictis apparet q forma specifica non est aliud fm istum nisi ppria forma mixti in quod consequit mixtum vnde mixtũ:t ideo in elemẽtis ꝓprie non reperit. Et etiam apparet viterius q cõplo se tenet ex parte materie t forma specifica ex pte forme cum cõplexio sit preparans materiã:t quia dicit ad superadditum:ideo forma specifica se tenet ex pte forme:t q forma mixtoũ non est aliud nisi virtus t ꝓprietas mixtoz:ideo hec

¶ Hec ergo[a] forma nó est qualitates prime quas habet materia:neq; est complo que generat ex eis:iz est pfectio quã acq siuit mã fm aptitudiné que fuit ei acqsita ex cõplone sicut in magnete virtus attractiua:t sicut nã cuicũq; spẽ vegetabiliũ t aialium.s.illaz quã habet post comple/

xionem ꝓpter complexionis preparationez:t neq; è de simplicibus cõplexionibus: neq; ipsamet complexio:quia non est caliditas: neq; frigditas: neq; siccitas:neq; hũiditas:neq; simplices: neq; cõmixte:iz est v̄bi gr̃a color aut odor:aut aia:aut alia forma de nó perceptis sensu.

forma est ꝓprietas mixti inquãtuz mixtum:t per ꝓpñs eius natura:quia vt dicit Auic.in libro de cordialibus.trac.i.c.10.q in veritate ꝓprietas rei nó est aliud q̃ eius natura:t ideo dicet infra Auicẽ.q si aliquis querat ꝓpter qd ignis calefacit:t aliquis respõdeat ꝓpter suam ꝓprietatem t naturam: scienter rndet non ignorat.Et simil̃ si queratur quare magnes attrahit ferrum:t nõ est dria inter naturam:quare magnes attrahit ferrum t quare ignis calefacit: nisi qa in igne est ꝓprietas:nota in magnete autem occulta:t ideo dicit ibi q si ignis afferret de longinquo t videremus q calefacit t ferẽ sursuz t lucet t cõburit oĩa ei opposita nõ minus miraremur de ipso q3 de magnete. ¶ Et ex his vẽ q ꝓprietas idem sit q nã rei:t iõ forma specifica pót dici ꝓprietas t nã mixti ꝛc. a ¶ Hec ergo ꝛc. ¶ Hic ostendit qd sit ipsa forma specifica. Notãdum primo q hoc põt sic inferri ex dictis:q; dictũ est q elemẽta ipsa fm q cõmicent adinuicem sunt que preparant ad recipiẽdum formã specificã:modo cuz cõplexio sit causata ex qualitatib9 elementoz per eoz mixtionẽ adinuicez preparabit ad receptionẽ forme specifice in mixto:t cuz preparans nõ sit idem cũ ꝑparato:ideo ista forma specifica nõ erit qualitas elemẽtalis:nec cõplexio:nec aliqua qualitatum cõuentiũ qualitatũ elẽtoz. ¶ Scdo est notãdum q cõplexio que ꝑparat ad receptionẽ huius forme specifice nõ est cõplo quecũq;:iz est cõplo ꝓpñs. ¶ Propter qd notãdum q duplex est cõplexio in mixto:quedaz est añs formã mixti:t ista est cõplexio impfecta t interminata que preparat aduentum forme mixti. Alia est complexio ꝓpñs formaz mixti: t hoc aduenit simul tempore cum forma mixti:tñ natura est posteriorz perfectio:q̃ cõplexio añs:q; est terminata per formã in materiaz mixti:ita tamẽ q illa eadem cõplexio qua primo erat impfecta postea perficit per aduentũ forme substãtialis mixti,: modo cõplexio ꝓprie est qualitas ꝓpñs mixtũ:vnde mixtũ est cõplexio:ergo añs est que ꝑparat mãm ad recipiendam hanc formã:t ideo cõplexio añs se tenet ex pte materie: complexio aũt ꝓpñs se tenet ex parte forme: q; per aduentum forme pficit.v.g. in simplicibus de hac duplici cõplexione qñ ex aere fit ignis primo precedit caliditas imperfecta aduentũ forme ignis in materia:postea simul perficit caliditas ex aduẽtu forme substãtialis ignis. Nec est intelligẽduz q primo iperfecta abiciatur t perfecta introducatur:quia nulla forma illo modo imperfecta inducitur in materiam nec perfecta ipsam corrumperet cum sibi nõ cõtrarie:t sed debet intelligi q perficit illa que primo erat. Ex qbus apparet q illa complexio añs se tenet ex parte materie:q; inducitur in materiã ante aduentũ forme t est dispositio materie. Item qa causatur ex mixtione elementoz t elemẽta comparant vt materia ad mixtum:quare ꝛc.veruz est tamen q Aui. aut opinat qa forme substantiales elementoz remanerẽt salvate totaliter in mixto:sed qualitates eoz erant cõfracte:t tunc q̃ habebant qualitatem t cõplexionẽ conuenientẽ ad recipiẽdum formaz mixti:dator formarũ quez dicebat esse intelligẽtiaz decimã inducebat formaz substantiaz mixti: ita q quãtuz ad usũ auctoz complexio ipsa añs formam mixti relata ad formas substantiales elementoz se tenet ex parte forme:sed relata ad formaz mixti se tenet ex parte materie:qa ponebat plures formas substantiales in composito:t hoc ne forma mixti imediate vniret ꝓme materie sicut forma elementoz: ita q fm istum auctorem forma specifica non est qualitas elementalis nec complexio:quia h̃ se tenent ex parte materie.Sed Phs t eius sequaces vult q corrumpantur forme in formaz mixti:sed per quẽ modum fiat non spectat ad presens: tamen ad hoc fm Phm in prima forma specifica cum sequitur formaz substantialem mixti non est qualitas elemẽtalis nec complexio:sed principium alterius:quid autẽ ipsa sit in questione patebit. ¶ Tertio est notandum de eo qd dicit.(Sed est.v.g. aut color aut odor.) q hoc dupliciter consueuit exponi. Uno modo nõ q odor:t color sint forme specifice: quia ex dictis iam videtur q forma specifica sit forma substantialis:iste autẽ s. color t odor: sunt accidentales:quare ꝛc. Item quia forma specifica vt hic dicit est de occultis t non sensu perceptis: sed color t odor sunt de manifestis sensui.Sed debet exponi q est color aut odor:idest ad similitudinẽ colouis vel odoris: quia sicut color facit propriam operationem in visu sic q non in alio sensu t odor in olfatu: ita q operatur in forma specifica: efficit propriam operationem in id in quod operatur. Alia est expositio que dicit q exemplificat hoc vere de forma specifica: quia quedam operationes fiunt a colore a forma specifica vt intueri res rubeas movet sanguis de naribus. Item quedam ab odore:quia fetor fugat matricem: odor vero ipsam attrahit ad se. Itẽ ista accidentia relata ad sensum operantur a forma specifica: quia actio colouis in virtutem visuam est actio a tota specie sicut magnes attrahit ferrum t ferruz attrahitur a magnete a forma specifica:ita q operatio in comparatione ad magnetem est actio:ad ferrum est passio:t fm hanc expositionẽ dicemus q hic ponit hec exempla vt distinguat inter formas specificas:q; quedaz earuz sunt occulte vt attractio ferri a magnete:t quedam manifeste vt odor t color: t q quedam earuz sunt actiones:quedaz passiones vt potentie anime quaruz proprietas est recipere.Sed hec secunda est melior expositio vt patebit in questione quaz cras incipiam disputare.Deinde cum dicit.

Jacobus

primo pn. q quattuor gradus medicinaz.i. qualitatũ medicinaliũ positi sunt a medicis. ¶ Attẽde primo q p gradum in ꝓposito intelligit recessus qualitatis medicine vel cibi medicinalis a tẽperamẽto iusticie fm distantiã integrã sensu pceptibilem prima oblatione:vel dum iterat sub ꝓpria dosi. Per recessum a temperamento iusticie differt gradus a mensura qualitatum cibi t medicine temperatorum. Et per recessum fm distantiam integram sensu perceptibilem prima oblatione differt gradus a meta. Et dz vel dum iteratur propter primuz uradum qui prima oblatione insensibilem facit impressionem sed periterationem manifeste sentitur impressio ipsius sicut gutta aque casu frequenti cauat lapidẽ. Et dicttur sub propria dosi q; queq; medicina requirit sibi determinate q̃titatis pondus aut mensuram ad impressionem effectus fm quem in determinato gradu reponitur. Et ista mensura non est eadem apud omnem hominem :t omnem regionem t omne tempus: sed consideratur penes corpus temperatuz in tempore t regione temperatis. Et vt verum fatear hmõi dosis in alteratiuis diminute designata est medicina vsq; hodie: sed in laratiuis t vomicis t aliqbus alteratiuis violentis in quorum vsu maius eminet piculũ doses a medicis sunt diligentius determinate. Et nihilominus necessariũ est querentibus tute practicare se ꝓformare vsui t experientie loci in quo practicant:t quantumcũq; scientifici t ingeniosi fuerint dũ practicare incipiunt humiliter t diligẽter imitari senes in his expertos aliogn nunq̃ erunt in practica securi nisi post plurimos ictus cornutos t hoium stragẽ centenariã sicut vulgo dici solet. ¶ Attẽde scdo q; iz gradus a multis phis subtiliter t ergsite rimantibus nãs rez.10. assignent.4.medicis fm exigentiã sue artis sufficiunt. Jurta illud Gal.5.simplicis medici ne.c.vlti. Et sufficit nobis in eo quo indigemus inesse medicinaz vt ponamus vnicuiq; medicinarũ sup quã vincit aliquo haz virtutum quattuor gradus. ¶ Attẽde tertio q; iz medici sint ꝓtenti quattuor gradibus:pót tñ qsq; graduũ in tres metas ptiri quas Gal.spẽs appellat. Jurta illud eius.c.nunc allegato. Et de istis quidem medicinis.s.tertij gradus sunt quedam que sunt ꝓpria que medicinis que adurunt sicut cortices eris t es vstum:sunt ergo iste inter statum gradus tertij t initiuz gradus quarti:t de eis sunt quasi medij gradus tertij sicut es vstum ablatum: t de eis que sunt principij huius gradus sicut succus hypoquistidos t est barba hirci. Et fm hunc modum possibile est nobis vt ponamus in gradu primo t scdo t tertio t quarto scilicet in vno quoq; eorum tres species:non est ericcatio finapis sicut ericcatio cauterij quãuis simul in ꝓgrapu quarto:hec Gal. ¶ Attende q̃rto q; nõ solũ graduant q̃litates cibor t medicinarum:sed ẽt humanoz corpoz dum labunt a tpamento:t penes earuz lapsum gradualem cõmensurandus est gradus medicinarũ contrariarum debentium corpus lapsum ad propriũ reducere temperamentum. Scdo dicit q primus gradus medicinaz.i. medicamen calidũ aut frigidum siccum vel humidum in primo gradu est illud quod efficit sua qualitate in corpore humano operationẽ non perceptam sensu cuz comeditur aut bibitur:aut inungit nisi postq̃ reiterata propriã augeat: vt cũ calefacit aut infrigidat nõ ꝓpik neq; sentit calor aut frigus nisi pluries offerat:aut plus sua dosi simul dẽ eo det. Duo q̃ faciũt medicinã primi gradus sensibil̃r imutare corpus humanũ:frequẽs iteratio eius sicut gutta cauat lapidẽ non vi sed sepe cadendo:t augmẽtatio sue q̃titatis vltra dosiz ꝓpriam. ¶ Attende primo q Gal.5.simplicis medicine.c.vltimo:sic describit medicinã primi gradus. Dico ergo q calida in primo gradu est medicina que calefaciat corpus:verum calefactio eius qua ipsum calefacit non est manifesta: imo in ea indigetur demonstratione raciocinationis t dialectice. Et similiter est res in sicca t humida t frigida:quoniã vnaquecq; earuz non dicitur q; est in primo gradu:nisi cum in ea indigeatur demonstratiõe t ratiocinatione t dialectica:quoniã eius operatio non est fortis neq; manifesta. Et fere similiter describitur a Serapione sermone tertio prime partis aggregatorij ipsius. Dico ergo inquit q medicina que ꝓmutauerit corpus ab equalitate in qua erat permutatione non apparente manifeste aut apparente aliqua estimatione t ratiocinatione rationabiliter:sed operatio eius non est cum apertione talis dicetur in primo gradu. Et intelligunt Gal.t Serapion per ratiocinationẽ argumentum dialecticum seu probabile sumptuz a sapore vel odore vel colore medicine. ¶ Attende secũdo q primus gradus medicine non attenditur penes excellentiam qualitatis: sed penes ipsius proximitatez ad medium sue contrarietatis seu temperamentuz. ¶ Attende tertio circa hoc q dicunt Gal.t Serapion q primus gradus ad sui manifestationez eget ratiocinio q; hoc venit intelligendum si debeat cognosci prima sui oblatione vel paucis oblationibus sub propria dosi:potest enim manifestari vel oblationibus frequentibus vel augmentatione quãtitatibus vt inuit hic Princeps. ¶ Sed instabit aliquis:quia neq; frequentia augetur qualitas medicine nec quãtitate:cum ergo a qualitate operetur veniet idem sive iteretur sive non:t si augeatur vel non augeatur. Itẽ nihil agit vltra gradum ꝓpriuum t nihil dat qd non habet: postq; ergo impressit medicina calida in primo gradu caliditatem primi gradus in humano corpore:neq; per iterationem:neq; per augmentationez eius vltra addet in caliditatem hominis. Item simile nõ patitur a suo simili:sed a cõtrario:t omne agẽs agit vt assimilet sibi passum:impressio igitur vno gradu caliditatis in corpore per medicinã calidam in primo gradu si hec medicina vlterius calefaceret per iterationẽ vel quãtitatis augmentũ tunc simile ageret in suũ simile non solum in specie:sed etiaz in gradu t agens agendo dissimilaret sibi passum. Itẽ si medicina per iterationem aut quãtitatis augmentũ possit intensiorem qualitatez inducere q̃ sit qualitas sui gradus:queritur vsq; ad quid intendere pót ipsius effectum. Et videt q vsq; ad summũ:quia sicut decem iterationibus.verbi gr̃a potuit calida in primo gradu calefacere corpus vsq; ad secũduz:ita decem aliis iterationibus a scdo vsq; ad tertiũ:t iterum decẽ aliis a tertio vsq; ad quartũ. ¶ Ad primũ dic q iz frequẽs iteratio medicine nõ augeat eius qualitatẽ reddit:tamẽ corpus aptius ad recipiendum fortiorẽ impressionẽ. ¶ Ad scdm dic q nil agit vltra gradum ꝓpriũ ex se:sed ex dispositione materie vt modica scintilla ignis pót incẽdere magnũ ignẽ. ¶ Ad tertiũ dic q medicina primi gradus nunq̃ est similis adequate fm mixturam elementoz hominum calido in primo gradu:sicut neq; medicina temperata est similis hoc modo homini temperato. Si enim ita esset tunc esset ex ipsamet humana substantia:vt ait Princeps primi prima doctri.3.c.1.imo semper inest medicine lapse ad vnũ gradum vel plures aliquis modus contrarietatis. Et id experientia nobis indicat. Nam si dede-

De partibus.

a ¶ Et

rimus

a ¶ Et istius ꝛc. ¶ Ostendit diuersitatem operationū a forma specifica. Juxta qđ notandum q aliter nunq̄ intelligeretis textum q hic vult Auic. insinuare talem distinctionē: nam omnia que fiunt a forma specifica fiunt ab aliqua virtute: istarum aūt virtutum quedam est activa ꝛ quedam passiua: ꝛ hanc distinctionez virtutis tetigit etiam supra in parte pcedenti cuz dixit sicut in magnete: nam in magnete est virtus activa ꝛ in ferro est virtus passiua per quam attrahitur. Et virtutum activarum quedaz est activa pncipaliter ꝛ directe: quedaz vero secūdario ꝛ indirecte. Et virtutum activaruz indirecte: quedam operant a forma specifica: quia phibent ꝛ impediunt operationem eius qđ pncipaliter ꝛ directe operatur sicut mus napelli phibet opationez napelli que est interficere opationes pncipaliter ꝛ directe: ꝛ sicut tyriaca resistit ꝛ prohibet operationē veneni in corpore humano. quedaz aūt operant indirecte: q̄ adiuuant operationez a forma specifica alterius qđ agit principaliter ꝛ directe: vt zinziber adiuuat operationē turbith: ꝛ ipsuz preparat ꝛ fortificat in opationē vehemēter: adeo q̄ dixit q zinziber sigillat turbith sigillatione mirabili.

¶ Et istius[a] forme que generat ex materia quādoq̄ est perfectio passio alicuius cum hec forma est virtus passiua: ꝛ q̄nq̄ est earū pfectio facere ꝛ nó aliud: ꝛ est cū hec forma est virtus agendi ꝛ nó aliud: ꝛ cū est agēs ꝛ nó aliud: q̄nq̄ est eius actio in corpore hominis ꝛ q̄nq̄ non. Et eius quidem forme que post complexionē pvenit: aliquādo accidit vt sit pfectio passio ab alio cū fuerit hec forma virtus passiua. Et quādoq̄ accidit vt sit pfectio ei⁹ in aliud actio. Et q̄nq̄ accidit vt sit hec forma virtus sup opationez in aliud. Et q̄nq̄ euenit vt sit hec forma adiuuās sup opationē in aliud. Sed cū fuerit opatrix in alio: aliquādo euenit vt fit eius operatio in corpore hominis aliquādo nó. Et si est virtus in corpore hois agens: aliqñ efficit opationē cōuenientē corpori: q̄nq̄ opationem nó conuenientem. Tota aūt operatio hec nō puenit ex eis cōplexione: imo ex eius forma specifica adueniente post cōplexionē. Unde ppter hoc vocamus hmói operationez a tota substantia. s. forma specifica ꝛ nó qualitate. s. non aliqua quattuor qualitatū: neq̄ eo q̄ est earuz cōmixtio. Conueniens vō est sicut peonie operatio que destruit epilepsiam. Non conueniens autem sicut virtus napelli que hominis corrūpit substantiam.

¶ Rediemus[b] ergo nunc ꝛ dicemus: quia cum dicimus q̄ res que comeditur: aut qua fit inunctio est calida aut frigida volumus dicere q̄ est sic in potentia ꝛ non in effectu: ꝛ volumus dicere q̄ est in potentia plus calida q̄ corpora vt aqua frigida ꝛ ignis calidus ꝛc̄. Alia sic in nobis operantur q̄ determinate efficiunt operationē in ipso. Quādo ergo dicit hic Auic. q̄ aliquid est tale in potentia. i. dē his que determinatā habent operationez in corpore nostro: qa dē aliis nihil ad propositum: ꝛ hoc est qđ consuevit dici q̄ quedam sunt calida in actu: vt aqua calida vt aer frigidus ꝛc̄. alia sunt talia in potentia vt piper quod est calidum in potentia ꝛ nō in actu. ¶ Tertium notandum sicut potest extrahi a capō tertio dē cōplexionibus: quid est esse tale in actu: ꝛ quid in potētia: nam aliquid esse tale vt dicamus calidum in actu est habere actu dispositionem cum qua vtatur: sed esse tale in potentia est vt non habeat dispositionem cum qua vtatur: sed est potens eam recipere. verbi gratia. vt ibi dicit: canis quando nascitur est in potentia venatilis ꝛ non habet q̄ sit venatilis actu: qa habebit dispositionem cum qua venatur. Similiter est in ꝓposito: nam res calida vel frigida in potentia est illa que non habet caliditatem vel frigiditatē cum qua vtatur vt piper vel opium: vel calidum in actu est quod habet caliditatez cum qua vtatur: vt aqua calida ꝛ ignis: ita q̄ calidum dicitur piper in potentia: quia est aptum recipere quēdam modum caliditatis ꝛ postea calefaciet corpus humanum. Sed sicut extrahitur ex eodem tertio dē complexionibus dupler est potentia reperta in rebus: nam quedam est potentia activa essentialis sicut illa qua per se inheret rei: vt potentia ad infrigidandum est potentia essentialis aque. Alia est potentia accidentalis que ineſt ei per aliud sicut aqua calida habet potentiā ad infrigidandum per accidens: scilicet resoluendo calidum: ꝛ aqua frigida habet potentiam calefaciendi per accidens: modo Auicēna hic loquitur de potentia essentiali ꝛ non accidentali: quia qđ habet potentiam essentia-

¶ Et agentiū principaliter in corpus aliqđ determinate quedaz agunt soluz in corpus hois vt napellus: quedā in aliud vt magnes. Et efficientiū optionē in corpus hois soluz quedaz efficiūt opationē cōuenientē ꝛ bonā vt aurū ꝛ margarite que pfortant māz humanā: quedā incōuenientez ꝛ malaz vt napellus. Istas ꝑ diuersitates vult hic inuere Auic. si bñ aduertatis. ¶ Ulterius notāduz q̄ illa ista (Et eius gdez forme) vsq̄ illud (Et q̄nq̄ accidit vt sit hec forma.) Est vnuz alis ga repetitio eius qđ dictū est vt pz. Alio nō pōt legi sic q̄ non erit repetitio scilz referendo primū verbū vsq̄ illuc. ꝛ eius gdez forme ad cōplonē que preparat ad aduentum forme specifice: ꝛ tunc exponemus primū dictum sic: ꝛ istius forme: idest cōplexionum que generantur ex materia: ꝛ iz iste velit q̄ fiat a datore formaruz: ꝛ quod dicit secūda referatur ad specificaz ꝛ dicatur. ꝛ eius quidem forme que puenit post complexionē. s. forme specifice ꝛc̄. Uel dicendum q̄ hic dat intelligere tertium membrum diuisionis. s. q̄ formarum quedam sunt simulactiue ꝛ passiue: ꝛ tunc exponemus aliter ꝛ dicemus ꝛc̄.

Aut passiua aut attractio ferri.
Aut nocitium.
Aut in corpus hois.
Omnis virtus — Aut principaliter ꝛ directe. — Aut iuuatiuum.
Aut in alia vt magnes.
Aut activa.
Aut phibēt illō qđ Prin. agit.
Aut secundario ꝛ indirecte.
Aut adiuuant ipsum.

¶ Juxta primam partem est primo intelligenduz q̄ p hoc qđ dicit res que comeditur: aut qua fit inunctio habetur illud quod supra dicebatur. s. q̄ non solum intendit tradere modum operationis in corpe humano eoruz que per os ingrediuntur: sed etiā que exterius approximant corpori humano: ꝛ ideo dixi supra q̄ large loquebatur de cibo ꝛ potu. s. prout etiā se extendit ad exterius approximata: sed quia hic pncipaliter intendit dē his q̄ ingrediuntur per os: ideo se retulit ad cibum ꝛ potū: ꝛ quia plura sunt talia.

¶ Secundo est notāduz q̄ duplicia sunt ea que corpori approximant: quedaz sunt que non solum operantur in corpus nostruz: sed etiaz in qđcūq̄ aliud:

¶ Rediemus ꝛc̄. ¶ Postq̄ ostendit quid est operans a qualitate ꝛ a materia ꝛ a forma specifica: hic quia non perfecte declarauit operationez a qualitate. s. quomodo illud quod operatur a qualitate operat per quattuor qualitates elementoruz: nec modum sm quez modum calidum vel frigidum respectu corporis humani redit ad hoc perfecte declarādum. Primo in generali proponit modum sm quez aliquid dicitur tale. Secundo ipsum declarat in spāli. ibi (Et cum hanc potentiam.)

Jacobus

rimus corpori calido in primo gradu medicinam calidam in primo plus calefaciet ipsum q̄z calefaceret corpus temperatum ꝛ adhuc plus calefaceret corpus febricitans in tertio gradu propter aptitudinem ipsius maioreż ad inflammationem. ¶ Ad quartum dic q̄ medicina que non est in vltimo calida vel frigida potest p iterationē: vel q̄ntitatis augmentum calefacere: aut infrigidare in summo ꝛ occidere. Jurta illud Gal. 3. simpli. medi. c. 1. distinc. 4. Si de lactuca comedat homo q̄ntitatem temperatam nutrit eum: ꝛ si exprimat eam ꝛ bibat de aqua eius q̄ntitatem magnam perit: ꝛ moritur sicut mortur qui bibit iusquiamum ꝛ opium. Tertio dicit q̄ secundus gradus qualitatis medicine est vt sit operatio fortior operatione primi gradus: scilicet sensui manifesta prima oblatione: sed tamen non peruenit vsq̄ ad hoc q̄ ledat operationes manifeste: nec mutat eas a suo cursu naturali nisi per accidens. puta q̄ medicina secundi gradus datur nimis calida actu vel nimis frigida vel corpori debili vel tenero nimis sicut infanti: vel quia habet aliam virtutem qua ledit sicut apium a proprietate provocat epilentiaz vel nisi frequenter iteretur: vel nisi def ex ea q̄ntitas superexcedens suam dosim propriam. In his eniz casibus sensibiliter ledit. ¶ Attende q̄ a Gal. quinto simplicis medicine. c. vlti. sic describuntur medicine secundi gradus. Medicine vero que sunt in gradu secundo sunt medicine in quibus est possibile vt calefaciant aut infrigident aut ericcent aut humectent calefactione aut infrigidatione aut ericcatione aut humectatione manifesta. Et a serapione sermone tertio partis prime sui aggregatorij sic. Et si permutauerit permutatione apparente manifeste: tū non forti permutatione dicetur in secundo gradu. Quarto dicit q̄ tertius gradus qualitatis medicine est vt proueniat in corpore humano essentialiter. i. perse non per accidens nocumentum manifestum ex operatione eius. Sed non peruenit vsq̄ ad mortificandum ꝛ corrumpendum corpus humanum. Et a Gal vbi supra describuntur ita medicine tertij gradus. Ille autem que sunt in gradu tertio sunt medicine que efficiunt has operationes opatiōe forti: verumtamen nō in vltimo. Et a serapione sic. Sed si permutauerit permutatione forti sed non in vltimo ita q̄ destruat aut corrumpat dicetur in tertio gradu. Justabit aliquis de portulaca que est frigida in tertio vt ait princeps secundo huius capitulo de ea: ꝛ serapion in aggregatorio ꝛ homines comedunt eam frequenter specialiter in gallis absq̄ sensibili lesiōe. Item fungi numerantur a serapione inter medicinas frigidas in tertio: ꝛ tamen frequenter absq̄ lesione manifesta cōeduntur ab hominibus: marime in pte francie que bria dr. Jtē pori ꝛ nasturtiū censentur calidi in tertio per principem secūdo huius in suis capitulis: ꝛ tamen comedunt innocue ab hoibus frequenter ꝛ abundanter. ¶ Ad primum dic q̄ portulaca comeditur cōiter estuo tpe ab hominibus calidis: sed si comederetur ab homine temperato tempore ꝛ

De partibus.

regione temperatis sub sua propria dosi lederet sensibiliter. ¶ Ad scōm dic cuz serapione capi. fungorum q̄ eis due sunt species. Una est apta cibo: ꝛ tales sunt fungi brie. Alia non q̄ occidit: sed qui sunt apti cibo nonsunt frigidi in tertio. ¶ Ad tertium dic q̄ pori cōiter solent comedi in aqua eluti que reprimit eoruū caliditatez ꝛ in tempore frigido. Et si parui teneri comedantur in estate sumi solent cuz herbis frigidis sicut lactucis reprimentibus eoz caliditatē ꝛ in pua q̄ntitate. Et de nasturtio dic q̄ aquaticū qđ comedi solet est minus calidū campestri vel ortulano quod manifestatur ex suo sapore. Quinto dicit q̄ quintus gradus est ille cuius operatio peruenit ad mortificandum ꝛ corrumpendum: ꝛ hec est proprietas. i. propria operatio medicinaꝝ venenosarum que sunt tales a q̄litate. Et iste differunt a veneno puro: quia venenum mortificat ꝛ occidit hominē a tota sui substantia: ꝛ iste occidunt a qualitate. ¶ Attende primo q̄ Gal. sic dr. scribit eas vbi supra. Et ille que sunt in gradu quarto calide noiant medicine que ꝓsequūtur ex calefactione sua q̄ ipse adurūt. Et frigide sunt medicine que ꝓsequūtur ex ifrigidatiue sua q̄ ipse mortificāt illud cui occurrūt. Et Serapion sic. Et si permutauerit pmutatione forti cū excessu destruente. s. aut calefactione qua cōburat aut infrigidatione qua mortificet erit in quarto gradu. ¶ Attēde scōo q̄ inter medicinas siccas nulla reperit sicca in quarto: nisi sua siccitas cōiuncta fuerit caliditati adurenti: sed in tertio gradu sicce plures inueniunt nō adustiue. Jurta illud Gal. vbi supra. Similr vō aliqua medicinarū ericcantiuz non est possibile vt ericcet in quarto gradu preter q̄ comburat. Et illud est q̄n quando res ericcat vltima ericcatione: tunc ipsa proculdubio adurit. In gradu autez tertio ex gradibus medicinarū ericcantiū est possibile vt res nō comburat sicut omnes medicine que stipticant stipticitate forti vehemēti: sicut succus aggreste ꝛ sumach ꝛ alumen ꝛ balaustie ꝛ galle viridis: hec Gal. ¶ Attende tertio q̄ nulla est medicīa humida in quarto gradu: sic q̄ a sola humiditate interficiat humectando iz possit interficere suffocando plus a substātia q̄z a qualitate. Jurta illud Auer. 5. colliget. ca. 3. Et de humido non videtur q̄ transire possit tertium gradum. ¶ Attende quarto q̄ proportio graduum ad temperamentum ꝛ ad sentuicem sm Alkindum est proportio dupla: ita q̄ medicina calida primi gradus est in duplo calidior temperata: ꝛ calida secūdi gradus in duplo calidior calida primi gradus: ꝛ calida tertij gradus in duplo calidior calida scōi: ꝛ calida quarti gradus in duplo calidior calida tertij. Et hanc positionem recitat ꝛ reprehēdit Auer. 5. colliget. c. pe. dicens. Et dicit Alkindus q̄ cōparatio quattuor graduū medicinarū est comparatio dupli: ita q̄ gradus veniet duplicatus propterea quia ponit primum gradum duplum temperantie ꝛ secundum duplum primi: ꝛ tertiū duplum secundi: ꝛ quartum duplum tertij. Et erat ei sufficiens dicere q̄ secundus est duplus primi ꝛ tertius triplū ꝛ quar-

lem est natum reduci ad actuz illius potentie essentialis ⁊ per se. hec aũt essentialis potẽtia est duplex vt ibidem apparet: nam quedam est actualis simplr: ⁊ quedam quodãmodo actualis passiua: ⁊ differunt ista: qz potentia passiua non reducit ad actũ nisi per presentiã agentis qũ est tale actu: ita qz de se nunqz iret ad actum ad quez est in potẽtia: sed potentia actiua ꝛ se vadit ad actũ remoto prohibente, ỽ.g. de potẽtia passiua: nam quãdo aliquis nescit scribere est in potẽtia ad scribendum: non tñ potest scribere nisi deducatur ad actũ ab aliquo scriptore docente ipsuz scribere: sed quãdo iam scit scribere potest scribere dum vult remoto prohibente: ita est in proposito de medicina calida actu ⁊ potentia. modo Aui. hic loquit large ꝛ potentia: prout ad hec duo se extẽdit: vt apparebit infra. ¶ Quarto est intelligẽduz qz hic reperit duplex lra. Una dicit: ⁊ volumus dicẽ ⁊c. Alia dicit: ⁊ nolumus dicere. vtrãqz saluabo. Nam si dicit. ⁊ volumus dicere ⁊c. dico qz hic dicit Auicẽ. vt ostẽdat sm quẽ moduz talia dicũtur calida vl frigida in potentia: qz dicunt calida vl frigida in cõparationẽ ad corpus nostrũ: ⁊ ideo dicit in tertio de cõplexionib⁹ capło primo. omne qđ dicit tale in potentia dicit tale in respectu ad aliud: vult ergo dicere qz medicina dicat calida vel frigida in cõparatione ad corp⁹ nr̃m: ⁊ non opz qz dicatur talis in cõparatione ad aliud corpus: ⁊ etiã dato qz sit talis actu dicit talis in cõparatione ad hoiem. Si aũt dicat. nolumus. põt saluari. ⁊ dicenduz. hic dicit vt per hoc ostendat sm quez modum medicina dicit calida vel frigida: quia nõ dicitur medicina calida vel frigida: qa fit calidior vel frigidior actu in corpore humano: sed qa est talis in potentia in cõparatione ad effectũ quez facit in corpore humano sicut supra dicebat capitulo ꝛ cõplexionib⁹. quia medicina nõ dicitur temperata actu sicut corpus humanũ: quia nulla est talis: sed quo ad effectum eius ⁊c. Incipe hic disputare ꝛ forma specifica ⁊ dicas rationes pro ⁊ contra: ⁊ sufficit hoc.

¶ Quod si aliquis zc.) ¶ In scōa primo obiicit contra dictū signum: q̄ simile non patitur a suo simili: cum omnis actio fiat ratione alicuius contrarietatis z finis agentis sit assimilare sibi passum qui iam cessat cum agens est simile passo. Et tñ supponit in dicto signo q̄ a suo simili fit dignioꝛ passio. Scōo respondet huic obiectioni dicens q̄ simile a quo res non patitur est simile in spē z nā. i. in eisdē qualitate z gradu. Sed qō est altero calidius non est simile minus calido imo diuersuz ab eo z minus calidū cōparatione ad calidius frigiduz censetur: sicut aqua tepida respectu feruentis frigida dicitur z eam refrigerat imitta sibi. Tertio dicit q̄ minus caliduz patit tribus. Primo a magis calido respectu cuius non calidum: sed frigiduz dī. Scōo ab eo quod est ipso frigidius. i. minus calidum: lz sit calidum a dño. Tertio a frigido in quo simpliciter predominat frigiditas. Exempli gratia. Aqua calida in scōo gradu patitur intensionem sui caloris ab aqua feruente z remissionē sui caloris ab aqua calida in primo gradu: z infrigidationem ab aqua frigida simpliciter. Quarto dicit q̄ vnū istoꝛ trium a qbus patitur minus calidum. s. calidius eo augmētat id quod est fortius in minus calido. s. caliditatem ipsius que sue frigiditati pdominat. Et alterū. s. frigidum vel mnius calidū eo minuit qualitatē predominantē in ipso. Et iō alteratio minus calida magis calido quā calefit amplius est facilioꝛ alteratione minus calidi a frigido qua corrūpitur qualitas dominātioꝛ in eoꝛ: qa caliditas minus calidi prebet auxilium ad eius augmentū: sed resistit totis viribus siue corruptioni a frigido. Quinto dicit q̄ hic est alia causa facilis passibilitatis a suo simili que est ꝓpria alicui eoꝛ que cōmunicant. i. similia sunt in qualitate. Et hec causa ꝓtradicit. i. reprimit z ꝓtemperat ꝓtrarium sibi inimirtū: vel fundat in cōtrarietate z repssione vnius ꝓtrarii ab alio. verbi gratia: homo calide cōplonis nō cito patitur z calefit ab aere calido: nisi q̄ caloꝛ hoīs destruit opationē frigiditatis sibi īmitte q̄ztum pōt eo q̄ illa frigiditas refrenat z impedit opationez eius. s. augmētationē caliditatis quā caloꝛ hoīs nititur efficere. Cum ergo sibi/inuicem occurrunt caloꝛ hoīs z calos aeris z ꝓhibens ab eis destruit. s. frigus īmixtum caloꝛ hoīs qō ꝓhibebat ipsum ab augmētatione caloris tunc duo caloꝛes. s. hoīs z aeris iuuant se amboin calefaciendo. Et completa fortitudo calefaciendi ꝓsequitur adiutoriū hoꝛ caloꝛ adinuicem: suppositō q̄ caloꝛ hominis operetur in hoc vt caloꝛ non vt naturalis propter illud quod statim dicetur.

¶ Lū vero zc.) ¶ In tertia parte q̄ posset aliqs ex dictis credere q̄ caloꝛ hoīs inatus facile pateret z venenis calidis pp similitudinē cum eis in caliditate: ad remouendū hunc errorez dicit primo q̄ caliditas extrinseca cum conata fuerit destruere equalitatē. i. corrūpere ꝓtemperantiaz humane cōplexionis: caloꝛ innatus interius reclusus fortius resistit oī alia q̄litate: ita z intantū q̄ nihil aliud p̄ter aīe vtutē magis refrenat expellit z dissipat substātiā z vires venenoꝛ calidoꝛ q̄z caloꝛ inatus. Ipse. n. est instrm nāe seu virtutū omniuz nāliū qō expelit nocumentū calous extranei supuenientis iō q̄ mouet spūm vel seipsum ad expellendū ipsum calorē extraneuz vel venenū calidū z ad remouendū z resoluendū vaporē ipsius z ad adurendum mām eius. ¶ Sed instabit aliqs q̄ caloꝛ inatus nō est adustiuus lz suauis z tēperatus. Dic q̄ nō adurit ex se penitus mām venēni: sed ex dispōne māe cooperante caloꝛe venent z motu eius subtile ipsius resoluit z residuum eius manet incineratū. Scōo dicit q̄ caloꝛ suatus nō solum expellit caloꝛē extraneū: sed ēt nocumentum frigous aduenīētis: z vtrūq̄ expellit velut ꝓtrariū: sed frigus aduenīēs est ei ꝓtrariū z inquātū caloꝛ est z inquātū est nālis. Extraneus vō caloꝛ solū ei ꝓtrarius est inquātum est nālis. Tertio dicit q̄ debilitatez qō inter ipsam z humoꝛes est medium z stat: z caloꝛ extraneus inuenit humoꝛes non impeditos ab administratione. Comprehendunt ergo ab eo z facit eos obediētes z motu extraneo ipsos mouet z accidit putrefactio. Caloꝛ igitur inatus virtutuz omniū est instrumentuz: sed frigiditas est ei incōueniens: z neq̄z prodest nisi accidentaliter. Jdeoq̄ dicit caloꝛ inatus z nō dicit frigiditas inata: neq̄z operat frigiditati ex colcodea corporis illud qō operat caliditati. ¶ Septimuz aūt genus signoruz est qō sumitur ex cogitationibus z a rebus multum desideratis a natura hois quas plurimū apprehendit virtus: z operat similitudinez

De partibus.

frigiditas existens in humano corpore nō habet hanc ꝓprietatē seu ꝓpriaz virtutem vt expellat indifferenter calorez z frigus: sed solum repellit aduenientez caliditatē per cōtrariū non frigiditatē: quia nec in corpore humano habet dominiū: neq̄z se imiscet alicui nāliuz operationū nisi per accidens: sicut declaratum est primi ꝑma doc. 6. c. & virtutibus nālibꝰ ministrantibꝰ. Quarto dicit q̄ caloꝛ inatus defendit humores a dominio caliditatis extrance. Et cum fortis fuerit fortitudinē moderata virtus nālis ministrare pōt per mediū eius digerendo maturādo z custodiendo eos z totum corpus in sanitate. Et tunc mouētur humoꝛes motu distributionis z assimilationis eoꝛ ad mēbra iuxta ministeriuz inati caloris z virtutū qbus seruit. Nec permittunt moueri sm ministeriuz extranei caloris: quare nō putrescunt. Quinto dicit q̄ caloꝛ inatus est debilis naturalis virtus inde fatigata seu debilitata abstinet z ipedit a regimine humoꝛ ꝓpter debilitatem instrumēti mediantis inter humoꝛes z ipsam z stat quasi cessans a custodia z regimine humoꝛ: quos caloꝛ extraneus inueniēs nō impeditos. i. occupatos sub regimine nature cōprehendit z reddit eos sibi obedientes z mouet ipsos motu extraneo separando caloreꝛ suū nālem a ꝓprio humido: quare putrefiunt. Sexto cōcludit q̄ caloꝛ inatus est generale instrm oīuz virtutuz anime: frigiditas vō neq̄z cōuenit eis neq̄ cōfert nisi per accidēs vt caloꝛem temperat. Et ideo caloꝛ dicit inatus. i. intus natus ad seruiendum virtutibus anime. Frigiditas aūt nō inata dicit: qa nec abundat in interioribꝰ membris nec directe seruit suis virtutibus. Et etiā illud nō comparat. i. attribuit frigiditati ex colcodeia. i. datione vite qō attribuit caliditati. Nam vita cōsistit in calido z humido: frigidum vō vite inimicuz est. Et est colcodeia nomē perfici derivatū colcodeo cuius interpretatio est datoꝛ vite. ¶ Attende q̄ Prin. posuit hic assignauit sextuz signoꝛ humane cōplonis relicto septimo saltat ad octauū. Veruz in margine quoꝛūdaz Auicē. scribit. Hic deest septimuz genus: z similiter deerat in exemplaribus arabicis. In aliis vō libroꝛ marginibus septimuz hoc genus scriptum inuenit modo qui sequitur.

¶ Septimū genus zc.) ¶ Attende hic q̄ hoc septimū genus ꝑma facie videt pars decimi generis qō statim dicet verum ne coincidat cum eo sic pōt exponi. Septimū genus est qō sumitur a cogitationibꝰ. i. desideriis sequētibus cogitationes z rebus multū desideratis. s. cibis z potibus a natura hois ꝓpter cōsuetudinez eoꝛ cum ea vehemēter desideratis: quas. s. res desideratas plurimum apprehendit virtus apprehensiua. s. estimativa vel sensus cōmunis: z cōparatur similitudinibꝰ qualitatū corporis. i. hoc septimū genus: cōparatiue trahitur a similitudine quadaz qualitatū corporis cuz rebus desideratis sicut dicemus in somnijs. s. loquēdo in decimo genere de somnijs que superueniunt sm humorem dominantē in corpore: ideo qn̄ corpus est instrm anime: ideo inquam alia sequitur corpus in desideriis suis z somnijs: qn̄ corpꝰ est instrm quo sano aia viget z quo languido non valet ꝓpria exercere opera. Dicamus igit er lra hac seu signo septimo ꝓtendi illud Gal. 1. thegni. ter. 5. trac. de vētre. Et egritudinibus tamē in ventre distemperantie in hoc differunt a naturalibꝰ sm q̄ contraria cōcupiscūt nō similia quē admoduz z naturales. Si quis igit nāliter calida appetat sm plurimū calide complexionis est: si frigida frigide. Et lz hic Gal. de stomacho specialr loquat: idem tamē intelligēdum est in ceteris mēbris. Juxta illud Haly in cōmē. Qō aūt dixit in vētre itellige ēt illud in aliis mēbris.

¶ Octauū aūt genus zc.) ¶ In hac pti. s. primo dat octauū genus signoꝛ cōplexionis. Scōo tres regulas qbus cōplexiones per opationes cognoscunt. ibi (Cum enim operationes. Tertio tres exceptiones ab illis regulis z tria notabilia circa vltimaz. ibi (Est tamē cum eaꝛ. Quarto narrat aliquas operationes caliditatē signantes. ibi (Et genere aūt.) ¶ In prima parte dicit q̄ octauū genus signoꝛ quibus humana complexio noscitur ab operationibꝰ virtutum aīe sumitur. Operationes enim sunt effectus cōplexionū: z effectus attestant superiores suis causis: z declarant eas cum sint nobis notiores z sensibus plus vicini.

Attendunt

celestie: vult ergo dicere q̄ hoc nomen calidū q̄d̄ sit anime instrumentum nō solum ex parte istorū inferiorū: sed etiam rōne corporū superceleſtiū: q̄ corpora celestia ⁊ intelligentie influūt in nos motum ⁊ lumen que habent calefacere mediante quo calore agunt sicut cum instrumento:

¶ Diceret aliquis nō videf q̄ ex cogitationibus anime ⁊ apprehēſionib⁹ possit sumi significatio super cōplexionē naturalem: q̄ ab his que sunt ab electione ⁊ voluntate non potest sumi significatio super cōplexione naturali: sed cogitationes ⁊ appēhensiones aie sunt huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Maior est nota: q̄ natura ⁊ volūtas sunt distincta: iō ab eis nō potest sumi significatio vnius super alterū. minor est ex se nota. quare ⁊c. ¶ In oppositū est hic Auic. ¶ Dicendū ad hoc q̄ septimū genus signoꝝ sumitur a cogitationibus ⁊ exideriis humanis: ⁊ h̄ exclaratur: q̄ vnūquodq̄ naturaliū appetit cōseruari in esse: conseruatio autē fit a simili: nam sicut dicit Bal. in. 3. theqni text. com. 44. discrasia naturalis appetit sibi similia: accidentalis vero cōtraria: ⁊ ideo dicit hic Auicē. ⁊ a rebus multū exideratis a natura hois. i. a naturali complexione eius. Et sic appareat quomodo ab appetitu pōt sumi significatio super cōplexionez vt qui appetit calida naturaliter significat q̄ est calidus ⁊ sic de aliis. Similr potest sumi signū super cōplexionem alicuius ab apprehēſionibus ⁊ cogitationibus: cuius ratio est illa quā tangit Auicē. in littera: q̄ corpus est instrumentū anime: omnis ergo virtus anime īmersa materie est cogitatiua ⁊ imaginatiua ⁊c. q̄d̄ dico ad differentiam intellectus apprehendētis sm dispositionez corporis ⁊ inclinatur ad rem sibi ꝓportionalem: nam sicut dicit Arist. in principio phīc: quoniaꝝ anime consequūtur corpora ⁊ passiones seipsas impassibiles a motibus corporis: ⁊ iō ille qui erit cōplexionis calide cito mouebitur ad iram ⁊ furorem: ille qui erit frigide ad timorem ⁊c. ¶ Et vlterius q̄ corpus est anime instrumentum: ideo omnia disponūtur sm dispositionem sui organi corporalis in apprehensione: ⁊ sm hunc modum ille qui erit calide complexionis potest somniare q̄ moteſ in igne: accidit enim q̄ ille q̄ est frigide somniat moueri in aqua ⁊ similia vt dicef in ꝛcimo modo. ¶ Ad rationē dicendū breuiter q̄ h̄ apprehensio ⁊ cogitatio fiant ab electione ⁊ volūtate absolute: tm̄ inclinatio ⁊ dispositio aie a corpore est non in electione: sicut pz in virtutibus moralibus in quibus inclinatio corporis multū valet vltra consuetudinem acquisitam: quare ⁊c.

a ¶ Octauum ⁊c. ¶ Primus exterminauit ex septē generib⁹ signoꝝ cōplexionum hic exter. ex octauo genere q̄d̄ sumif ab operationibus. Primo ostēdit vnde sumif hoc genus. Scdo docet significare p ipsum. ibi (Cū enim operationes.) ¶ Sz tu dices nō videf q̄ hoc genus octauū signoꝝ sit hic conueniēter positū: q̄ etiaꝝ septimū genus est sumptū ab opationibus: ergo istud genus est superfluū. Dicendū q̄ h̄ septimū ⁊ octauum sint sumpta ab opationibus: tm̄ differunt multiplr. Primo q̄ septimū sumitur ab operationibus exterminatis: octauū autē generaliter. Itē septimum sumif ab operationibus animalibus octauuꝝ a nālibus. Itē septimū sumif ab operationibus que sunt passiones: nā cogitare ⁊ desiderare consistunt in pacti: octauū autē sumitur ab operationibus que sunt' actiones caliditatis naturalis. Itē q̄ septimū genus sumitur ab operationibus intētionalibus. sed octauū vt plurimū ab operationibus realibus. Item septimū sumitur a rebus vt ad exterminata obiecta comparantur: sed hoc octauum genus non: sed generaliter magis. Deinde cum dicit.

b ¶ Cū enim ⁊c. ¶ Hic docet significare p hoc genus signoꝝ sup cōplexionez. Primo super cōplexionē tēperatā. Scdo distēperataꝝ ibi (Quod si a parte sua.) ¶ Notandū q̄ operationes ꝓcedere sm cursum naturalē est ipsas ꝓcedere vt corpori ꝓportionanf in quo fiunt: cuius rō est: q̄ natura consistit in ꝓportione qualitatū sicut dicemus in somnijs: ideo q̄ corpus est instrm aie. ¶ Octauū[a] autez genus est q̄d̄ sumitur a signis operationum. ¶ Cum enim[b] opationes sm naturalē cursum procedunt plene ⁊ perfecte significāt cōplexionis equalitatē. ¶ Q̄d̄ si a parte[c] sua ad motus mutentur superfluos significant cōplexionis inequalitatem ⁊ caliditatem. Et similiter si propera uerint quoniā caliditatē significant sicut augmenti velocitas natiuitatis capilloꝝ ⁊ natiuitatis dentium. Quod si debilitē tur ⁊ ociose fiant ⁊ tardentur significant complexionis frigiditatez. ¶ Est tamē[d] cū eoruꝝ debilitas ⁊ ociositas ⁊ tarditas sunt cadentes ꝓpter cōplexionē calidam lz illud esse non possit absq̄ mutatione a cursu naturali cū debilitate. Et est ét cuz quadā vt dicit primo ex accidēti ⁊ mor. sicut ergo diuersificatur cōplexio mēbrorū ex ra ita ⁊ natura operationū: si ergo ꝓcedūt a corpore vt sunt ei debite sm naturā: ⁊ vt ei ꝓportionanf dicētur ꝓcedere sm cursum naturalē: dicūtur aūt operationes ꝓcedere plene q̄n sm esse ipsarum operationū procedunt sicut debent sm earū substantiā in seipsis: dicunf autem ꝓcedere perfecte quantū ad numerū ipsarum: ita q̄ vult per multiplicationē istarum verborū. s. sm cursum naturalē plene ⁊ perfecte dicere tria. s. q̄ ꝓportionentur corpori: ⁊ q̄ sint sicut debēt ⁊ quot: ⁊ tunc significatur in tali corpore temperies: ⁊ hoc est q̄ complexio tēperata quantū ad illud quod sonat nomē dicif apud me dictū inquātuꝝ refertur ad opus ⁊ ipsum perficit ⁊ distēperata deficit ab opere: nam hec est prima differētia que est inter tēperatum ⁊ distemperatum: vt vult C. in lib. de bona habitudine: ⁊ in. 2. de complexionibus. cap. 6. ⁊ ideo operationes procedere sm cursum naturalem ⁊ plene ⁊ perfecte significant super cōplexionem naturalē. ¶ Et ex istis apparet vlterius q̄ nullum est dubium q̄ complexio temperata melius potest in suum opus q̄z distēperata quantuz ad omnes operationes eius.

plures naturaliū operationū deficiūt pp caliditatez ⁊ minuunf sicut somnus: q̄n forte est cuz destruif pp calorē complexionis calide aut minuitur. Et similiter est cū angenf aliqua dispōnū naturaliuz ꝓpter frigiditatez sicut somnus. Sed tm̄ nō erūt ex summa operationū naturaliuz absolute īmo cōditionalr ⁊ p cām. Somni nāq̄ necessitas in vita ⁊ sanitate nō est necessitas absoluta: imo ꝓpterea vt spiritus ab impediētibus separef pp illud q̄d̄ ei accidit ex lassitudine: aut ꝓpea q̄d̄ est ei necessariuz incūbere ꝓpter digestionē cibi: ⁊ ꝓpterea q̄ nō pōt duas res. Somni igitur necessitas non est nisi ex parte alicuius impotētie: ⁊ est exitus a necessitate naturali: lz sit exitus ille naturalis ab eo vnde est necessarius: naturalis enjz dicif

¶ Tamē bene est dubitatio: vtrū sit possibile corpus distemperatum habere aliquā operationē melius q̄z corpus temperatū. Et videf q̄ sic: q̄ temperamentuz vniuscuiusq̄ opationis videf declinare magis ad vnam qualitatē q̄z ad aliaz: vt digerere ad calidum magis appetere magis ad frigidum retinere magis ad siccum expellere magis ad humidum: ⁊ q̄ complexio temperata non potest habere istas qualitates excedentes: distemperata autem sic: ideo videtur q̄ aliqua corpora distemperata magis possint aliquas operationes q̄z temperata: tamen de hoc dicetur in sequenti capitulo. quia ista questio ibi cadit aptius: ideo ibi dimittatur.

c ¶ Quod si a parte ⁊c. ¶ Hic docet significare p octo genera signoꝝ super cōplexiōie distemperata. Primo facit hoc in generali. Scdo in spāli descendēdo ad quasdā opationes spāles. ibi (Ex genere aūt operationū.) Prima in duas. Primo docet significare p hoc genus absolute. Scdo cōparatiue. ibi (Firmior vero.) Et hoc sm vnū moduz legendi: tm̄ vt ibi videbitur illa pars pōt aliter introduci. Prima in duas. Primo ꝑmittit modū significandi hoc genus. Scdo exclarādo hūc modū significādi sup ꝓpōnē distemperatam remouet quosdaz dubitanes. ibi (Est tm̄ cū eorum debilitas.) ¶ Iuxta primā partē notandū q̄ Auic. hic duo dicit per que ex opationibus habef cognitio complonis calide: sicut dupliciter pōt esse recessus a tēperamēto. s. versus plus ⁊ superfluus vt si magis intendatur operatio q̄z debeat pp excedentē caliditatē: aut quantū ad ꝓperationem ⁊ celeritatem ꝓperationis. s. q̄ fiat citius q̄z debeat sicut videmus in operationibus: ⁊ ipse corrumpuntur ⁊ sunt indebite: aut propter frigiditatem: q̄ nimis recedit a temperamento: ita q̄ operatio deficit: aut q̄ fit ociosa ⁊ cum tarditate nimia: ⁊ tunc debilitatur operatio ex parte substantie operationis: ⁊ sic apparet quomodo in excessu a temperamento potest dupliciter mutari operatio: similr ⁊ ex parte defectus: ⁊ ideo significant ⁊c.

d ¶ Est tm̄ ⁊c. ¶ Hic determinādo modū istum remouet quoddā dubiū. Et primo remouet quādā ꝓtroversiā cōem. Scdo ꝓpriā. ibi (Et est ét cū plures nāliū.) ¶ Primū dubiū sic orif. nā dictum est q̄ velocitas augmēti ⁊c. significat caliditatē cōplonis: ⁊ q̄ debilitas ⁊ ociositas ⁊ tarditas eoꝝ in opationib⁹ significāt frigiditatē: sed hoc nō vīr: q̄ supra tardanf ⁊ debilitanf ⁊ destruunf ét operationes a mala cōplexione calida sicut videmus in febricitātibus: ergo non est verū q̄ hec signa semper significēt frigiditatē cōplexionis: q̄ non soluz possunt tardari ⁊ destrui a frigido: sed ét a calido ⁊ ad hoc soluit. ¶ Notanduz circa illam partē. (Et est tamē.) vt sciamus quid vult dicere q̄ obscure loquitur: nam

Jacobus

Attenduntur autem in operationibus equalitas ⁊ fortitudinis excessus ⁊ debilitas earum ⁊ velocitas ⁊ tarditas ⁊ frequentia ⁊ raritas.

¶ Cum enim operationes ⁊c.) ¶ In secunda dicit primo q̄ temperata complexio significatur ab operationibus procedentibus plene ⁊ perfecte sm cursum nature: vt qui bene digerit ingerit egerit ⁊ cetera anime opera complet est bene sanus. Et id intelligas in qualz etate sm propriam ipsius naturam. s. in infantibus sm q̄ eis conuenit in illa etate: ⁊ similiter in iuuenibus ⁊ senibus. Secūdo dicit q̄ operationes excessiui motus significant complexionem calidam vt vincere leonem sicut fecit hercules: gestare bouē supra suos humeros vt fecit milo: extendere manibus ferrū equi sicut fecit karolus magnus. Et similiter operationum festinatio vel acceleratio ante tempus solitum vt augmentatio corporis in pueritia plus solito properans: ⁊ velocitas insolita nascentie dentiuz vel capillorum: ⁊ festinatio in sermone ⁊ gressu ⁊ operibus alijs vltra solitū hominum modum. Calidi enim est mouere dilatare vigilem agilem ac fortem reddere ⁊ tanto amplius ceteris paribus quo fortior fuerit dummodo maneat in limitibus naturalitatis ⁊ sanitatis non disproportionatus plurimum humido proprio. Tertio dicit q̄ debilitas operationum ⁊ ociositas seu pigritia in eis ⁊ earum tarditas frigidam significant complexionez: vt debilitas cursus aut sermonis aut deportationis ponderum ⁊ pigritia in studio ⁊ sollicitudinibus humanis ⁊ tarditas corporis augmenti aut ortus dentium vel capillorum significant diminutionem naturalis caloris que hec opera fiunt.

¶ Est tamen ⁊c.) ¶ In tertia dicit primo q̄ debilitas ⁊ ociositas ⁊ tarditas operationum proueniunt interduz ex complexione calida vt in ethicis ptificis causonicis ⁊ tertianarijs apparet: verumtamen id fieri non potest nisi cum debilitate operationuz complexio mutetur ab ipsius naturali cursu: ita q̄ fiat neutra vel egra vt nunc. Sed contra cholerici vehementer a natura lapsi in calido ⁊ sico sunt graciles exiles parū substinentes laboris ⁊ inedie pauce resistentie contra frigora caumata ⁊ ventos male digerentes ⁊ male nutriti diminute cibos appetentes. Dic q̄ cholerici plurimū lapsi a nā non sunt graciles exiles parum sustinētes labores ⁊ inedie rōne multi caloris inati sed siccitatis secū cōplicate. Nam si multa secū afforet humiditas redderet carnosuz ⁊ robustū corp⁹ ⁊ multe tolerantie. Dic scdo q̄ paucitas sue resistētie ꝑ frigora caumata ⁊ ventos nō pueniit ex fortitudine sui caloris: sed ex vehementi raritate corpis: ⁊ similiter debilitas digōis inest eis ex raritate ꝓxterture stomachi ⁊ diminutio nutritionis ex siccitate: lz calor vehementia ad siccitatē coadiuuet. Dic tertio q̄ diminutio appetitus non est in cōplexione vehemēter calida ⁊ sicca naturaliter ex parte caliditatis ⁊ siccitatis: imo sicut caliditas ⁊ siccitas excessiue sunt causa magne resolutionis sic causa magni desiderij ex se: sed q̄ deleat cholera multiplicatur in talibus ⁊ orificium stomachi vaporibus repletur: q̄bus relaxatis fit vt cholerici sint pauci appetitus sm stomachum etiam dum mēbra sunt vere famelica. Secundo dicit q̄ defectus ⁊ diminutio pluriū nālium operationū q̄n̄q̄ procedunt a caliditate sicut somnus pp fortem caliditatem destruitur aut minuif: ⁊ ex consequenti virtutes vitales ⁊ nāles debilitantur ex resolutione superflua caloris ⁊ suum tpe vigiliarum. Et similiter diminutio appetitus a calore ꝓuenit modo statim dicto. Tertio dicit q̄ alique dispōnum nāliuz augenf a frigore sicut somnus. Cuius rei signū est q̄ fortior ⁊ plixior fit in cōplexione regione ⁊ tpe frigidis. Nec deest rō q̄ somnus fieri solet a frigiditate cerebri densantes vapores elenatos ad ipsum q̄ illic inspissati vias arterie ascendentiū ⁊ nerv⁹ descendentiū oppilant donec his digestis ⁊ subtiliatis a calore tpe somni vie reserank. Iuxta illud Ari. ca. 5. trac. primi lib. de somno. Osum vero que in coipe frigidissimū cerebr: que mādmodū igitur humidum q̄d̄ exaporat a solis caliditate cum venerit ad supremū locū pp frigiditatē suam infrigidaf ⁊ ꝓgestum deorsum fert

De partibus.

ficut extrahitur ex.3.colliget.ca.21.t.4.cap.4.ab Auer.aliqua mala cōplexio in membro potest dupl'r se male habere ad illud. Uno modo q̄ excedat temperamentum in mēbrotita q̄ nō est cū defectu t diminutione caloris inati. Alio modo potest excedere mala cōplexio in membro calida sic q̄ est sensibiliter cū defectu t diminutione caloris inati.verbi gratia de primo si calor inatus soluz inflāmatur in epate vel in stomacho:t dato q̄ ppter hoc nō deficiat in substātia:t hic recessus nō vltimatur a naturali:t talis recessus versus caliditatē est cā augmēti opationis.s. versus plus ita q̄ motus operatiōis fit maior i se:etiā festinat magis q̄z deberet fm naturaz: aut si epar calefaciat:t isto modo est causa adustionis sanguinis t conuersionis eius ad naturā calidam:t q̄ operatio eius citius cōpleat. Sed scdo modo excessus caliditatis est cū diminutione t defectu caliditatis naturalis.s.q̄n magis intēdit caliditas intātū q̄ destruat operationē mēbri:t cuz hoc excessu caliditatis in quo defectus calidi naturalis accidit in sua substātia t diminutione eius operationi associat quidā modus frigiditatis qui est oppositus calori nāli vt nālis est:t fm hunc modū nullū est incōueniēs vt epar sic supcalefactū possit generare aquositatē vt etiā ibidē dicit:t ideo nō est mirū si ad talem malā complexionē calidam cōsequat effectus frigiditatis tarditatis t debilitatis operationum cū ibi sit quidaz modus frigiditatis oppositus calori inato:t hoc est q̄d hic vult dicere Auic.t huic concordat illud dictū.B.in cōmē.20.scde parti.illius apho. Quibuscūq; iuuenibus existētibus ventres ficci t c.q̄ omnis imoderata discrasia deicit actum propie virtutis fm grecam trāslationez. ¶ Est etiam cum plures. ¶ Dic mouet aliā instantiā circa predicta que est ppria t specialis circa operationē septimam. Primo mouet eam. Secūdo remouet.ibi (Sed tñ nō erunt.)

¶ Iurta q̄ notāduz q: dupl'r possunt aliqua dici naturalia. Uno modo directe t prima intentione nature. Alio modo large t indirecte t secunda intentione nature. Naturalia directe sunt que procedunt a natura propter finem ex prima intentione sicut tē.sicut operationes sensus t motus t digestionis t nutrimenti tē. Indirecte sunt que pcedūt ex principio intrinseco:tamen nō ex prima intentione nature:t hoc modo defectus t corruptio sunt naturales non q̄ natura intēdat corrumpere prima intētione:tamen fit ex principio naturali intrinseco, isModo dico q̄ in somno est duo naturalr reperire.s.retractionez caloris naturalis ad interiora t quātū ad hoc est naturalis:vt dicit Auer.2 sui coll'z. cāō.21. nam causa somni est principiū intrinsecum.s.virtus regitiua totius que calorez

factum rursus aquā:sic in elevatione calidi ad cerebrū superflua quidez euaporatio in flegma redigitur. ¶ Sed instabit aliquis q: post cibum etiam calidum fortis fit somnus t post vini potum t post esum ceparum t allioum t post forte exercitium. Et hec omnia calefaciunt corpus:sed irrationabile videtur somnuz a frigore augeri t causas ipsius esse calidas. Item puerorū somni sunt fortissimi t longissimi t senum leues t breues:qui tamē sunt frigidi t pueri calidi. Dic q̄ plurium somnorū causa prior est calidita: elevans vapores ad cerebrum:sed eorū causa prima est frigiditas cerebri dictos vapores inspissans. Et q: melācholici t senes a senio carēt prima causa sunt breuis t leuis somni:cholerici vero pp carentiā scde cause vigilatiui sunt t non somnolēti. Et q: iam Prin. determinauit parti.scda istius octaue partis q̄ si opationes supfluant significant caliditatem:t hic videt asserere cōtrariū de somno cuius supfluitas significat frigiditatem:ad saluandum virūq; notat ℔ tria circa hoc dictum tertium. Primū est q̄ somnus non est necessarius in vita t sanitate necessitate absoluta: q: sani viuimus t vigilantes pro maiori parte vite nostre sine somno:sed est necessarius aliquibus horis ppter alterū duorū.s.vt spiritus separet ab impedientibus ppter illud q̄d accidit ei ex lassitudine.i.vt virtutes animales t sui spiritus laboribus lassati seu fatigati separentur a laboribus t retrahant ad suum principiū quiescentes illic donec cōfortati fuerint t vigorati p nouos spiritus trāsmissos a corde. Vel q: spiritui necessariū est incūbere.i.occupari super digestione cibi. Et q: non pōt virūq; facere.s. subseruire sensibus t motibus volūtarijs t incumbere digestioni magis necessario p naturā applicat.s.digestioni cibi. Propter primū quidē pfundantur somnus post magnos labores. Et ppter fm post repletionē cibi t potus. Secundū est per moduz corelarij q: necessitas somni animalibus inest ex parte impotētie.s.q: virtus animalis fatigata labore non pōt cōtinuare in flurum sensus t motus ad membra sensibilia:ppter q̄d Aristo. somnū vocat impotentiam primi sensitiui. Et somnus est exitus.i. remotio vel elongatio corporis a necessitate naturali vz ab his que necessario requisita sunt ad dispōnem corporis vere naturalē t sanissimā:Iz sit exitus naturalis ab eo vnde est necessarius.i.ppter hoc q̄ animal sine eo diu viuere non pōt. Et in hoc vult Prin. inuere q̄ somnus est exitus seu lapsus quidā ab optima dispōne corporis t quasi pncipium egritudinis vel neutralitatis. Quod testatur Arist.ca.5.trac.1. de somno dicens. Simile enim est somnus epilētie:t est quodāmodo somnus epilentia:t ideo accidit multis principiū huius passionis dormiētibus:t dormientes quidem capiūtur:vigilātes vero non. Tertiū est q̄ naturale triplr dicit. Primo cōitate nois.i. generalr de omni necessario sive cōueniēs fuerit sive disconueniēs his quibus inest:sic mors animalib⁹ est naturalis t sllr somnus. Scdo de tēperatissimo t sanissimo q̄d non hz rugam neq; maculam p quā deuiet aut degeneret a ppria natura:t hoc modo somnus nō est naturalis imo lapsus quidā. Et hec significatio dictionis huius naturalis est firmior.i.spāltior t maxime ppria ita vt dicatur de cōplexione equali seu tēperata cuius operationes sunt moderate pfecte t cōplete. Tertio dicit naturale de illo q̄d a natura inest sive lapsum fuerit sive tēperatum:t significatio naturalis hoc mō est pbabilis.i. pbabiliter quātuis ſpropie dicta de caliditate frigiditate humiditate t siccitate excessiuis que a natura insunt t ita de somno. Patet igitur ex his q̄ aliquo modo somnus est operatio naturalis t aliquo modo non.

¶ Et genere tē.) ¶ In quarta parte primo enumerat ser genera fortiū operationū significātum caliditatē. Primū est acuitas vocis. ¶ Instabit aliquis primo

retrahit ad interiora ne resoluatur:nō tamē naturalis primo:q: in somno reperimus aliud.s.q̄ impotētia quedā t defectus naturalis operationis spiritus:t ideo est naturalis secūda intētione nature:non autē prima. Et q̄d plus est id q̄d est formale in somno nō est opatio sed defectus:q: est pauatio t ligamentū sensus tamē vt est motus spiritus ad interiora fit a natura:vt autez est impotentia non:modo regula Auic. debet intelligi de naturali simplr:q: tale est necessariū: t de tali necessario q̄d est naturale ex sui prima intētione nature dicit naturale fm rem t fm nomen:sz de naturali q̄d non est propter finē t primum intentione nature:sed est in potentia quedam non dicit naturale:nisi soluz cōitate nominis; non autem rei: t hoc est q̄ vult dicere Auicen. cum dicit. nāle.n.cē.

tio:licet sit cum ista adueniunt non propter causaz cōem:imo ppter cām mēbro operationis ppriā. Nonum vero genus est expulsio superfluitatū a corpore t qualitates eorū que expellunt. Expulsio enim cum non auferatur t illud q̄d ex stercore t vrina egredit t sudore t alijs est acutum habēs odorē fortē:t tincturaz ex eis que tinctura habere cōsueuerūt: t adustionē t decoctionē ex illis que assationē t decoctionem solent habere est caliduz. Quod vero diuersum est ab hoc est frigidum.

a ¶ Firmior tē. ¶ Nota duz q̄ hec littera potest exponi dupl'r. Uno modo vt cōtinuetur ad id q̄d dictuz est: t hoc modo naturalis debet esse hic t tunc dicemus:naturale enim dicit de necessario quantū ad duo:quantū ad intentionē nature cōitate nois sui solū sed rei simul:sed de eo q̄d est intentū prima intētione a natura dicetur fm nomē t fm rōnē:t hoc est naturale simplr: q: firmior significatio que hz hoc nomen naturale nō est nisi vt dicunt de cōplexione equalr.i.manifestius t certius significat hoc nomē naturale ita q̄ est naturale simplr t prima intētione nature cuiusmodi est temperatum q̄z q̄ de eo q̄d est naturale fm quid t recessum a temperamento: t q: somnus est hmōi:ideo dicet de eo equiuoce naturale t fm nomen solū tē. pſequendo litteram ad hunc intellectum. Alio modo potest exponi:ita qui erit.s.per se:ita q̄ doceat significare per hoc genus octauum signorum cōparatiue:t iunc dicemus q̄ hic vult dicere q̄ ab hoc ergo genere signorum sumitur significatio firma super cōplexionem equalem t temperatam ab operatione eius:hec operatio que sumitur super distemperatam non est certa reducēdo litteram ad hunc intellectum facilis est.

b ¶ Ex genere tē. ¶ Dic docet significare in speciali super quasdā operationes terminatas. ¶ Sed tu dices nō videt q̄ vox acuta significet caliditatē:imo frigiditatē q: significat strictura cāne pulmonis que est filia frigiditatis vt dictur in thegni:t ideo videmus pueros t mulieres habere vocem acutam. Dicenduz q̄ nō accipit hic acuitatem vocis que sit a strictura cāne pulmonis:sed appellat vocem acutā illam que multum resonat:q: cum vehementi impulsione aeris:t hoc fit a forti virtute ex caliditate cordis t pulmonis:ita q̄ acuta debet exponi.i. magna t talis significat caliditatem.

a ¶ Et

mo q: acuitas vocis fit ex strictura trachee arterie:strictura vero frigiditati attestatur:q: frigidi est constringere sicut calidi est dilatare. Item femine generaliter habēt voces acutiores masculis exceptis vaccis:t tamē sunt frigidiores. Item eunuchi sunt acute vocis:q: ex carētia testiculorū infrigidant t effeminant. Juxta illud Arist.5.de ge.aialiū.ca.penul. Et omnia animalia castrata alterant in naturā seminarū: ppter ergo debilitatem nervorū erunt voces animaliū castratorū similes vocibus femine. Et.11.parti.pble.querit ppter quid pueri t mulieres t eunuchi t senes loquunt acute. Item magnitudo vocis de qua tamen est maior apparētia q̄z de acuitate non significat caliditatē. Jurta illud Gal.2. thegn. ter.1 c.trac.de ventre. Nō vero ipsa vocis magnitudo a caliditate fit quēadmodum neq; paruitas a frigiditate:sed hec quidē amplitudine tracheе arterie fit t ecufflatione vehemēti or paruitas vero cōtraria segtur. Item grossitudo que cōtraria est acuitati significat caliditatē vt dicit hic Prin. ergo acuitas frigiditatē q: contrariorū contrarie sunt cause t signa. ¶ Attende primo pro solutione q̄ Gal. attribuit acuitatem vocis strictureе cāne pulmonis:t brevitati eius t siccitati:gravitatē vero causis contrarijs lib. de voce. cap. 8. dicens. Luz vero cāna fuerit stricta vox erit acuta:si ampla erit grauis:si curta erit addens in acumine:si longa crescit in gravitate. Humiditas autē epiglotis facit grauitatez vocis:siccitas vero acuitatem:hec Gal. ¶ Attende secūdo q̄ Arist.5. de gene. animaliuz cap. penul. attribuit acuitatē vocis veloci motui aeris a pulmone impulsi defectus vocem:t gravitatez tardo motui eius dicens. Vox autē gravis est ex tardo motu:t vox acuta ex veloci motu. Et paulo infra volens assignare differentiam inter vocē magnā t parua ex vna parte:t graue t acutā ex alia parte dicit. Vox autē dicitur magna q̄n motū fuerit magnum simplr. Et paruitas dicitur vocis q̄n motum fuerit paruū simplr. Acumen autem t gravitas vocis dicit fm comparationē moti ad motorem scilicet.s.pulmonis pellentis ad aerem pulsum. Et ppter hoc sunt in eis iste differētie:quoniā si virtus moti fuerit superans virtutez motoris necessario erit motus moti grauis:si aūt virtus motoris vincat virtutē moti tunc erit motus velox. Et intellige p hec verba q̄ vox gravis fit ex motu tardo nō penetrante in id q̄d mouet:sed potius quasi exterius premendo impellit. Et vox acuta fit ex motu forti t acuto sive penetrāti t dividente hoc quod mouet. ¶ Attende tertio q̄ gravitas t acuitas vocis cōplicabiles sunt cū magnitudīe t paruitate eius:ita vt aliqua vox grauis magna sit aliqua parua t aliqua acuta magna alia parua. Jurta illud Arist. ibi. Gravitas t acuitē sunt contraria:t inueniunt in voce magna t in voce parua:q̄m pōt eē vox acuta magna t vox parua grauis. ¶ Attēde quarto q̄ vox acuta magna fit cum motor est fortis dividēs quasi in lineas multū aerem motū t impellens ipsum cum velocitate. Et talis vox reperitur in thauris t quibusdam viris:quorū pectoralia sunt intēse calida sine notabili latitudine cāne:t significat caliditatē: vt ait Prin. Sed acuta parua fit ex aere pauco sub forma linee velociter moto talis est i pueris t mulieribus t cōualescentibus t eunuchis:nec significat caliditatem sicut probant preadducte rationes. Secundū genus operationū significantiū caliditatem est vox grossa. De qua dicit. B. lib de voce. c. 8. Vox autē grossa fit ex multo aere sine potentia. i. absq; hoc q̄ motor possit ipsum graciliare t quasi lineas dividere. Et ista vox est cōtraria gracili. Nam gracilem vocem defert aer tenuis ad instar linee. Sed grossa defertur ab aere copulēto simili colūne grosse. Et ipsa significat ex cōsequēti caliditatē:q: significat amplitudinē cānalium pulmonis a arterie vocalis solitam pcedere a caliditate. Tertium est velocitas seu

precipitatio

a ¶ Et genus ꝛc. ¶ Hic dcter. de decimo genere cōplonis ꝛ posset diuidi in. 4. Primo premittēdo prnes gd sumaf hoc genus ostēdit qūo significat sup cōplexionē siccā. Scdo humidā. ibi (A passionib⁹ vero.) Tertio calidā. ibi (Et hac quidez secta.) Quarto frigidā. ibi (Et ille in cuius cōplexione.) sed legatur totuz simul. ¶ Iuxta qō notādū qd hoc decimū genus signorum differt a. 7. ꝛ. 8. qz iz hec tria genera sumantur ab operationibus anime: tū diuersimode qz septimū sumitur ab operationibus determinatis: illud vero ab opationibus cōibus. Item septimo non accipiſ in relatione ad diuersa obiecta: illō autē fic. Item differt ab. 8. genere qz. 8. genus sumiſ ab opationibus naturalibus vt distinguunſ p perfectum ꝛ imperfectuz: sed. 10. genus sumiſ a differentia operationum fm seipsas. ¶ Et parūper pati ab vnaquaqz re.) Sed tu dices. male dicit qz in. 6. genere signoz dictū fuit qd corpus calidū cito patitur a re sibi: ꝛ hic dicit ꝑuū. ¶ Ad hoc dicēdū p expositionē litterę: qz vult dicere qd parūper patiſ. i. qz hz modicā sollicitudinē de reb⁹ omnib⁹: ita qd oia quasi vilipendit que sibi accidūt: ꝛ dato qd sint ardua ꝛ terribilia ꝛ in se tñ non timet: nam timor fit ex reuocatione caloris ad interiora: nunc autem in tali corpore est caliditas multa intra ꝛ extra: ꝛ de tali corpore dicitur in tꝛegni 2. tractatu cordis ter. cō. 2. qd in eo est confidentia maniaca.

¶ Et genus quidem decimum est sumptum ex dispositionibus virtutuz anime in suis operationibus ꝛ passionibus sicut ira fortis ꝛ estuatio ꝛ perceptio ꝛ intellectus: ꝛ audacia: ꝛ verecūdia: ꝛ suspitio bona: ꝛ bona spes: ꝛ impietas: ꝛ impigritia: ꝛ moruz virilitas: ꝛ pauca ociositas. Et parumper pati ab vnaquaqz re significat caliditatē: eorū autē contraria frigiditatē significāt: ꝛ perseuerātia seruoris ꝛ māsuetudinis ꝛ imaginari ꝛ rememorari: ꝛ reliquorū significant siccitatez.

A passionibus vero cito remoueri significat humiditatem. Ex hac quidem secta est insomnietas ꝛ somnium: quoniam ille in cuius complexione est dominium caliditatis videt se quasi ad ignem calefieri: aut sicut ille qui sedet ad solem. Et ille in cuius complexione est frigiditas dominans videt se sicuti esset in niue: aut quasi in aquam mitteretur frigidam. Amplius vnusquisqz humorem habens dominantem videt illud quod suo pertinet humori quemadmodum dicunt.

¶ Et hac quidez secta est insomnietas.) Sed tu dices qūo in corpore calido est insomnietas: qz ipsa ꝓprie debet virtuti debili: qz nō est verus somnus: nec vera vigilia sed medium. Dicendum qz alia translatio est melior que dicit visionez ꝛ somnia: vel dicēdū qz insomnietas pōt accidere ex defectu caliditi: vt qñ est modicus calor in corpore modicus trahit ad interiora ꝛ paruz relinquit in exteriori ꝓp qō accidit: insomnietas aūt pōt contingere ex superflua abundantia caliditi qō est in corpore: nā nullū est dubium qz caliditas est cā euigilationis dissoluendo vaporē ascendentez ad caput: qñ ergo multum est de calido ad exteriora reuocatum ꝛ multū ad interiora: cum est ad exteriora solut vaporē nec pmittit fieri fortē ꝛ crassam vaporationē ꝓpter qō accidit insomnietas: tamē prima solutio magis placet mihi.

¶ Ulterius notandum qz dicit somniū qūo ex somnijs pōt sumi significatio super cōplonē corporis: qz possibile est qz flegmatico distillet cholera ad linguaz ꝛ somniabit res calidas vt esse in igne: ꝛ tamen erit frigide complexionis. Item possibile est qz excendat flegma ad linguam ꝛ somniabit frigida vt esse in aqua frigida: ꝛ tamen non sequitur qz sit complexionis frigide. ¶ Ad cuius euidentiam notandū qz somnia sunt duplicia: quedam sunt que procedunt ab extrinseco. s. ab influentia corporis celestis: ꝛ hoc modo fiunt somnia que proferunt ꝛ

Jacobus

precipitatio sermonis ꝛ continuitas ipsius. s. assidua garrulitas que procedunt ex feruore sanguinis ꝛ spirituū ꝛ eorum leuitate. Cuius rei signum est qz pueri ꝛ iuuenes sunt loquatiores senibus: aliquibus tamē inest loquacitas ex humiditate ꝛ indiscretione sicut mulieribus. Quartū est ira que cū sit ebullitio sanguinis circa cor attestatur super caliditate. Quintū est festinatio motionum vt gressus coitus cursus ioculationis ꝛ similiuz: calor enim est precipitationis cā sicut frigus lenitatis ꝛ somnolentie. Septimū est citatio palpebraꝝ seu velocitas aut frequētia sui motus: que quibusdā inest quasi cōtinue ꝛ inaduertēter sicut vidi tēpore meo in cardinalibus cameracensi ꝛ sancti marci. De tali citatione dicit Raſ. secundo almansoꝛ. c. de significationibus oculoruz. Oculi quorum palpebre cum magna palpitant frequentia hominem timorosum ꝛ inanimatuz declarāt. Sed nec illud apparuit in dictis viris: imo fuerunt magnanimi sapientes ꝛ audaces. Nec cōsonat dictis principis h cū timorositas sit signū frigiditatis: verū Aristo. in libel. suo de phisiono. scripsit. Quicūqz palpebrizant timidi sunt: qz in oculis primi mouentur. Consequēter post enumerationez ser generū operationū significantiū cōplexionē caliduz notat Auin. qz ista genera operationū qñqz non aduenium ꝓpter cām cōmunē. i. ꝓpter cōplexionē calidam toti corpori cōmunem: sed ꝓpter causam ꝓpriam mēbro cuius est operatio. s. ꝓpter naturalem caliditatem ipsius solius vt grossities vocis loquendi velocitas ꝛ ira qñqz procedunt ex caliditate sola partium pectoralium.

¶ Monū vero ꝛc.) ¶ In hac parti. 9. dicit primo Auin. qz nonū genus signoū quibus cognoscit humana cōplerio sunt expulsio superfluitatū a corpore. i. superfluitates expulse a corpore sicut fex vrina muncus sputum sudor sanguis lachryme sperma vapor ventus aer: que si cholerice fuerint semper vel vt in pluribus significāt cōplexionē cholericā: si flegmatice flegmaticā ꝛ sic de aliis: vel qualitates exeuntium a corpore sicut odor color sonus sapor calor frigus ꝛ similia. Secūdo dicit qz qñ non auferf sed more suo fit expulsio superfluitatū ꝛ expulsa sicut fex vrina sudor sunt acuta pūgitiua fetida aut fortis odoris ꝛ plurime tincture adusta vel multū cocta ex his que tincturā vel adustionē aut decoctionē hſe consueuerunt significāt calidā cōplexionē. Notāter dicit ex eis que tincturā habere cōsueuerunt ꝛ ex illis que adustionem ꝛ decoctionem solent habere: qz aliqua ex his que expelluntur carent istis vt lachryme ventositates ex vaporez per os ꝛ aliunde emissi. Tertio dicit qz illud qō est diuersum ab hoc est frigidū. i. ereūtia que non habēt acumē neqz fortem odorē neqz tincturā neqz decoctionē: sed sunt velut cruda discolorata quasi carentia odore significant frigiditatem: sicut enim fortis odor vehementia tincture ꝛ decoctionis vel adustionis a calore superfluo procedunt: sic contraria eorum a frigore ꝛ ei attestantur.

¶ Et genus quidem ꝛc.) ¶ In parti. 10. primo assignat decimum genus signorum cōplexionis. Secūdo agit de passionibus ꝛ operationibus aīe significantibus caliditatem ꝛ frigiditatem. ibi (Sicut ira fortis.) Tertio de significantibus siccitatē ꝛ humi. ibi (Et perseuerantia.) Quarto docet ex somnis cognoscere cōplexionem ꝛ notat vnum circa predicta. ibi (Et ex hac quidez.) ¶ In prima parte dicit qz decimū genus signoz quibus humana cōplerio noscitur sumitur a dispositionibus virtutum anime in suis operationibus ꝛ passionibus vt a dispositionibus vel inclinationibus anime ad iram vel mansuetudinē temeritatē vel pusillanimitatē spē vel desperationē. ¶ Attende primo qz istud decimuz genus differt ab octauo qō ab operationibus sumi dicebatur: qz octauū attenditur penes opationes cuiusqz mēbri naturales vitales ꝛ animales: ꝛ hoc decimum genus attendiſ solū penes dispōnes virtutū anime cōcupiscibilis ꝛ irascibilis in passionibus ꝛ operibus suis ꝛ dispositiones somniorū. ¶ Attendē secūdo qz ad verificationē huius decimi generis sumpti a moribus ꝛ passionibus animi pre supponere opz qz hi mores nō sint acquisiti ex disciplinis sed procedentes ex inclinationibus naturalibus. Juxta illud Gal. 2. thcg. tex. 13. trac. de corde. Unum cōmune in omnibus his que dicta sunt cōmemoratis quecūqz de moribus aut nunc aut fm aliam aliquam scripta sunt orationem ad agnitionem craseos. i. complerionis non pro bonis aut pravis moribus ex phia exercitatorum: sed pro naturalibus vnicuiqz dictum est.

¶ Sicut ira ꝛc.) ¶ In scda primo numerat. 13. dispōnes anime significātes cōplexionē calidā. Prima est ira frequens ꝛ a leui causa pp facilitatē cōmotionis cholere. Scda est estuatio. i. ardor animi ad prosecutionē vel fugā alicuius boni aut mali sicut ardor cōcupiscētie veneris vel ardor glorie vel ardor vindicte. Tertia est perceptio. i. solertia vel perspicacitas ingenij ad statim pcipiendū agenda vel fugienda vel mentē alterius vel media quibus attingaf intentū. Quarta est intellectus. i. ꝓptitudo vel vivacitas animi ad intelligentiā artium ꝛ scientia-

De partibus.

rū. Quinta est audacia vel temeritas in expectādo vel aggrediendo vel repellēdo hostes. Sexta est inverecūdia vel effronteitas. s. non erubescere facile nec timere de ingloriatione. Septima est bona suspitio. s. bene presumere de alijs nec leuiter suspicari qz malum ei velint vel ad malum tendant. Octaua est bona spes id est cōfidentia de bono futuro vt de beatitudine de diuitijs de honoribus et si tēpora mala sint ꝛ pericula imineant. Nona est impietas. i. sevitia vel crudelitas sine cōpassione afflictorum. Decima est impegritia. i. vigilātia ꝛ agilitas in agendis. Undecima est virilitas moꝛū. i. gerere mores ingressū victu vestitu ornatu ꝛ operib⁹ alijs non dimissos ꝛ effeminatos sed viris solitos ꝛ attinentiores. Duodecima est pauca ociositas. s. etatē agere vigilando sollicitādo quasi cōtinue operādo: nec sinere animū aut corpus ocio torpere. Tredecima est parum pati ab vnaquaqz re. s. impatientem se reddere cōtra aduersitates et si parue sint nec inedias scire pati vel in eis perseuerare sicut multi delicate nutriti non sustinent inedias sed sepe se mutāt ꝛ plerūqz labuntur ad deteriora nullo fructu habito. Ad has. 13. dispōnes animi cōcitant calor subtilitas ꝛ mobilitas humoruz ꝛ spirituū quare significant caliditatē. Secundo dicit qz dispositiones aie cōtrarie. 13. dispōnibus nunc nominatis significant frigidam complexionem.

¶ Et perseuerantia tē.) ¶ In tertia dicit primo qz perseuerantia seu permanentia diuturna in passione furoris vel mansuetudinis ꝛ in imaginatione vel opinione propria ꝛ in firione memorie rei prescite vel presensate ꝛ similiuz sicut estimationis ꝛ fantasie ꝛ amoris ꝛ odij significant complerionem siccam qz siccitas est causa firionis ꝛ permanentie impressorum in sensu memoria vel imaginatione: sicut vides in extrinsecis sicca dura melius humidis mollibus retinere figuras que eis imprimuntur. Id confirmat Gal. 2. teg. tex. 7. trac. de corde dicens. Siccum vero cor pulsus operatur duriores ꝛ furorem non promptū quidem sed ferocem ꝛ difficile placabilem. Secundo dicit qz cito remoueri a passionibus ꝛ opinione propria vel imaginatione ꝛ a memoria rei scite vel sensate est signum complerionis humide. Cuius rei signum est pueros ꝛ mulieres qui sunt humidi faciliter passionari ꝛ cito a passionibus remoueri propter humiditatem ꝛ mollitiem suorum cordium ꝛ cerebroruz. Id Gal. testatur secundo tegni ter. 11. dicens. Humidioris cordis signa sunt pulsus molles ꝛ cōsuetudo facile mobilis ad iram ꝛ facile placabilis.

¶ Et ex hac quidem ꝛc.) ¶ In quarta dicit primo qz ex hac secta. i. ex hac maneric signoruz decimi generis sunt insomnietas ꝛ somniuz. Et per insomnietatem potest intelligi defectus somni seu superabundantia vigiliaruz ꝛ sic est de genere octauo signoruz sicut somnus: ꝛ potest intelligi defectus somni seu somniorum vel superabundantia eoꝝ fm qz in accipitur pro non vel pro valde: multa enim significat. Juxta illud. In fine non contra valde designat ꝛ intus. Et in hac significatione subiacet huic decimo generi propter si multitudinez somniorum cum passionibus animi: sicut enim passiones animi fiunt a formis impressis in fantasia boni vel mali: sic somnia fiunta motu simulacroruz in fantasia. Propter quod Arist. somnium describens lib. de somno trac. ca. 6. ait. Sed fantasia quod est a motu simulacroruz cum in dormiendo fit ꝛ in eo qnod dormit hoc est somnium. Inest autem quibusdam insomnietas seu carentia somni tota vita: quibusdam vero solum in primis etatibus. Juxta illud Aristo. ibi. Jam vero quibusdam accidit vt nullum somnium viderint in vita: rarum quidem huius est: accidit tamen ꝛ in his quidem omnino perseverant. Quibusdaz vero ꝛ multum prouectis etate accidunt cum primum nullum somnium viderint. Deinde subdit huius causam dicens. Causa autem quare non fiat simile aliqd oportet arbitrari: quoniam neqz qui post cibum dormitauerint neqz pueris fit somnium. Quibuscūqz enim hoc modo consistit nam ita vt multa ascendat evaporato in superiorem locum ꝛ iterum deorsum lata facit multitudinem motus conuenienter istis nullum apparet fantasma. Et breuiter dicere velut qz fortitudo oppilationis viarum ꝛ profunditas somni non sinunt somnia fieri. Secūdo dicit qz his complerionez calidam a diuisi somniet videt. i. somniat se quasi ad ignem calefieri vel sedere in sole vel aliqd similecalefacienti. Et his cōplexionē frigidā somniat se esse in niue vel in aq̄ frigida mergi vel aliqd tale. Et quilibet abundans in aliquo humore somniat cōiter de his q̄ptinent seu filia sunt huori in quo abūdat vt aiunt medici. Et patronus hoꝛ. Gal. libello suo de somnijs sic scribit. Et somniū nobis indicat dispōnes corpis. Ignē. n. accēsum quis videns somnio xanta molestaſ cholera. Si vo fumū vel caliginē vel ꝓfundas tenebras a nigra cholera: pluuiā vo factā humiditatē abūdare indicat. Nix autez ꝛ glacies ꝛ pruina flegma frigidum. Et istoꝝ oīum reddit cām ibi dicens. Videt enim in somnis aīa ad ꝓfundum corpis moꝝ ab exterioribus accedēs sensibilis

Universidad de Deusto Biblioteca

vatcinantur futura: vt patet in libro de somno ⁊ vigilia: ⁊ ex talibus somnijs nō significamus super cōplexiones propriae: ⁊ cum ipse procedant ex causis vniuersalibus nisi valde ꝓr accidens. s. super melācholicā: q̄ talia somnia vtplurimum non accidunt nisi quibuscā melācholicis abstractis a curis secularib⁹: ⁊ dirigūtur magis ab aspectu celesti q̄z ex ratione. Alia sunt somnia que procedūt ab intrinseco ⁊ ista sunt duplicia. Nam quedam sunt que sunt ab anima ⁊ terminant ad rez extra: sicut sunt somnia causata a cogitationibus factis in vigilia q̄ postea in somnijs representā tur ⁊ a talibus somnijs nō sumitur significatio super complexionē ⁊ dispositionem corporis q̄ principiū horū somniorū est sumptū a cogitationibus que fiunt ab electione ⁊ voluntate: quare ⁊c. Alia sunt q̄ procedunt econuerso: nam incipiunt a dispositione corporis ⁊ terminātur ad animam sicut quādo distillat aliquis humor ad linguā: tūc somniat comedere res illius saporis ⁊ ab istis bene sumitur significatio sup complexionem: cuius ratio est: q̄ dispositio corporis est causa operationum dispositiōis anime ⁊ eius instrumentum: ⁊ de hoc intelligit hic Auicen. ¶ Ad rationem dico q̄ flegmaticus non somniabit ex discursu cholere ad linguam se

¶ Iuxta quod notandum ⁊ iuxta primam partem q non est dubium vtrum pulsus puerorum sit lenior pulsu iuuenum: quia puer maiorem habet humiditatem qꝫ iuuenis in arterijs ⁊ in toto corpore. Sed est questio vtrū sit debilior ⁊ spissior qꝫ pulsus iuuenum. Et arguitur primo qꝺ in pueris sit pulsus fortior ⁊ maior qꝫ in iuuenibus: qꝺ vbicunq; est virtus fortior ibi debet esse fortior ⁊ maior: sed hoc est in pueris magis qꝫ in iuuenibus: ergo ⁊c̄. ℳaior patet: quia fortitudo virtutis est causa magnitudinis ⁊ fortitudinis pulsus. ℳinor apparet: quia causa efficiens pulsus est spiritus vitalis: sed sicut apparet per Auer. in. 2. colliget capitu. 4. virtus vitalis plus reducitur ad virtutes naturales qꝫ ad alias: adeo q est ꝛ natura cibatiue virtutis cum qua natura dat calorem omnibus. ita dicit Auer. in quocūq; ergo corpore virtus naturalis est fortior in eo est virtus vitalis fortior: sed virtus naturalis est fortior ⁊ perfectior in pueris qꝫ in iuuenibus: ergo ⁊c̄. ℳaior patet ex dictis. ℳinor apparet per Bal. in lib. 7. ꝛ regimine sani. vbi dicit q actus naturales optime perficiuntur in pueris ⁊ melius qꝫ in iuuenibus. ⁊ hoc idem vult Bal. 6. ꝛ accidenti ⁊ morbo capitu. tertio. ergo virtus faciens pulsuꝫ erit in eis maior: ⁊ per consequens pulsus erit maior ⁊ fortior in pueris qꝫ in iuuenibus. Item dicit q pulsus puerorum est spissior ⁊ velocior pulsu iuuenum. non videtur quia causa velocitatis ⁊ spissitudinis pulsus est necessitas augmentata: sed necessitas magis augetur in iuuenibus qꝫ in pueris: ergo ⁊c̄. ℳa. patet ex supradictis. ℳi. apparet per Bal. in cōmen. 14. prime partic. illius apho. Qui crescunt. vbi dicit q calor pueri est calor naturalis: calor autez iuuenis est acutior ⁊ igneus: ergo in iuuenibus est maior necessitas qꝫ in pueris: ergo ⁊c̄. ¶ In oppositum omnium istorū est hic Auicen. ¶ Ad hoc dicūt aliqui q maius tēperamentū est in iuuene qꝫ in puero ⁊ movenꝫ ex his que dicit hic Auic. qꝛ membra ⁊ virtus puerorū nondū peruenerunt ad cōplementū: sed hoc est maxime cōtra Bal. ⁊ veritatē vt ostensum fuit in prima sen: ⁊ ideo nihil dicūt. Sed dico cum Auicē. hic q pulsus puerorū est minor ⁊ debilior ⁊ velocior ⁊ spissior pulsu iuuenum: pulsus autez iuuenū est maior ⁊ fortior ⁊ tardior ⁊ rarior pulsu puerorum. ¶ Ratio autē quare pulsus in puero est minor qꝫ in iuuene est: qꝛ cum in puero sit multus calor innatus vt apparet per Bal. in cōmen. 14. prime parti. illius apho. Qui crescunt plurimū ⁊c̄. ꝛ ratione huius indigerent magis dilatatione arterie ⁊ magna diastole vt ꝓpter attractionem magne quantitatis aeris sufficienter euentetur: sed qꝛ in puero arterie sunt quātitatis imperfecte: ideo virtus non potest in eis sufficienter dilatare arteriam: in iuuenibus autem fit cum habeant membra perfecta ⁊ magna: ideo multum attrahunt ꝛ aere ⁊ sufficienter in vna vice ad refrigerandum: ⁊ ideo pulsus iuuenum est maior pulsu puerorum cum in pueris sit multa necessitas ⁊ non possit eorum arteria sufficienter dilatari sicut in iuuenibus: ⁊ ideo oportuit vt quod deficit ꝛ magnitudine recuperet in velocitate ⁊ spissitudine propter quod pulsus puerorum est velocior ⁊ spissior

Jacobus

Puerorum vero ⁊c̄. ¶ In hac parte scā ꝑmo agit ꝛ pulsu puerorū. Scō iuuenū. ibi (Iuuenū vero.) Tertio senū a senectute. ibi (Senū aūt.) Quarto senū a senio. ibi (Et pulsus senum.) ¶ In ꝑma parti. dicit ꝑmo pulsus puerorū est lenior seu mollior pulsu etatum sequentium ꝓpter humiditatem ampliorē in pueris inuentā tam fluentem qꝫ innatam: sed est debilior ⁊ frequentior pulsu iuuenū. Debilior qdem qꝛ virtus pulsatilis ⁊ instrm eius nondum sunt fortes neqꝫ cōplete seu pfectionem adepte. Frequentior autez propter fortitudinem seu calotis multa euentatione egentis. Scō dicit q pulsus puerorū est magnus pr comparationem ad molez seu quātitatem suoꝝ corporū. ꝑmo qꝛ instrm eorum. ſ. arteria est molle valde: ⁊ per consequens obedientissimuꝫ dilatationi. Secundo qꝛ necessitas euentationis calotis est in eis vehemens cum sit calor tantus eorum sicut iuuenum. Tertio qꝛ puerorum virtus pulsatilis non est parua pr comparationem ad paruitatem corporum suorum ⁊ venarum pulsatiliuꝫ: quas mouere solet: ideo est tam magna comparatione ad parua corpora ⁊ paruas arterias puerorū qꝫ magna est virtus iuuenum comparatione ad suas arterias. Tertio dicit q pulsus puerorum non est magnus pr comparationem ad pulsum complectorum. ſ. iuuenum imo paruus: qꝛ protensio arterie in longum latum ⁊ altum est multo amplior in iuuenibus vt experientia edocet ꝓpter magnitudinem arterie qꝫ in pueris. Sed pulsus puerorum est velocior ⁊ frequentior pulsu iuuenum propter necessitatem euentationis calotis: cui non satisfit magnitudine pulsus sicut in iuuenibus. In pueris enim vapores fumosi multiplicantur propter multas ⁊ frequentes comestiones ⁊ digestiones eorum: ⁊ ideo valde necessarium est huiusmodi vapores extrahere: ⁊ innatum calorem: ne vaporum multitudine ⁊ suffocetur euentare: quod aptissime fit velocitate ⁊ frequentia suorum pulsuum sup pulsu iuuenum. ¶ Aduertendum tamen q in pueris spissitudo est maior qꝫ velocitas: qꝺ apparet: quia spissitudo apud medicum accipitur a tempore mensurante quietem pulsus vel systolem quando est ignota. velocitas autem attenditur magis ratione temporis mensurantis motū diastoles. modo per diastolem euentatur calor: per systolē autē mūdificantur fumose superfluitates spiritus. Cuz ergo in pueris sit maior necessitas mundificationis superfluitatū ꝓpter multū nutrimentum qꝺ accipiūt ⁊ conuertunt qꝫ sit necessitas refrigerationis: quia non habent acutum calorem sicut iuuenes sed temperatū: ideo oportet in eis pulsum esse magis spissuz qꝫ sit velox: ⁊ ideo tempus quietis est breuius in eis qꝫ tēpus diastoles. ¶ Tūc ad rationes. Ad primā cuz dicitur in quocūqꝫ corpore spiritus vitalis est fortior ibi debet esse pulsus maior. Dicendum q virtutem eē fortiorez in vno corpore qꝫ in alio contingit duplicater. Uno modo quantum ad actum principalem illius virtutis. Alio modo quātū ad actū secūdarium eius. Si primo modo loqmur tūc dico q quantum ad actū principalē pcedētē a virtute vitali in pueris est fortior virtus qꝫ in iuuenibus: ⁊ ideo actus ex quibus vita ꝛpēdet est in eis melior vt dicit in. 6. ꝛ accidenti ⁊ morbo: sed si cōsideret quantū ad actū secundariū: tunc actus virtutis vitalis est melior in iuuenibus qꝫ in pueris. Cuius ratio est: qꝛ ad magnitudinē ⁊ fortitudinē pulsus non solū requirit q virtus sit fortis ⁊ necessitas multa: sed q instrm sit tale q possit multuꝫ dilatari. vnde dato q sit virtus fortior in puero qꝫ in iuuene per impositionem: qꝛ tamen iuuenis habet maiores arterias magis dilatabuntur a virtute debili in iuuene qꝫ a forti in puero. verbi gratia accipiantur duo folles quorum vnus sit paruus alter sit magnus: ⁊ vnus homo qui dilatet magnum ⁊ sit minoris fortitudinis qꝫ ille qui dilatat parum: ⁊ tūc magnus follis plus attraheret ꝛ aere dato q dilatetur a parua virtute qꝫ paruus dato q dilatetur a forti virtute: quia magnus satis plus continet ꝛ aere qꝫ parvus. Et simile est in proposito: qꝛ in pueris non potest tantum dilatari quantum sit sufficiens ad faciendū magnitudinē: ⁊ sic ad primam. ¶ Ad secūdā dicendū q ista necessitas que facit ad maiorem diastolem non est maior in pueris imo minor: sed illa que facit ad spissitudinem fic. ſ. necessitas mundificationis fumosarum superfluitatum: quare non valet.

b ¶ Iuuenum ⁊c̄. ¶ ℳodo in ista parte ostendit qualis debet esse pulsus in iuuenibus: ⁊ dicit q pulsus iuuenū sunt multe magnitudinis: sed non multe velocitatis: imo in ipsa. ſ. velocitate est valde diminutus: ⁊ in spissitudine sup. est diminutus ⁊ ad raritatem tendens.

¶ Sed tu dices nō videf: qꝛ dicit Bal. in libro ꝛ introductorio pulsuum in cōmen. 4. q pulsus iuuenum debēt esse velocissimi ⁊ citissimi. Dicendū qꝛ Bal. dicit q pulsus iuuenum sint velocissimi ⁊ citissimi non in cōparatione ad pulsus puerorū: sed in cōparatione ad pulsus senū. hoc aūt loquit Auic. in cōparatione ad pulsum puerorū. Subdit autē Auicen. vlterius q illorū pulsus. ſ. iuuenum in principio iuuētutis sup. existit maior qꝫ in medio vel in fine: qꝛ ibi. ſ. in principio iuuētutis concurrunt oēs cāe magnitudinis pulsus magis qꝫ in medio vel in fine iuuētutis. ſ. fortitudo virtutis ⁊ necessitas magna propter multiplicationez fumosarum superfluitatū que aggregant magis in principio iuuētutis qꝫ in medio vel in fine: ⁊ organa ēt magis sunt obꝺictia qꝛ nōdū sunt indurata: ⁊ cū hoc existūt perfecta quantū ad quātitatē corporis ipsorū: ⁊ ideo pōt melius dilatari ꝟm omnē diametrū: sed pulsus in medio iuuētutis est fortior: ⁊ intellige quidez q est fortior nō per cōparationē ad principiū iuuentutis: qm̄ in principio iuuentutis nō est debilior: sed vult dicere q virtus est fortior. ſ. in cōparatione ad magnitudinē: qꝛ est magis fortis qꝫ magnus: in principio vero est magis magnus qꝫ fortis. ⁊ hoc concedit ei qui dicit q talis pulsus in ipso est durior qꝫ in principio: ⁊ ideo deficit aliqualiter ab eo in magnitudine.

De partibus.

a ¶ Senum plentibus diminutionem magnitudinis.

¶ Iuuenum vero ⁊c̄.) ¶ In secunda parti. dicit primo q pulsus iuuenum est multum magnus ⁊ non multum velox: imo est valde diminutus in velocitate ⁊ frequentia ⁊ tendit ad raritatem. ℳagnus quidem propter fortitudinem virtutis pulsatilis ⁊ magnitudinem caloris iuuenum ⁊ obedientiam instrumenti: tunc enim arterie complete sunt ⁊ perfectissime. Diminutus autem in velocitate ⁊ frequentia ⁊ declinans ad raruꝫ: qꝛ sola magnitudine sua satisfacit euentationi caloris. Secundo dicit q pulsus existentium in principio iuuentutis est maior: ⁊ pulsus existentium in medio iuuentutis est fortior. Causa primi est qꝛ arteria est humidior ⁊ mollior in principio iuuentutis cuz homo continue procedat ꝛficcando: ⁊ ideo plus ⁊ facilius in longum latum ⁊ altum est extensibilis. Et secunda causa est qꝛ arteria est ficcior ⁊ durior in medio iuuentutis: ideo fortius percutit digitos ceteros paribus. Tertio dicit iam fuisse ꝺclaratum q fere equalis est calor in pueris ⁊ iuuenibus. ſ. primi prime doct. 3. ca. 3. Ergo necessitas euentationis caloris est propinqua. i. fere tanta in vno sicut in alio. Uerūtamen virtus pulsatilis est augmentata. i. completa ⁊ perfecta in iuuenibus: qꝛ suus calor est absolutus a supfluitate humiditatū pueritie ⁊ instrumēta eius. ſ. cor: ⁊ arterie iam attigerunt terminuꝫ sue magnitudinis ⁊ augmenti. Et ideo pulsus iuuenum sua magnitudine sufficienter restaurat id quod deest ei ꝛ velocitate ⁊ frequentia: satisfacit enim necessitatis euentationis caloris magnitudine aeris vna vice attracti pro bono tempore. Quarto dicit q principium effectuum rei vnde venit magnitudo in pulsu. ſ. extensionis fortis arterie in omnes diametros est virtus pulsatilis. Sed necessitas euentationis caloris est appetens: ideſt appetitum agentis excitans per modum finis seu cause finalis: ⁊ instrumentum. ſ. arteris est adiuuans. i. obediendo subseruiens.

¶ Senum

a ¶ Senum aũt ⁊c. ¶ In ista ꝑte ostẽdit Aui. qualis debet esse pulsus senum.
b ¶ Et pulsus ⁊c. ¶ In ista ꝑte ostẽdit Auic. qualis dz esse pulsus senũ magis.
¶ De pulsu complexionum. Cap'm.8.

p **Pulsus calide ⁊c.** ¶ Primus Aui. ostendit qualis pulsus ꝓueniat vnicuiq; ſerui ⁊ vnicuiq; etati: hic determinat de pulsibus cõplexionũ ostendens qualis pulsus ꝓtingit vnicuiq; cõplexioni. Et primo determinat de pulsu vniformi in toto. Scõo de pulsu difformi ⁊ dissimili in toto. ibi (Et preterea cuz vni homini.) Prima in duas. Quia primo determinat de pulsu cõplexionuz simplicium. Scõo cõpositaruz. ibi (Tu vero deincepe compone.) Prima in quatuor. Quia primo ostẽdit qualis pulsus cõpetit cõplexioni calide. Scõo frigide. ibi (In complexione vo frigida.) Tertio humide. ibi (Cõplexionẽ vo humidaz.) Quarto ficce. ibi (Et ficcã qdẽ.) Prima in duas. Quia ꝓmo ostendit qlis pulsus cõpetit cõplexioni calide qtũ ad magnitudinẽ ⁊ paruitatẽ ⁊ velocitatem ⁊ spissitudinem. Scõo qualis quãtũ ad fortitudinez ⁊ debilitatẽ: siue declarat quoddaz suppositum. s. quãdo est q; in calida complexione coniungit fortitudo ⁊ qñ debilitas in pulsu ⁊ ad idem redit diuisio. ibi (Et caliditas quidem.)

¶ Senum autem[a] pulsus est minor ꝓpter debilitatez ⁊ minoris velocitatis ꝓpter hoc etiam ⁊ ꝓpter diminutionez necessitatis ⁊ ꝓpter hoc ẽ rarior. ¶ Et pulsus quidez[b] senum qui iam ꝓcesserunt in annos est paruus ⁊ rarus ⁊ tardus: ⁊ est cuz est mollis ꝓpter humores extraneos ⁊ non ꝓpter naturales.

¶ De pulsu cõplexionũ. Cap'm.8.

p **Pulsus[c] calide cõplexionis** vehementis est necessitatis. Cõ si virtus cõuenerit ⁊ instrumẽtum erit pulsus magnus. Si ergo vnum eorum diuersificabit erit quẽadmodum dictum est in precedentibus. ¶ Et si caliditas[d] quidem non male fuerit complexionis imo naturalis: erit complexio fortis ⁊ sana ⁊ virtus multũ fortis. Et neq; extimes q; calor innatus si fuerit fortis quãtũcũq; sit minuat ex virtute: imo ex eo ꝓuenit in substantia spiritus fortitudo ⁊ in anima audacia. Calor vero cõplexionis malitiam sequens quãto plus augmentatus fuerit tanto in virtute plus debilitatẽ augmentabit. ¶ In complexione[e] vero frigida declinat pulsus ad partem diminutionis: sicut ꝓprie est paruitas ⁊ ꝓprie tarditas ⁊ raritas. Cũq; instrumentum fuerit molle latitudo eius augmẽtata erit ⁊ eius similiter tarditas ⁊ raritas. Cõ si durũ fuerit erit minus hoc. Et debilitas quidez quã mala cõplexio frigida hereditare facit maior est ea quã mala cõplexio calida facit hereditare: qm caliditas. s. calori innato magis est conueniens.

a ¶ Senum aũt ⁊c. ¶ In ista ꝑte ostẽdit Aui. qualis debet esse pulsus senum.
b ¶ Et pulsus ⁊c. ¶ In ista ꝑte ostẽdit Auic. qualis dz esse pulsus senũ magis.
¶ De pulsu complexionum. Cap'm.8.
c ¶ Pulsus calide ⁊c. ¶ In ista ꝑte ostẽdit Aui. qualis debet esse pulsus senum.
d ¶ Et si caliditas ⁊c. ¶ In ista ꝑte ostẽdit qualis pulsus cõuenit cõplexioni calide quãtuz ad fortitudinẽ ⁊ debilitatẽ siue declarat quoddaz suppositum.
¶ Circa istam ꝑtez dubitat: qr vi male dicere qñ dicit: ⁊ si caliditas non fuerit male cõplexionis: qz loquit de caliditate que est in corpore excedente in caliditate: ga talis dicit cõplexio calida que excedit temperamentũ in caliditate: sed qñ recedit a temperamento recedit a nãlitate. huius aũt cõplexio est hmõi: qre ⁊c. ergo male dicit. ⁊ si caliditas nõ fuerit male cõplexionis: imo nãlis. ¶ Itez male dicit q; calor nãlis quãtũcũq; sit non minuat ex virtute ⁊ fortitudo virtutis insequit tẽperamentũ cõplexionis: vt dicit Haly. in cõmen. 13. 2. thegni. ergo si calor multũ augeat virtus diminuit. ¶ Preterea simile est de augmẽto caloris in corpore ⁊ de augmẽto sanguinis: sed multuz augmentũ sanguinis est causa recessus a roborе virtutis ⁊ debilitatis eius vt patet: ergo ⁊ augmentum caloris ⁊c. ¶ Preterea ꝓpositio est ꝑbi scõo de aĩa. ter. cõmẽ. 41. q; omnũ natura ꝓstantium est terminus ⁊ ratio magnitudinis ⁊ augmẽti: cum ergo calor nãlis sit de cõstantib⁹ in natura siue ens naturale habet terminũ magnitudinis quẽ si excedat non remanet eius natura salvata: nõ est ergo vere q; quãtũcũq; fuerit nõ minuit ex virtute. ¶ Dõm ad primũ: ad cuius euidentiã notãdum q; aliqd dr nãle dupl'r. Uno modo simpl'r ⁊ pfecte. Alio modo non simpl'r ⁊ pfecte: sed qa appropinquat ei qđ est simpl'r nãle: sicut dicimus q; corpora sana sunt duplicia quedam sunt perfecte sana. alia sunt sana que continenk in latitudine sanitatis ⁊ approximãt corpori perfecte sano: sicut dicit Bal'. in thegni. 2. ter. cõmẽ. 13. ꝓm Haly. q; diuidit totius sanitatis latitudo ⁊c. tunc dico q; illud qđ est simpl'r naturale bene est temperatũ: sed corpus ca. fri. vel sic. non est simpliciter naturale: sed potest parum vel multũ recedere a naturalitate simpl'r: quãdo ergo dicit q; si caliditas non fuerit male cõplexionis: debet exponi. i. non sit multũ recedens a tẽperamẽto: aut est ꝓter naturã vt q; multũ recedit ab eo sicut est calor febilis. modo hic itelligit de eo qđ valde est ꝓpinquũ temperamento: ⁊ ideo vlteri⁹ accidit q; in tali corpe est virtus multũ sana ⁊ fortis: qz sicut dicebat supius cap'o de cõplexionib⁹: dispositio sanitatis ⁊ nãlitatis plus attinet caliditati qz frigiditati: ⁊ ideo dũmodo caliditas non sit excedens potest dici nãlis: tamẽ nõ posset hoc dicere de friditate qđ hic dicit de caliditate. s. q; si frigiditas nõ fuerit male cõplexionis sed accidẽtis q; ꝓpter hoc sit nãlis: quia frigiditas nõ attinet naturalitati. ¶ Ad scõam dubitationẽ dicendum q; calor naturalis ꝑpõt augeri dupl'r. Uno mõ inquãtuz calor absolute. Alio modo inquãtum innatus. Si ꝓmo mõ intelligat non est verũ q; quãtũcũq; augeat calor q; nõ diminuat ex virtute: imo bene diminuit vt sic: qz sicut ꝓbant rõnes in tali augmẽto fit recessus a tẽperamẽto ⁊ a nãlitate: ⁊ de tali augmẽto nõ intelligit Aui. Si intelligatur scõo mõ tunc nõ est aliud calorẽ augeri inquãtuz innat⁹ nisi vt ei⁹ substãtia ⁊ ꝓportio multiplicet in tali: ita q; in tali augmẽto semp seruet ꝓportio que cõuenit ei respectu virtutis cui⁹ est instrm. Nũc aũt augmentũ ꝓportionis qđ cõuenit virtuti est cã fortitudinis virtutis: ⁊ ideo si sic augetur calor erit virtus fortior: ⁊ ideo corpora que hñt augmẽtuz caloris cũ ꝓportiõe hñt opões valde pfectas: ⁊ de isto augmẽto loqr Auic. ¶ Tunc ad rõnes. Ad primã cũ dr nãlitas ꝑsupponit temperamentũ cõplexionis verũ est vt nãlis simpl'r. Et si nõ sit simpl'r nãlis: ꝑ declinet versus caliduz magis adhuc põt dici nãlis vt visuz est dũmodo ei⁹ excessus nõ sit multus. ¶ Ad scõaz eodez mõ. ¶ Ad tertiã dõm q; no est oĩno sile de augmẽto sanguinis ⁊ spũs: sed si augeat sanguis seruata ꝓportione que debet nature bene est sile nec vt sic debilitat sed' auget virtutẽ. si aũt esset sine ꝓportiõe bene debilitaret virtutez. ¶ Ad quartã cũ dicit oĩuz natura cõstantiũ ⁊c. cõcedatur: ⁊ cuz dicit quãtũcũq; augek ⁊c. dico q; in augmento caloris naturalis vt naturalis est ipsa ꝓportio est eius terminus: vltra quem si ꝓcedat ⁊ disproportionetur non remanet eius natura salvata ⁊c. ⁊ sic de illo.
e ¶ In complexione vo ⁊c. ¶ In ista parte ostẽdit Auicẽ. qualis pulsus debet esse in hoie habẽte complexionẽ frigidam. ⁊ dicit q; in cõplexione frigida pulsus declinat ad ptẽ diminutionis ⁊ q; paruitas est in pulsu ⁊ tarditas ⁊ raritas.

Jacobus

¶ Senum ⁊c.) ¶ In tertia dicit q; pulsus senum a senectute ꝺnominatorum est minor pulsibus iuuenum ꝓpter ꝺbilitatẽ virtutis pulsatilis. Et est minus velox ꝓpter eandem causam ⁊ ꝓpter diminutionem necessitatis euẽtationis caloris: ⁊ est rarior ꝓpter hoc. s. ꝓpter diminutionẽ necessitatis euentationis.
¶ Et pulsus ⁊c.) ¶ In quarto dicit ꝓmo q; pulsus senum a senio dictoꝝ. s. illorum q; iam multũ ꝓcesserunt in ãnos est paruus tardus ⁊ rarus ꝑ manifestaz ꝺbilitatẽ virtutis ⁊ diminutionez vehementẽ euentationis caloris. Scõo dicit q; pulsus istoꝝ senuz aliqñ est mollis ꝑ humiditates extraneas. s. crudas flegmaticas ꝺnis ⁊ arterijs imbibitas: ⁊ eas remollentes: ⁊ non ꝑ humores nãles. i. humiditates innatas arterijs: tales. n. sunt ab arterijs hoꝝ senũ ꝺpaste ⁊ resolute quare subtãtiatr ⁊ intrinsece facte sunt ficce terrestres ⁊ dure. ¶ Attẽde q; Gal. lib. de introducendis in pulsu ca. 2. siue ter. 4. de pulsibus etatum ita differit. Uertuntur autem sm etates quidem ita: quoniam quidem nouiter geniti pueri pulsus est spissior: q vero est senis rarior: q vero in medio sunt oĩs proportionaliter sunt quãtũcũq; vel pueris vel senibus ꝓpius esse ꝓtingit. Citr aũt citissimus qdem est q; pueri ⁊ iuuenis: tardissimus aũt est q; senis est: q; vo alioꝝ etatum sunt in medio sunt. Multo vero maior est que sm raritatez est ꝺtia senis ad pueꝝ qz ea que est sm velocitatem. In ea vero que sm magnitudinem ⁊ vehementiam est ꝺtia: maximus qdem vt in etatibus est q; iuuenuz est: paruissimus aũt est qui senum: medij vero parum maior est qui pueroꝝ est. Et vehementissimus qdem est q; iuuenum est: ꝺbilissimus aũt qui senũ: medius autẽ eoꝝ est qui pueroꝝ est: hec Gal'. Rasis aũt. 10. alman. pulsuuz etates ita recollegit. Infantiũ aũt que ablactantur pulsus in vltimitate spissitudinis ⁊ velocitatis ⁊ paruitatis inuenient. Pueroꝝ vero ⁊ adolescentium pulsus maior est pulsu infantium. Juuenum quoq; pulsus eo fortior ⁊ oĩum etatum pulsu inuenitur ⁊ precipue eoruz pulsus qui in fine iuuentutis existunt. Senum vero pulsus est tardior pulsu iuuenum ⁊ ꝺbilior ⁊ parum minor. Eorum autem qui sunt in senio constituit pulsus in vltimitate ꝺbilitatis ⁊ raritatis ⁊ paruitatis ⁊ tarditatis existũt: hec ille. Et Auer. 4. colliget ca. 19. sic ꝺscripsit eos. Pulsus pueroruz ex parte caloris est velox: ⁊ ex parte ꝺbilitatis virtutis est spissus. Et pulsus iuuenum est fortis ꝓpter eorum calorem ⁊ fortitudinem: ⁊ est rarior pulsu pueroꝝ. Et pulsus senuz ꝺbilis est ⁊ rarus ⁊ tardus: hec ille. Philaretus vero de pulsibus pueroꝝ loquens ait. Lenes vero propter imperfectas in eis virtutes. Dicimus enim quoniam lenes ex imbecillitate virtutis fiunt. Etin hoc errauit: qr non a ꝺbilitate virtutis: sed ab humiditate instrumenti prouenit lenitas pulsus.

¶ De pulsu complexionum. Cap'm.8.

p **Pulsus calide ⁊c.** ¶ In hoc capitulo primo agitur de pulsu calide complexionis. Secũdo frigide ibi (Complexione vero frigida.) Tertio humide ⁊ etiã ficce. ibi (Complexionem vero humidam.) Quarto de diuersitate pulsuuz sm latera in aliquibus. ibi (Et preterea cum vni homini.)
¶ In prima parte dicit primo q; pulsus calide cõplexionis est vehementis necessitatis. i. cõplexio calida vehementi indiget euentatione caloris sui ꝑ pulsum. Et si pulsatilis virtutis ⁊ instrm cõuenerint cũ necessitate. s. virtus in fortitudine sui ⁊ arteria in obedientia motus pulsus erit magnus: qr sibi aderunt oĩs cãe magni pulsus. s. virtus fortis: necessitas vehemens ⁊ instrm obediens. Secũdo dicit q; si vnum eoꝝ diuersificabitur. i. si in cõplexione calida ẽsit alterũ duoruz. s. vel obedientia instrumenti vel fortitudo virtutis erit quemadmodum dictum est in precedentibus: scilicet si virtus fuerit fortis ⁊ instrumentum inobediens pulsus fiet velox vt velocitate suppleat id quod deest ex magnitudine: ⁊ si virtus debilis fuerit cum magna necessitate pulsus fiet frequens: vt frequentia percussionũ suppleat quod deest ex magnitudine ⁊ velocitate. Tertio dicit q; si complexio calida nõ fuerit mala aduenticia: sed nãlis erit sana ⁊ fortis. Nec est opinãdum q; si calor innatus fuerit fortis quãtuscũq; sit diminuat aliqd de fortitudine virtutis: imo est causa fortitudinis substãtie spũs ⁊ audacie aĩe. Querit hic vtruz fortitudo substãtie spũs ⁊ audacia aĩe crescant sm augmentũ nãlis caloris. Dicit q; nõ: qr si sic cholerici essent fortiores spiritu ⁊ aĩo tẽperatis ⁊ sanguineis: cũ sint nãlr eis calidiores: cõtra illud scõo thegni. Temperamẽtuz cõplexionis arguit fortitudinẽ virtutis: ⁊ cõtra principem primi scõa doc. 3. ca. 4. cõnumerantẽ inter signa cõplexionis temperate in opationib⁹ oĩbus complementũ. ¶ Oppositũ innuit hic Princeps: ⁊ primi scõa doc. 3. ca. 3. ait. Calor nãq; innatus cuz est fortis põt natura ipso mediante in humorib⁹ ministrare sm modum matũrãdi ⁊ digerendi ⁊ custodire eos sm sanitatẽ. Dic q; fortitudo virtutis vitalis que manifestat ex pulsu ⁊ anhelitu sequit augmentum caloris nãlis cordis quãtũcũq; augeat extrinsece ⁊ intrinsece nãlr ex prima elemẽtoꝝ ⁊ spermatũ cõmixtione sine lapsu aduentitio vlteriori: maxime si talis calor cõmensuratus fuerit humido suo radicali ꝓpio quo conseruat in esse: ⁊ similr fortitudo substãtie spũs vitalis ⁊ audacia sequũtur augmẽtum dicti caloris large sumẽdo audaciaz vt se extendit ad temeritatẽ. Probat primo auctoritate Gal'. scõo thegni dicẽtis. Calidioris igit vt ad ꝓpriuz modum referamus cordis signa inseparabilia qdez ⁊ familiaria sunt hec: magnitudo respirationis ⁊ pulsus velocitas ⁊ frequẽtia ⁊ audacia ⁊ ad actiones impigrũ: si vo ad plurimũ veniaz caliditatis furor est ⁊ maniaca cõfidentia: ita q; tale cor quasi nihil timet. Scõo ꝑbat experimento: qr videmus hoies vehemẽter calidos a nã fortiue respirare ⁊ pulsus hẽre maiores ⁊ fortiores. Tertio rõne: qa quãto calor cordis est magis augmẽtat⁹ sm nãm tanto fortiꝰ influit in arterias ⁊ maiori indiget ventilabro seu refrigerio: quapꝓ cor ⁊ arterie se dilatant fortius vt plus aeris attrahere valeant. ¶ Ad obiectũ ante oppositũ cõcede q; cholerici nãles sunt fortiores spũ vitali quo ad magnitudinẽ ⁊ fortitudinẽ in anhelitu ⁊ pulsu: ⁊ sunt fortiores aĩo quo ad audaciã temerariã. Et cum dr q; temperamentũ cõplexionis arguit fortitu-

De partibus.

Et causa huius est in promptu: quia frigiditas debilitat virtutē cuz sit cōtraria ei z diminuit necessitatem: ergo cā ga necessitas est diminuta cā quia virtus est debilis in tali complexione apparet pulsus z tardus z rarus.

a ¶ Complexionez vo ꝛc. ¶ In parte ista Auicē. ostendit qualis pulsus debet esse in complexione humida ꝛc.

b ¶ Et siccam qdez ꝛc. ¶ In ista pte Aui. ostendit qualis pulsus ꝓuenit ex cōplexione siccea.

¶ Tu vo ꝛc. ¶ In ista parte Auicē. ostēdit nobis qualis pulsus pōt ꝓuenire ex cōplexione cōposita: quia posq̄z scimus differē tias pulsuū simpliciuz qui debent cuilibet cōplexioni singulariter si cōponis eas vt cōplexionē calidam cuz humida ꝛc. scies q̄lis pulsus inde seqt: z sic de alijs. q.d. tu hoc per te discurre.

d ¶ Et preterea ꝛc. ¶ In ista pte determinat de pulsu diffformi z dissili. ¶ Ad cuius intellectū notādum q̄ duplicem diuersitatē cō tingit attendere in lateribus quo ad pulsuz. Una gñalez que ꝙsequit diuersuz modum cōpositionis mē broz: scilicet isto mō cōiter loquēdo pars dextra corporis est calidior sinistra z anteriora sunt calidiora posterioūb⁹ vt in plurib⁹. Alia z est attēdere diuersitatem spālez in qua est pone vt latus sinistrū sit calidius dextro z latus posteri⁹ anterio ri: aut isto modo q̄ latus dextrū sit magis calidū sinistro vltra illud qđ deberet esse: vel etiā anteri⁹ sit calidius posteriori magis q̄z deberet. z h̄ cōtingat siue ex nā sine ex accidēte z ꝑm hāc diuersitatē ptigit diuersitas in pulsu: z ꝑm hūc modum dico q̄ Aui. nō logt hic de diuersitate gñali: q̄ talis diuersitas ineſt quasi cuilibet. hoc aūt de quo hic logt ineſt paucis. Itē ga illa diuersitas gñalis nō est multa: q̄ soluz est ꝑm diuersitatē cōplexionū mēbroz vt carnis z ossis ꝛc. mō sicut appet in libro de malicia cōplexionis diuerse. c.6. mēbra nō h̄nt adinuicē tam supaluaz ꝓportionē cōplexionis vt contingat vnuz multū diuersificari ab alio z alterare aliud: sed compatiunt se adinuicem: sed Auicē. loquit hic de diuersitate speciali vtputa q̄ sinistrum sit calidius dextro magis q̄z deberet: aut quia in sinistro sit apostema calefaciens z in dextro sint humores frigidi ꝛc. z tunc nulluz est inconueniens q̄ pulsus sit maior z velocior in sinistro. ¶ Ulterius notāduz q̄ Auic. videt inuere q̄ pulsus arteriarum non insequit motum cordis: quia cum motus cordis vniformiter sit in toto corpore pulsus esset similis in toto corpore: cū ergo sit dissimilis videt q̄ sequatur motus corporis arterie.

¶ Et ideo querit vtruz arterie in suo motu diastoles z systoles insequant diastolem z systolem cordis. Et arguit q̄ sic aucto. Bal. in lib. de varietate pulsus z introductoriꝰ pulsuū. c.1. vbi dicit q̄ pulsant adinuicē arterie simul alternatim z cordi vt ex motu vnius possimus syllogizare sup reliquos: ergo arterie in suo motu simul insequūtur motū cordis. ¶ Preterea pncipiū motus arteriaz est cor in quo est virtus z vitalis: q̄ cor oportuit cē vehemētis caliditatis vt seipm moueat z etiaz arterias vt dicit in predicto libello: ergo diastoles z systoles arterie cū non recipiunt influentiā motus nisi a corde insequūtur motum diasto-

les z systoles cordis. ¶ In opposituz est hic Auicē. z sensus ga aliqn̄ videmus pulsuz multo maiorē z fortiorem in vno latere corporis q̄z in alio. hoc aute non esset si insequerē motuz cordis cū ipse de se sit vnus z vniformis in se toto: ergo habere videnf ꝓpriuz motum distinctū cōtra diastolem z systolez cordis. ¶ Ad intellectum huius q̄nis intelligēdum q̄ in motu arteriaruz est attendere duplicem rationē diuersitatis. s. diuersitatis generalis z diuersitatis spālis. modo quātuz ad diuersitatē generalez motus eaz que est dilatatio z cōstrictio absolute: dico q̄ insequūtur motum cordis. Et rō huius est: quia arterie non h̄nt motum dilatationis z constrictionis nisi inquātuz recipiunt ipsum a virtute ꝑmo existēte in corde que ad arterias etiā deriuat: z ideo opz q̄ pulsus diuersificet in arterijs quātuz ad hūc ꝑm modū diuersitatis cordis: z ideo variato pulsu cordis ab ira vl̄ tristitia vl hmōi. variatur in arterijs. Si autem consideret q̄tū ad spissitudinez vel raritatem: z sic de alijs: ga cor nō est principiū motus arteriaz q̄tū ad inspissitudinē eius qđ appet: q̄ si per suū motū hoc esset tunc corde dilatato dilatarent enf arterie z eo cōstricto ipse q̄stringerent. hoc aūt est ꝓbatū tertio de virtutib⁹ nālib⁹. c.14. z in libello de varietate pulsus: quare ꝛc. ¶ Preterea si motus cordis per sui impulsionē esset pncipiū motus arteriaz q̄ocūq̄z tunc sicut arterie pulsant sic vene. hoc aūt est falsum vt pz: ergo z primū ꝓbo cōsequentiā: quia sicut sinister ventriculus est alligatus arterijs: ita z dexter venis: quare ꝛc. z ideo motus pcātō ineſt arterijs: quia virtus pulsatilis defluit a corde ad tunicas arteriarum que ipsas dilatant z constringunt z pulsus dependet ex necessitate z ab instō. Cum ergo dispositio instrumēti z necessitas possint diuersificari in vno latere magis q̄z in alio. s. in sinistro magis q̄z in dextro vel ecōuerso: quia virtus mouet arteriaz ꝑm exigentiā necessitatis: z ideo si necessitas est maior in dextro latere q̄z in sinistro diuersificatur motus in eis: simul etiam ex parte instrumēti. nam si instrumentū sit melius vel pius dispositum in vno latere q̄z in alio ꝑm hoc z pulsus diuersificabit in eo: z ideo contingit q̄ in corpore naturalr se habente nō accidit h̄ diuersitas: z ideo ex pulsu vnius lateris vel mēbri pōt syllogizari super pulsum totius corporis: non tamen opz q̄ ex qualibet dispositione arterie syllogizemus super motuz omniū arteriarū: z sic pz q̄ quātuz ad motū generalez qui est moueri motu diastoles z systoles absolute motus arteriarum insequit motum cordis: sed quātum ad motuz specialez qui est moueri sic vel sic non opz. Et his facile est soluere rationes quare non discurro per eas: ga hoc secundo modo loquit Auicē. primo modo arguunt rationes.

¶ De pulsu temporum. Lap'm.9.

Jacobus

dinem virtutis: dic id verum esse: sed non extremam: imo cōmensuratam aliis actibus z motibus humanis: talis autem fortitudo magis est in sanguineis z cholericis q̄z intemperatis. Quarto dicit h̄ princeps q̄ calor consequens malitiam complexionis quāto fuerit augmentatior tanto plus virtutem debilitabit vt clare manifestatur in causonibus a herisipilis z flegmonibus intrinsecis z tertianis continuis cito dissipantibus humanas complexionem z compaginem si non occurratur: z in ethicis ptificis z marasmatis.

Complexione ꝛc.

¶ In scōa parte dicit ꝑmo q̄ pulsus ex cōplexione frigida declinat ad partē diminutiōis: quēadmodum sunt ꝓprie paruitas tarditas z raritas: que sunt diminute spēs in suo genere ꝙsequēter diminutionez necessitatis euentationis caloris. Scōo dicit q̄ cū in frigida cōplexione arterie sunt molles: tunc augmentat latitudo pulsus z tarditas ac raritas ipsius vt in flegmaticis. Latitudo qdem pp mollitiē z humiditatē arterie q̄bus facile cedit in latum sub prementibus digitis. Tarditas vero z raritas pp diminutionē necessitatis ex frigiditate cōplexionis temperante calorez: z pp latitudinem supplentē quod deest ex velocitate z frequentia. Tertio dicit q̄ si in complexione frigida duruz fuerit instrm. s. arteria erit minus hoc. i. latitudo pulsus erit minor: imo pulsus erit strictus vt in melancholicis naturalibus. Tarditas ēt z raritas erunt minores: q̄ siccitas ad quā sequitur duricies instrī minus refrenat calorē q̄z humiditas inductiua molliciei: siccitas etenim est lima caloris: hūiditas aūt calorē hebetat. Quarto dicit q̄ debilitas virtutis introducta z habituata p modū hereditatis a mala cōplexione frigida maior est debilitate introducta z habituata a mala cōplexione calida: q̄ caliditas acquisita plus conuenit z affinior est innato calori frigiditate acquisita.

¶ Contra dicit princeps quarti primi trac.3.c.5 q̄ multotiens est rectio: permutatio ethice febrilis ad ethicam senilem: q̄ cuzilla magis tardatur tempus mortis z forte vivit cuz ea: tempore: cui est quātitas. Dic q̄ hoc concesso non sequit quin virtus pulsatilis si debilior in ethica senili q̄z in febrili: supposito q̄ in senili sit frigiditas intensa sicut calor in febrili: sed q̄ ethica febrilis citius z fortius ꝺpascit radicale humidum ꝓprius affert mortem.

Complexionem vero ꝛc.

¶ In tertia parte dicit ꝑmo q̄ ad complexionē humidaz sequuntur inūdatio z dilatatio. i. pulsus vndosus z latus. Undosus quidez q̄a arteria mollis z humida existens est apta moueri pars post partem sine hoc q̄ vna motu alterius moueatur: propterea q̄ cito recipit separationem z flectionem z diuersitatem in figura. Latus autem propter humiditatem z molliciem arterie quibus se facile diffundit in latum z cedit ita sub digitis pressa. Secundo dicit q̄ coangustatio. i. strictura z duricies pulsus sequūtur complexionem siccam. Coangustatio quidem q̄a arteria in complexione sicca ꝑp siccitatem sub digitis se exhibet rotundam stabilem duram non ꝓfluentē in latum. Duricies autem pp arterie siccitatē. Tertio dicit q̄ si in cōplexione sicca virtus pulsatilis fuerit fortis z necessitas euētationis caloris plurima exurgat inde dispulsans

diuersificari. Eritq̄z pulsus calidi lateris pulsus calide cōplexionis z lateris frigidi pulsus cōplexionis frigide. Et ex hoc quidem scitur q̄ pulsus in diastole sua z systole nō est ꝑm moduz accessionis z recessionis cordis: imo ꝑm moduz diastoles z systoles ipsius corporis arterie.

¶ De pulsu tempoz. Lap̄. 9ⁱᵐ.

Verē quidez

i est cum pulsus est paruꝰ nō tñ in omni re z est in fortitudine augmētatus.

Et preterea ꝛc.

¶ In quarta parte dicit q̄ latera quoruūdaz horuz sunt contrariarū cōplexionū: sic q̄ vnuz eoz est calidum z aliud frigidū: z inde ꝓuenit in eoz pulsibus cōtrarietas. Nam pulsus lateris calidi magnus erit: z lateris frigidi paruus. Scōo dicit q̄ ex hac diuersitate laterum z pulsuū eoz in quibusdaz inuenta cognoscitur q̄ pulsus in suis motibus dilatationis z constrictionis non sequit moduz accessionis z recessionis cordis. i. modum elevationis z depressionis vel modū influxus z refluxus cordis sed moduz dilatationis z cōstrictionis corporis arterie. Nam corde moto vno modo in dictis hominib⁹ bipartite complexionis arterie mouēt diuersis modis ꝑm mensurā sui ꝓprij caloris. ¶ Attende q̄ Bal. sucancte loquit de pulsibus complexionū z habitudinū lib. de introducēdis in pulsu. c.1. siue ter.2. Qui vo natura calidiores sunt maiorem quidez z citiorem z spissiorez multo velxmentiorez vero non multo habent pulsuz. Que vero tenuiores sunt natura maiorem quidez z rariorem multo velxmentiorez non multo. Et Rasis sic.10. Almansoris. Pulsus quoq̄z calidam habentium complexionez maior z velocior z durior est pulsu habētum complexionez frigidam. In fortitudine vo forsan erit equalis aut plus iminutus. Pulsus preterea grossum corpus habētium macrorum pulsu minor existit. Sed si crassities fuerit ex carnositate pulsus erit velocior z fortior: si vero ex pinguedine fiat erit isto minor. Pulsus pretērea humidas complexiones habentiuz leniorem est z magis latus. Hec Rasis. Et Auerrois sic.4. colliget. ca.19. Pulsus naturalis calide complexionis maior est z velocior pulsu temperate: z potest esse vt sit frequentior. Et frigide est cōtrarie minor z tardior tēperate: z possibile est vt sic magis submersus. Et pulsus sicce est cum paruitate durus: propterea quia durities non est obediens extensioni. Et pulsus humide est mollis declinans ad fortitudinem z magnitudinez: quia in hoc humiditas obediens est: hec Ille.

Be partibus.

¶ De pulsu temporum. Capitulum.9.

spasmosus z tremulus pulsus: bispulsans eqdem seu martellinus: vel q̄ arteria sua siccitate resilit post primaz pcussionem sicut malleus sup incudem: vel q̄ virtus pulsatilis nō sufficiens vna vice satis elevare arteriam pp sui siccitatem inducta necessitate plurima geminat ictum iterando pcussionem. Spasmosus autem pp ꝺtractionē arterie ex siccitate. Tremulus vero q̄ arteria vehementer sicca est apta pcussioni z tremori pp fortē choerentiā suaz partiū. Quarto dicit. Tu vero dinceps cōpone. i. assigna cōplexionibus cōpositis pulsus cōpositos seruādo principia. i. regulas hic datas de simplicib⁹ pulsibus in cōplexionib⁹ simplib⁹ vt. g. in cōplexione frigida pulsus fit paruꝰ z in humida fit mollis z in sicca durꝰ: ḡ in cōplexione frigida z humida erit paruꝰ mollis z in frida z sicca paruꝰ durus.

Verē quidem ꝛc.

¶ Postq̄z Auic. determinauit de pulsib⁹ reruz naturaliū: modo in ista parte vt dicebatur determinat de pulsibus reruz nō naturalium. Et primo ostendit qualis pulsus conuenit rebus non naturalibus

Est preterea ꝛc.

¶ In hoc capīo ꝑmo agit de pulsu veris. Scōo estatis. ibi (In estate vo velox.) Tertio hyemis. ibi (Et in hyeme qdē est maioris.) Quarto autūni. ibi (In autūno aūt est pulsus diuersus.) Quinto mediocz tempoz inter quatuor notata. ibi (Tempoꝝ vero pulsus que sunt.)

¶ In

Universidad de Deusto

uralibus. Secundo ostendit qualis pulsus conuenit cuidam rei que assimilat rei non naturali. s. de pulsu pregnantiū. ibi (Necessitas quidez in eis est.) Pria in quinq. Quia primo ostendit qualis pulsus conuenit temporibus. Secundo qualis regionibus. ibi (Regionum quedam sunt temperate.) Tertio ostendit qualis ex cibo z potu prouenit. ibi (Exterius corpori aduenientia.) Quarto ostendit qualis puenit ex somno z vigilia. ibi (Pulsus gdez iudicia.) Quinto qualis exercitio. ibi (In principio quidē exercitij.) Pria in duas. Quia primo determinat de pulsu tēporū q̄ituz ad extrema quatuor tēporū anni. Secdo quātuz ad media inter illa tempora. ibi (Tempor pulsus.) Pria in quatuor. Quia primo ostēdit qualis pulsus debet eē in vere. Secūdo qualis in estate. ibi (Estate vo.) Tertio q̄lis in hyeme. ibi (In hyeme.) Quarto qualis in autūno. ibi (In autūno.)

¶ Sed circa primā partez aliquis dubitabit de eo q̄ dicit q̄ in vere est pulsus paruus vtrum sit verū vel vtruz debeat esse magnus. Et arguitur q̄ debeat esse magnus primo auctoritate Gal. in suo introductorio pulsuū vbi dicit q̄ in vere debet esse pulsus maximus: z hoc habetur in cōmento introductorij pulsuū. in cōmento. 5. Item hoc arguitur ratione: quia illo tempore in quo virt⁹ est fortis z necessitas est multa z obedientia instrumenti debet esse pulsus magnus z pulsus fortis vt habitum est supra: sed sic est in vere: ergo zc. ℳinor appet. nam in vere est tempus temperatuz. fortitudo autez virtutis stat cum temperamento vt dicit Haly. in thegni. 2. cōmen. 13. ergo virtus tunc est fortis. Item in vere est instrumentū obediēs z nō resistens: qa ver est tempus temperatū: z si declinat ad aliqd extremuz hoc est versus humidum: z ideo arterie ficce z lenes. Item in vere est necessitas satis magna: ergo zc. ¶ In oppositum est Auicē. qui dicit q̄ est paruus. ¶ Av hoc dōm q̄ pulsus veris pōt comparari ad duo: aut ad pulsum vere temperatū: aut ad pulsum alioz tempor a vere. Si primo modo consideretur dico q̄ pulsus de se debet esse talis in vere qualis est ver. s. temperatus: z talis pulsus est medius inter magnū z paruū velocez z tardum: z breuiter inter oēs differentias habentes mediū z extrema: excepto q̄z in forti z debili: qa in tali genere ille qui est fortis est nālis vt dictū fuit supra: sed quātuz ad differētias non habētes mediū debet esse equalis ordinatus z boni ponderis: z hoc consonat lre exterioi que dicit. In vere quidez est pulsus equalis in omni re z augmentat in fortitudine. si vo dicat pulsus paruus sicut dicit nostra lra: tunc oportet exponi paruus. i. medius: quia licet aliquādo nominare mediū nomie extremoruz: ita q̄ exponatur paruus. i. diminutus ab excellentijs z talis est medius: non tamen in omni re. i. non est medius in omni differentia pulsuū: quia non in forti z in debili eo q̄ ibi pulsus fortis est naturalis simplr z est extremū vt supra dicebatur. Si antē considerēt pulsus veris in comparatione ad alia tēpora: tunc debet esse magnus z fortis. ℳaior est nota. ℳinor apparet: quia in vere est virtus fortis: qa cū sit tēpus tēperatū z fortitudo virtutis cōsistat in temperamento: ergo zc. sed in alijs temporibus est debilis cum sint distempera-

ta. Item in vere est obedientia instrumenti: quia est temperatum: sed in estate exiccatur z induratur a caloze superfluo z in hyeme a frigido in autumno a sua complexione ficca. Item necessitas est magna: in hyeme autez est diminuta p̄pter frigus: z q̄uis in estate forte sit maioz q̄ in vere tamen tunc est inobedientia instrumenti: z ideo pulsus veris dicit esse magnus z fortis: z hoc modo intellexit Gal. in suo introductorio de pulsibus: z ratio ad hoc deducta. Auic. aūt aūt intellexit primo mō.

vadit. ¶ In autumno[c] autem est pulsus diuersus z trahit ad debilitatē quādam: sed ipsius diuersitas est propter multitudinem conuersionis complexionis accidentalis in autūno nunc ad calorem nūc ad frigiditatem. Et ipsius quidem debilitas est etiam p̄pter hoc: complexio enim diuersa semper deterius efficit nocumentum q̄z similis z equalis lz sit mala. Et qa autumnus est tempus nature vite cōtrarium: quoniam calor in eodem debilitatur z siccitas fit fortior. Temporum vero pulsus que sunt inter tempora tempori-

a ¶ In estate zc. ¶ dō in ista parte Auicē. ostēdit qualis pulsus debet esse in estate.

b ¶ Et i hyeme zc. ¶ In ista parte ostendit q̄lis pulsus debet esse in hyeme.

¶ Sed aligs dubitat vtrū in illis corporibus in qbus in hyeme augetur calor z sanguis p̄pter reductionez eoz ad interiora z maxime in corporibus naturalr calidis debeat esse pulsus tardus z rarus z paruus. Et arguitur q̄ debeat esse velox z spissus: quia vbi ē necessitas magna ibi debz eē pulsus velox z spissus: hoc est in hyeme: ergo zc. ℳa ior pz: qz ille sunt cause velocitatis zc. ℳinor pz per illuz asoz. 15. p̄me pti. Ventres hyeme z vere. nā ibi est virtus fortis z caliditas augmētata vlteri⁹: q̄re zc. ¶ In oppositum est Auicē. Dōm q̄ pulsus in hyeme debet esse paruus per respectum ad pulsum veris. nām z dato q̄ in quibusdam corporibus multiplicet tunc calor z sanguis interius tamen obtunditur eius acuitas a frigido exteriori: vnde dato q̄ in alijs membris interioribus non obtundat caliditas cuiz ipsa obtunditur in corde qō est principiuz originale pulsus eo q̄ ad cor inspirat aer actu superflue frigidus obtundens eius caliditatez: z ideo eius necessitas refrigerationis est parua per pulsum ei⁹: acuitas caloris est diminuta: z ideo fit pulsus tardus z rarus p̄pter debilem virtutem z necessitatem modicaz. Item quia innatus calor versus exteriora est diminutus cum eius motus sit magis ad interius: z ideo diastoles sentitur tarda z parua tm̄ est q̄ in corporibus in quibus multiplicatur calor z spiritus interius minus vincitur virtus eoruz a frigido: z ideo minus minuitur z paurificatur eoruz pulsus in hyeme q̄z in corporibus frigidis in quibus calor z sanguis tunc non multiplicatur: z tm̄ probat ratio facta in contrarium z non plus.

c ¶ In autūno zc. ¶ In ista parte ostendit qualis pulsus cōueniat in tempore autūni z dicit q̄ in autūno debet esse pulsus diuersus. ¶ Sed notāduz q̄ causa quare pulsus est diuersus in autūno est illa duplex quaz ponit Auicē. s. diuersitas tēpoz in calore z frigore z cōtrarietas siue cōplexionis naturalis calori innato: quia autūnus est siccus z frigidus. ¶ Sed notandum q̄ pulsus autūni comparatus pulsui veris bene est diuersus z inequalis: sed comparatus pulsui estatis z hyemis est tēperatus z equalis. p̄mo modo loquit Aui. sed scdo mō loqt Halya. 7. theo. c. 4. in trac. de pulsib⁹. vbi dicit q̄ pulsus autūni est medi⁹ respectu duoz extremoz tempoz. ¶ Ulterius intelligendum de eo qō dicit. (Cōplo enim diuersa semper efficit nocumentū deterius q̄z cōplexio similis siue eālis.) q̄ non accipit hoc equale z diuersum vt solet exponi. s. quātuz ad modū existēdi

gradum. Cuius rei signum est q̄ in hyeme flegma auget z cholera diminuit et in corpibus fortib⁹ carnosis dēsis vt experiētia edocet: z hn. affirmat p̄mi scda do. 2. sum. 1. ca. 6. Scda rō est q̄ paru⁹ aer tarde z raro attractus in dilatationib⁹ cordis z arteriaz pp vehemētiā sue frigiditatis in hyeme plus sufficit tēperare caloꝛē q̄z magnus aer frequēter z cito attractus tpe estatis iam calidus existēs.

Jacobus

¶ In prima parte dicit q̄ pulsus *in vere* est paruus: *sed non in omni re. i. non in omni dimensione: imo* est satis elevatus pp fortitudinē virtutis z robur caloris. Uel expone non in omni re id non in toto vere seu in qualibet eius parte: sed in prima ipsius p̄pter similitudinez eius cum hyeme: z est in fortitudine augmentatus propter fortitudinem pulsatilis virtutis ex temperamento veris.

In estate zc. ¶ In fm parte dicit q̄ in estate pulsus est velox z frequens: q̄ necessitas euētationis caloris: tunc temporis est multa: propterea q̄ calor cordis z arteriarum conflatus ex calore innato z caloꝛe illato a celo z aere nos continente est vehemens multo indigens refrigerio: nc superaccensus se ipsum dissipet radicale humidū superflue resoluens. Sed pulsus estatis est debilis z paruus propter debilitatez virtutis pulsatilis ex nimia spirituum resolutione propter superfluum calorem aeris nos continentis dominantem super nostris spiritibus z humoribus sua violentia.

Et in hyme zc. ¶ In tertia parte dicit primo q̄ in hyeme pulsus est maioris raritatis tarditatis z debilitatis q̄z in alijs temporibus z cum hoc est paruus: q̄ virtus debilitatur. ¶ Sed ꝯra virtus naturalis in hyeme fortificatur: z calor innatus tunc est fortissimus qui est instrumentuz vitalis virtutis sicut naturalis. Iurta illud hypocratis apho. prima aph. 15. Ventres hyeme z vere calidissimi sunt natura z somni lōgissimi in his igitur temporibus z oblationes plures dande sunt: etenim innatus est calor multus: multo igitur indiget nutrimento signum sunt etates z athlete: pulsus ergo hyemis dz esse fortis. Dic q̄ princeps intelligit hic q̄ virtus debilitat in hyeme cuius frigus ad intima penetrat diminuens illic innatum calorem sicut sepe euenit in raris corporibus. Uel dic q̄ concesso q̄ calor innatus fit fortissimus in corde tempore hyemis z virtus vitalis consimiliter: calor tm̄ brachiorum tunc temporis est remissus a frigiditate superflua cōtinentis: z virtus pulsatilis suaꝛ arteriaꝛ est inde debilitata: quare fit earum pulsus paruus tardus z debilis. Scdo dicit h̄ princeps q̄ calor innatus quorūdam corporum. s. densoꝛ z carnosoruz in hyeme clauditur z adunatur in profundo corporis: vnde virtus fortificatur. Et istud fit in calida complexione: cuius calor dominat frigori refrenans ipsum non patiens ab eo diminutionem manifestam: nec permittens frigiditatem transire ad profunduz corporis. Et de istis non dicit qualis in hyeme sit eorum pulsus. Dicamus ergo primo q̄ pulsus interioꝛ membroꝛ hmōi corpoꝛ hoc tpe est fortis pp fortificationē virtutis ex coadunatione caloris innati: sed pulsus partiū exterioꝛ est in eis debilis pp frigus debemens diminuens aliquid de suo calore. Scdo dicamus q̄ pulsus hmōi corpoꝛ tam interioꝛum q̄z exterioꝛ partiū nō est magnus lz est tardus z rarus. Cuius rō est duplex. Una est diminutio necessitatis euētationis caloris: lz. n. calor innatus membroꝛ in se fiat fortioꝛ pp coadunationē ipsius: paꝛ tm̄ tūc participat: imo q̄si nihil de calore celesti z de calore aeris nos ptinētis a q̄bus recipit alijs tpibus aliquē fortitudis

De partibus.

In autumno zc. ¶ In quarta parte dicit p̄mo q̄ in autumno pulsus est ineālis z ad quādā tendens debilitatē. Scdo dicit q̄ cā sue inequalitatis est frequens mutatio cōplionis accidentalis impresse corpibus ab aere q̄ nos ptinet pp mutationē q̄si quotidie factaz in aere autūni nunc ad frigus: nunc ad estum. Maz dies autūni cōiter sunt estiui: lz noctes sunt hyemales: z sīles qualitates imprimere solent humanis corpoꝛib⁹: vnde diuersificant pulsus diei a pulsib⁹ noctis. Tertio dicit q̄ cā debilitatis pulsus autūni est duplex. Prima est diuersitas magna autūni in caliditate z fri. diuersificans q̄liꝛ humanas cōplones. Nam cōplo diuersa semper magis nocet q̄ cōplexio sīlis z equalis: lz sīlis cōplexio mala fuerit. ¶ Contra: sedbus ethica est deterioꝛ tertiana z quartana: z tm̄ ethica est mala cōplexio eālis: z alie sunt male cōplones diuerse. Item febres cōtinue pseuerantes in calore sunt peiores febrib⁹ interpolatis mixtis ex frigore z calore. Item in malis cōplonibus inequalib⁹ vnus lapsus corrigit suū q̄uz vt caliditas meridierū autūnalium corrigit frigiditate suaꝛ noctiuz. ¶ Ad primū dic q̄ nō intelligit hic per malaz cōplonez equalez illam solam que per moduz habitus est: sed illam cui⁹ lapsus est vnigeneus vel vniformis vt totus calidus vel totus frigidus. Nec p̄ malam cōplonez diuersaz intelligit illaz solum que per moduz dispōnis facile mobilis inest: sed illaz potius cuius lapsus est etherogeneus z marie fm̄ successionē cōtrariaꝛ qualitatū ex primo. Maz nā male fert repētinas mutatiōes z inde turbat ac debilitat: cōcede ergo q̄ ethica deterioꝛ est quartana: lz id nō puenit ex vniformitate lapsus vniformis in ethica z diffōrmis in quartana: imo qz ethica mō habit⁹ inherēs est velut insanabilis: quartana vo nō. ¶ Ad scōm dic q̄ febres continue nō sunt deteriores interpolatis p̄pter vniformitatē sui lapsus: sed quia p̄tinue affligūt z iterpolate p̄ iterualla. ¶ Ad tertiū dic q̄ in malis cō plexionib⁹ ineālib⁹ fine gradatiōe z ordine z fine directiōe nāe āles sunt ex subita mutatiōe nūc ad frigus: nūc ad estum vna nō corrigit sufficiēter maliciam alteri⁹: imo q̄liꝛ auget vt caliditas diei autūni rarificās corpora reddit aptiora vt a frigoib⁹ noctiū p̄fundius penetrent z pentiant acrius. Scda cā debilitatis pulsus autūni est: qz hoc tps est ꝛium nature vite qa calor nostroꝛ corpoꝛ in eo debilitat p̄pter cām nunc dictā: z siccitas in eis augēt p̄pter siccitatē quā cō trarit aer autūnalis ab estate precia z a natura autumni. Huius rei signū est q̄ in autumno vegetabilia macrescunt z tunc sua folia cadūt.

Tempoꝛ vero zc. ¶ In quinta parte dicit q̄ pulsus tempoꝛ que sunt inter tempora anni p̄ncipalia p̄-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Sed modo querit vtrũ oppilationes epatis z venaruz sint causa tenuitatis in vrina. Et arguit qz non. qz contrariorũ signoz contraria ꝛcbẽt esse significata sed vrina grossa significat oppilationẽ: ergo subtilis nõ significat oppilationez. ma.ptz.mi.ꝛclarat per illum afor.69.quarte particu. Quibus vrine grosse globose. ¶ Preterea si vrina tenuis signficaret oppilationes aut epatis aut splenis: aut venarũ emulgentiũ vel venarum paruarũ que sunt in extremitatibus membrorũ: sequeret transitũ nutrimenti impediri qõ epati spleni z alijs membris euenire nõ posset pro eorum nutricatione: sed nullam istarũ significat. ergo zc. Maior patet: qz nõ sunt plures oppilationes que possint vrinã prohibere apparere grossam vel facere ipsam tenuem. Mi. apparet z primo qz oppilatio epatis z venarũ paruarũ membrorum hoc non faciant: qz oppilatio taliũ venarũ non impedit transitũ nutrimẽti ad mẽbra: ergo nec transitũ vrine multo magis: qz nutrimentuz qõcunqz subtile est grossius vrina grossiori. nec est oppilatio splenis: qz p splenẽ nõ pertransit vrina. nec per oppilationẽ venarũ emunctoriũ: qz cũ ipse sint valde late. ergo zc. ¶ Preterea dicit qz hec vrina significat debilitatẽ epatis: non videtur qz vrina que significat debilitatẽ epatis est ru.similis coloꝛi loture carnis recentis: talis aũt nõ est cũ multa tenuitate substãtie cũ habeat multas partes sang. admixtas. ¶ Dico qz vrina que est similis loture carnis recẽtis significat debilitatẽ magis digestiue epatis: sed hec vrina tenuis significat magis debilitatẽ attractiue vel expulsiue ꝓpter oppilationẽ. ¶ Jurta qõ nota qz vrina valde tenuis aliqñ causat ab oppilationibus venarũ pp causam dictaz: qz oppilatio impedit transitum rei grosse: z ideo impedit transitũ eius qõ reddit vrinam grossam: z per cõsequẽs remanet subtilis. ¶ Dico ergo qz hec vrina que ꝓuenit ab oppilatione principalr causatur ab oppilatione epatis: secũdario aũt ab oppilatiõe venarũ emulgentiũ z splenis: qz epar est principale membrũ in quo generat vrina: alia aũt sunt solum coadiuuatiua. ¶ Tunc ad rõnes. Ad primã dicendũ qz qñ tu dicis contrariorũ signoꝛũ zc. dico qz non oportet qz tam grossa qz subtilis põt significare oppilationes sed sufficit qz aliqualr differant: z ita est in ꝓposito

Jacobus

crisi. ibi (Tenuitas quoqz.) ¶ In prima pti. dicit qz vrina subtilissima in oĩbus dispõnibus corpis. s. sanitate egritudie z neutralitate significat alterã quinqz rum. Prima est puuatio digõnis. Ut in diabete vrina est tenuissima: qz aq̃ que bibitur in ea exit sine ẽcunqz digõne. Scõa est oppillatio in venis vt in ꝓncipio quotidianaz vrina cõiter fit multũ tenuis eo qz oppilationes ꝓhibent aliud efluere p vias vrine q̃z purã aquositatem. Tertia est debilitas epatis vel renuz vt alij libri hñt z melius z cãnaliũ seu viarũ vrine nõ attrahentium a chilo z masa sanguis nisi ptes aquosas subtiles vel si aliquas grossas cũ eis attrarerint sibi retinent nec expellũt eas. Quarta est potus aque plurimus: quã labi pmittit faciliter natura: velut inutilem ad nutritionez z membris nociuaz sine digestio-

Mattheus

Quinto z vltimo ponit pronosticum vrine tenuis in crisi vel post crisim apparẽtis: ibi (Tenuitas quoqz.) De prĩa dicit quãdoqz significata vrine valde tenuis. z inquit primo zc. Jsto cuius intellectu notandũ primo qz substantia vrine vt iaz dictum est dicit mihi aquositatẽ vel liquorem vrine redditur autẽ hic liquor spissus per presentiã partis spisse z grosse cũ eo z mediocris ꝓpriã partis mediocris substãtie in vrina. Jccirco dicebat Jsaac qõ passiue qualitates: vt humidũ z siccũ dant vrine substãtiã z actiue colorẽ. Mã stante humido humorali grosso molli redditur miscibile cũ vrine. z dat ei substantiam puta grossitiem. similiter humidum subtile aquosum mixtum cum vrina dat sibi substantiam vputa tenuem. z humidum contentum in poris z vijs vrine licet aliquid resistet tamen aliquid secum deffertur quod dat substantiam vrine z sic habetis humidum humorosum z aquosum dare vrine substantiam: quia faciunt ad mixtionem in poris z consimiliter dico de sicco. Et etiam humidum aquosuz qz penetratiuũ z dilatatiuũ potorum dat vrine substantiam passiue sum. ptestat. Unde licet hec mixtio humi. vel sicci. cũ aquositate vrinali. vnde resultat eius substantia tenuis vel grossa fiat a calido z actiue videatur mouere passiuas tamen principaliter z immediatiue huiusmodi substãtia ꝛpendet a passiuis ideo eis Ysaac primo attribuit z bene. Ex dictis sequitur verificatio prime partis littere. s. qz maturationis significat priuationez qz per digestionem debet fieri mixtio partis grosse cũ subtili z humidi cum sicco. vnde si est tenuis valde sequitur non factam esse illã mixtionem z sic significat digestionis priuationem. Et dicit Auic. notanter valde tenuis qz remisse tenuis solum significaret corruptam vel diminutam digestionez z hoc sm gradus suos vbi considera qz in tenuitate sunt gradus sicut in coloribus dictuz est tamen auctores non posuerunt eorũ nomina eo qz non sunt ita distingubiles per sensum qz sunt ꝛ sensibus communibus vt dictum est. Dicit Auic. Fo de hac parte aut in venis oppilationem ex quo colligite qõ non segtur vrina est tenuis igitur significat digestionis priuationem qz potest fieri talis per oppillationem venarum post z ante epar nec econtra sequitur vrina est tenuis igitur est talis ob oppillationibus vt patet z ratio littere est manifestissima nam stante parua latitudine in poris venarum z viarum multo difficilius educitur grossa q̃z tenuis igitur grossa remanet. Et intelligatur quando causa oppilationis fuerit caliditas vel ficcitas materialis vt materia ficca vel immaterialis. Nam stante oppilatione a materia viscosa humida fit vrina aliquotiẽs grossa qz illud viscosum non remanet imo cum aquoso educitur vt vult. B. quarto affo. commento. lxx. illius tertius. Quibus vrine grosse z globose zc. ¶ Dubitatur stantibus oppillationibus in venis fit tractus nutrimenti ad membra qõ tamen in se spissius est substantia mediocris aquositatis igitur illa oppilatio non erit causa tenuitatis vrine. ¶ Dicatur primo quod vbi oppillatio est ꝛcmens multum z modicum est qõ ad membra trahitur quare extenuantur z illud qõ penetrat est subtile valde mixtum cum aquositate vrinali subtili ratione cuius penetrat. Ut prima primi de humorum diffinitione z eorum vtilitatibus. Aquositas nãqz non est ex humoribus neqz est necessaria nisi in nutrimenti attenuatione ac penetratione. Dico secundo qz non valet argumentum non prohibetur attractio nutrimenti ad membra igitur non fit tenuis ex illa oppilatione. Et ratio est qz cum maiori conatu attrahunt membra nutrimentum q̃z qz expellant a se vrinalẽ aquositatem quare aliqua oppilatio potest facere vrinam tenuẽ non autem prohibere nutrimentũ ne attrahant ipsum membra. De tertia parte dicit Auicen. Aut epatis debilitatẽ. Ratio ex debilitate attractiue non attrahitur nisi subtile igitur zc. ¶ Dubitatur stante ꝛbilitate epatis fit vrina grossa qz similis loture carnis recẽtis. igitur zc. ¶ Dicendũ cõcedẽdo qõ ꝛcmens ꝛbilitas digestiue epatis non perfecte generãs sanguinem facit vrinam loture carnis recentis similẽ non asit aliqualis. s. non tanta quin inducat formã perfectã vt supra dictum est sanguinis. nec quin sequestret sanguinẽ ab vrinali aquositate: qz talis non facit illam: imo tenuem si epar est ꝛbilis expulsiue vel attractiue ꝛ quarum vtarũ virtutum ꝛbilitate ꝓpie hic est sermo. aut multam aquã zc. Ratio qz multa aqua relarat contẽtiuam membroꝝ tam ex parte quãtitatis materie q̃z ex parte frigiditatis quare erit sicut bibitur. Subdit Auicen. quinto z vltimo pro nunc dicens. Aut velxmenter. Ratio littere est qz frigiditas constringit z oppilat z ficco tam materiali q̃z imateriali nihil rescinditur qz reddat ipsam grossam. Et circa istam quintã partẽ nota singulariter si ista vrina tenuis est pauca aut multa. Si pauca vt dicit Auic. significat cõplerionis frigiditatẽ. Si multa stat qz fiat a caliditate nimia renũ attrahentiũ qõ subtile est. vnde medici attente cõsideret ne argueret complerionis frigiditatẽ z ꝓcederet cum calidis quando esset cum caliditate renũ qz grauiter erraret z ob hoc vituperande sunt mulieres medietatem vrine vtplurimum abijcientes ne medici de nimia earũ potatione arguant.

Et est ét cũ reliquaruz virtutum tantã significat debilitatem vt nullo mõ in aqua operenť: imo quẽadmodũ ingreditur ita cum siccitate. ¶ Et in acutis[a] quidẽ egritudinib[9] significat virtutis digestiue debilitatem z maturationis priuationem.

qz vrina tenuis que ꝓcedit ab oppillatione est signũ rei fite que non digeritur: sed vrina spissa significat oppilationẽ rei grosse que agitaf ꝓpter quaz agitationem aliqua pars eius miscet cum vrina z fit spissa ꝓpter eius motũ in corpore z ꝓpter abundantiã talis materie. ¶ Ad aliũ cũ dicebaf aut esset oppilatio venarũ epatis zc. dico qz oppilatio omniũ illoꝝ esse põt cã subtilitatis in vrina. Et cũ dicit qz oppilatio epatis nõ prohibet grossam egredi: qz nõ ꝓhibet transitũ nutrimẽti vel cibi: dico qz hz no ꝓhibeat transitum nutrimẽti olno: tñ ꝓhibet transitũ nutrimenti grossi z attrahitur subtile solum pp qõ videmus qz mẽbra exteriora macrescunt in talibus. Et cũ ofk in talib[9] si trãsit nutrimẽtũ subtile vt tu dicis: ergo multomagis vrina grossa qz nutrimẽtũ quãtũcũqz subtile est grossius vrina grossa: dico qz ꝓcedit ex state. nõ. n. ꝛbes imaginari qz fiat trãsitus nutrimẽti difficile z ponet aquositas p se: sed totũ cõgregatũ ex nutrimẽto z aquositate: qz aquositas adiuuat ad hoc vt nutrimentũ p mẽbra penetret: ita qz illud qõ põt transire ad membra transit: qõ aũt est grossum remanet. ¶ Ad aliud ꝛ splene dico qz oppilatio venarum splenis etiã ꝓhibet transitũ vrine grosse ad epar z membra: non qz p splenẽ transeat vrina: sed pp cõpassionẽ quã habeat epar ad splenez: qz qñ est oppilatio in splene tũc epar ꝛbilitaf: z per cõsequens male digerit: z tũc causatur oppilatio in epate: vnde videtis vplurimũ qz habẽtes malaz splenẽ habẽt epar malum: z eodẽ modo ꝛ oppilatione venarum emulgentium.

a ¶ Et in acutis zc. ¶ Hic docet figũare p vrinã cõtrahendo ad ꝛterminatas dispõnes. Et quattuor facit licet ad q̃ttuor ꝙhit dispõnes. Scõa ibi (Et vrina qdẽ tenuis.) Tertia ibi (Et silr si hec in sanis.) Quarta ibi (Et tenuitas quoqz.)

¶ Jurta primã partẽ nota qz hec lfa (z maturationis ꝓuationẽ.) põt exponi dupliciter. Uno mõ qz sit expositio dicti ꝓcedentis: z tunc exponemus z pro. i. Alio mõ referendo ad diuersa: nam p hec qõ dicit debilitas digestiue refert se ad ꝛbilitatẽ virtutis digestiue in se. per hoc aũt qõ dicit maturationis priuationem refert se ad debilitatẽ eius in respectu ad obiectuz in qõ agit qz priuatur operatio eius in obiectum suum quando est ꝛbilis.

¶ Sed tu dices significat ne hec vrina hoc in egritudinibus chronicis. Dicendum qz sic: qz semper ꝛ se significat ꝛbilitatẽ digestionis: tamẽ non sic apparet in chronicis sicut in acutis: z tunc addit etiam qz religue virtutes intantũ debilitanf qz nullo modo opanť ad digestionẽ: nam relique virtutes maxime auxilianť in tẽpore digestionis: z ideo super eius ꝛbilitatem significat.

De partibus.

a ¶ Et vrina ne si super excesserit. Quinta est ꝛxmens frigiditas complerionis cum ficcitate: sicut in senibus a senio quandoqz contingit: z in ethica senectutis cum quotũ vrinis nullus humor effluit qui ipsas inspisset.

¶ Et in acutis zc.) ¶ In scõa dicit primo qz vrina tenuis in febribus acutis significat debilitatez digestiue virtutis operantis in alimentum z diminutionem maturationis humorum peccantium: quare ex eis nõ expellitur qõ sufficiat inspissare vrinẽ substantiam. Scõo dicit qz subtilis vrina in acutis non soluz significat digestiue debilitatem: immo qñqz et significat tantam debilitatẽ reliquarum virtutum. s. retentiuarũ viaꝝ vrine et attractiuarum mẽbrorum vt nihil operentur in potum assumptum vel aquositatem: sed finant elabi sicut ingreditur.

De gradi.

¶ Et

Et in acutis zc.

¶ In hac scõa parte partis supra diuise prosequitur Auic. ꝛ significatione vrine multũ tenuis in substãtia z hoc in acutis egritudinib[9]. Et prio ponit significationẽ. Scõo removet dubitationẽ q̃ oriri posset. Scõa ibi (Et est et reliquarũ.) De prima dicit zc.

¶ Notandũ vt supra dictũ est qõ p digestionẽ fit mixtio humoris cũ aquositate vrinali cũ igit virtus digestiua est ꝛbilis cũ vrina nõ cõmiscef humore emittit igit ipsa tenuis. Et dicit notãter maturatiõis priuationẽ vt inuat illius morbi acuti mãm esse nature inobediẽtẽ z velit virtutẽ digestiuã nõ esse debilẽ absolute sed respectu illius mãe diger ẽde eo qz est multũ rebellis. Quibus stantibus clara tibi ꝙz lfe ratio zc. ¶ Sed dubitaf et vrina multũ tenuis cõtingit in morbis cronicis quare ergo dicit potius in acutis. ¶ Rñdit Dy. z aliqui ipsuz sequẽtes qz vt plurimũ illa cõtingit in acutis z rarius in cronicis. Sed hic Hugo dicit z bene qz forte magis apparet in cronicis q̃z acutis z ꝓcipue in cronicarũ principio pp multitudinẽ materie z et eius grossitudinẽ z oppilationem. Sed cã pp quã dixit in acutis est qz apparente vrina multũ tenui in acutis multũ peior est significatio eius q̃z si in cronicis appareret z mãime si pseueraret. Quia in his morbis acutis cõiungit accidentiũ seuitas z vt ꝛclaratum est illa vrina significet rebellionẽ materie: quoniã natura non põt digerere nisi in lõgo tempore sed morbus est acutus longe non durans igitur zc.

Et est zc.

¶ Nunc removet dubitationẽ z dicit z non est intelligendũ qõ virtutes nullo modo operentur in aquam. i. aquositatem vrinalem quia ad minus attractiua renum ipsam attrahit z expulsiua per ꝛbilitatem

a ¶Et vrina ꝛc. ¶In ista parte cõtrahit vriná tenuem ad aliá dispositionem que sumit ab etate. ¶Nota q̃ qñ dicit(sm hunc modũ)debz exponi valde tenuis:naz tenuitas accipit dupliciter in vrina. Uno mõ pro valde tenui. Alio modo pro mediocri vt appareat in cõmẽ.illius afoz.69. quarte parti. In qbuscũq; vrine grosse ꝛ globose ꝛc. ¶Lã aũt quare est deterior in pueris q̃z in iuuenib⁹ nõ ponitur:tñ fundat super quodã dicto.S.in cõmẽ.8.primi ꝓno.q̃ quanto aliqd remouet magis a nãli dispõne tanto est peius:vt pz de facie tornatili. ¶Causa aũt quare vlr est subtilior in iuuenibus q̃z in pueris est:q̃ cõplexio iuuenis est siccior q̃z pueri:ꝛ ideo magis cõsumit superfluitates que cũ vrina miscet:q̃z corpora pueroz sunt humida naturalr ꝛ nõ inquantuz: dicit i reddẽdo cãm hmõi: q̃ corpus pueroz plus attrahit humiditates: iõ est grossior imo vt sic subtilior q̃ magis pmanet aq̃sitas ipsa ipermixta:ꝛ p ons vrina subtilior:sed q̃ corpora eoz plus accipiunt de nutrimento q̃z corpora iuuenum:q̃ sumunt ipsuz gratia nutricationis ꝛ augmẽti:ꝛ ideo plus accipiunt q̃z digestiua valeat digerere ꝓpter qđ multiplicant plures superfluitates que mitte cum vrina reddunt eam grossaz: ꝛ ideo grossities in vrina minus est mala in pueris q̃z in iuuenibus: ꝓpter qđ dicebat Auic.3.canoñ.q̃ vrina nigra peior est in iuuenibus q̃z in pueris: q̃ vrina nigra pp aduſtionẽ ꝓiũgit cũ grossa. ¶Subdit vlterius q̃ si hec vrina pseuerat multũ in acutis significat perditionez:causa huius est:q̃ tunc significat vltima ꝛbilitas in acutis que est signũ pessimum:cũ tunc fiat pugna maxima inter virtutem ꝛ morbum nisi fiat talis per viã crisis:q̃ tunc esset bonũ signũ:q̃ tunc significat apostema futurum inferius sub parte epatis ꝛ ꝓprie inferius sub parte epatis. ¶Et

labitur. ¶Et vrina [a] quidem tenuis valde ſm hunc modus deterior est in pueris q̃z in iuuenibus:quoniaz naturalis puerorum vrina spissior est vrina iuuenuz:iõ q̃ sunt humidiores ꝛ q̃ eorum corpora plus attrahunt humiditates: propterea q̃ materia superfluens est eis necessaria causa augmenti. Si ergo eorum vrine in febribus acutis multum fiant tenues iaz valde elongati erunt a sua naturali dispositione. Et si hec in eis perseuerauerit nõ significabit nisi perditionem:quoniã cuz perdurat significat perditionez nisi bona sint adiuncta signa ꝛ virtutis stabilitas: tunc enim exituram significat que accidit ꝛ ꝓprie inferius sub parte epatis. ¶Et

Jacobus

¶Et vrina ꝛc.) ¶In tertia dicit primo q̃ vrina subtilis ſm hunc modum.s. que ita elabitur vt ingreditur sine quacunq; tinctura vel humoris commixtione deterior est in puerie q̃z in iuuenibus. Primo q̃ pueri sunt humidiores quare plus abundant in humiditatibus que cum vrina deberent effluere ꝛ eam inspissare.Scõo q̃ plus sibi attrahunt ex humiditatibus nutriñtalibus propter necessitatem materie plurime ad sui augmẽtum:quare plus sediminis ꝛ superfluitatis scõe digestionis cum vrinis eoruz deberet descindi qbus ipse spisse fierent.Cum igitur eoz vrine valde subtiles sunt elongant maxime tã pueri q̃z vrine a sua naturali dispositione.Eiusdez snie meminit Bal prono.2.com.33.illius canoñ.In vtroq; vero seru nigra pessima . In pueris aquosa mala dicens.Sed in pueris vrina aquosa significat finem pditionis propter aliam cãm qõ est q̃ oẽs res recipiunt in eis digestionem velociter pp vehementiaz virtutis mutatiue que est in eis.Et de natura quidem digõnis est vt non ingrosset vrinam t mi: sed ẽt egestiones:ꝛ ait in eis que recipiunt digestionem in stomacho ꝛ ingrossat sputum in eo qui hz pleuresim ꝛ peripneumoniam.Aut humiditatem a naso vt in coriza:ꝛ lippitudinem in egritudine ophthalmie:ꝛ saniẽ in vlceribus.Et propter hoc q̃ pueri mingunt vrinam aquosam ꝛ prolongatur spacium illius cuz eis preter q̃ mutetur ad grossitiem cum aliqua mutatione significat illud perditionem:hec Bal.Secũdo dicit hic prin.q̃ si vrina tenuissima perseverat in pueris non significat aliud q̃z perditionem seu mortem venturaz:nisi signa alia bona affuerint:vt sanitas mentis:constantia virtutis:comedere satis:que si affuerint significant apostema sub epate venturum vt in inguinibus vel tibijs vel in renibus vel circa renes propter humores ibidem retentos. Eiusdem sententie meminit Hypo.secundo prognosticorum can.34.dicens . Urina clara ꝛ cruda ꝛ diuturna cum signis alijs bonis certum est apostema futurum sub diafragmate.Et Bal.in commento illius causam reddit dicens . Exiture ẽt sunt inchronicis egritudinibus in partibus inferioribus corporis.Et cã in illo est frigiditas

Mattheus

tam regionem idest per vias vrine expellit quare he due virtutes in ipsaz agũt. Sed vult Auic.qõ retentiua adeo ꝛbilitata fit vt digestiua nullum imprimat digestionis vestigium ꝛ ex quo ita paucam facit moram in corpore quẽadmodum ingreditur infra labitur.non propter digestiue ꝛbilitatem in se sed solum quod retentiua ei non ꝛbite subseruit aquã retinendo vt digestiua in ipsam suam posit imprimere actionem.Et sic patet remotio dubij.l.vtrum solum ꝓpter digestiue ꝛbilitatem appareat talis vrina multum tenuis. Respondetur qõ non:sed etiam propter aliarum virtutum ꝛbilitatem ꝛc.

Et vrina quidem ꝛc. ¶Hunc tertio ponit significationes vrine valde tenuis apparentes in etate pueritli ꝛ duo facit.Primo ponit eius comparationẽ in malitia in puero ꝛ iuuene.Secũdo ponit eius significationem in pueris. Scõa ibi(Et si hoc in eis.) ¶De prima parte dicit ꝛ adducit duas rationes pro verificatione cõclusionis. Prima ratio sumitur ex parte naturalis humiditatis puerorũ. Secũda ex parte multe nutricationis puerorum q̃ ꝓpter illas rationes ꝛbent esse grosse eorum vrine.Si igitur sint tenues sequitur ipsos esse multũ elongatos a natuarli ipsoruz dispositione ꝛ magis q̃z si apparerent huiusmodi vrine in iuuenib⁹. ¶Notandum q̃ humiditas aerea multum iuuat digestionẽ vt prima primi ꝛ etatib⁹ qõ ystimbre puerorum sunt perfectiores ratione illius humidi aerei puri.Stãte igitur in pueris digestione valida fit fortis cõmixtio partium grossarum cuz aqueis quare naturales eorũ vrine non ꝛbent esse tenues imo grossiores q̃z in iuuenibus igitur ꝛc.Secundo ipsi indigent multo nutrimento causa augmenti. cũ autem eorũ digestiua sit fortis a tali multũ superfluum resecatur ꝛ expellitur quod vrinam reddit grossam ad hoc etiam iuuat mixtio humiditatũ ꝛ precipue flegmaticarum multiplicatarum ꝛ inordinata comestione ꝛ mota supẽr ipsam quare ꝛc. ¶Sed dubitatur in senibus vrine sunt tenues ꝛ tamen in eis est materierum flegmaticarum grossarũ multa quãtitas ꝛ superflua ergo ꝛ in pueris

stema futurum inferius sub parte epatis ꝛ sub diaphragmate in partibus inferioribus eo q̃ mã est grossa ꝛ virtus est fortis:nõ pp sui grossitiem non potens pmisceri cũ vrina:ꝛ tũc est idẽ cũ eo qõ dicit Hipp.in.2.pnost.Urina cruda clara ꝛ diuturna ꝛc.est signum apostematis futuri sub diaphragmate.

b ¶Et similr ꝛc. ¶In parte ista cõtrahit ad aliá dispõnẽ. Sed nota q̃ non appellat hic corpora sana que sunt pfecte sana : q̃ in eis non apparet vrina tenuis sed mediocris:sed appellat hec large pro omni dispõne que nõ est actu egra sicunt sunt corpora neutra:ꝛ q̃ neutrũ est dupler.s.convalescentie ꝛ ꝛcidentie:iõ ꝛ vtroq; põt itelligi ita q̃ in neutro ꝛcidentie significat egritudinẽ in neutro convalescẽtie significat recidiuam.

similiter [b] si hec in sanis permanserit ꝛ se non conuerterit ab eis significabit apostema quod accidet illic vbi dolorem sentiunt. Et ſm plurimũ accidet eis vt cum hoc in alchatin ꝛ in renibus dolorem sentiant. Et significat aptitudinem ad apã. Nõ si dolor ꝛ grauitas vni membro proprio nõ fuerint imo sunt cõmunes significabit bothor ꝛ variolas ꝛ apostemata que corpori erunt communia. Tenuitas quoq; vrine in crisi sine ordine recidiuationem pronosticatur. ¶Urina autem [c] multũ spissa ſm plz significat maturationis ꝓpationem ꝛ ſm minus humoz grosse substantie maturationem. Erit ergo in statu humorosaz febrium ꝛ in apertione

c ¶Urina aũt ꝛc. ¶Hic docet significare p vrinam spissaz.Et prio in generali. Secũdo cõtrahẽdo ipsam ad ꝺterminatas dispõnes. ibi(Et plurimũ quidẽ.)

¶Sed dubitabit aliquis. vtrũ hec vrina significet pationẽ digestionis.Et arguitur q̃ non.q̃ cõtrariorũ effectuũ contrarie sunt cause : sed vrina tenuis significat priationez digõnis vt dixit supra:ergo vrina grossa valde signãt pfectiã digõnis. ¶Preterea illa vrina q̃ significabat bonitatẽ expulsiue nõ signãt priationẽ digõnis:sed vrina multũ grossa est hmõi:igit ꝛc.ꝛda.pz:q̃ expulsio regrit ad digõnẽ.minor appet:q̃ vrina multũ grossa nõ põt expelli nisi a virtute forti. ¶Preterea illa vrina in qua est mixtio multa in substãtia non significat priationẽ distõnis:hec est hic.ergo ꝛc.ꝛda.apparet q̃ digestio ꝓcedit pmiscendo. ꝛdi. apparet:q̃ nõ est spissa nisi ꝓpter multam admixtionẽ hu. ¶Dicendũ q̃ hec vrina spissa vt plurimũ significat priationem

De partibus.

materie:ꝛ illius grossitudo ꝛ debilitas virtutis accidens a labore ꝛ inquietudine que euenit ei ex longitudine egritudinis.

¶Et similr ꝛc.) ¶In.4.dicit primo q̃ vrina valde tenuis perseueráns in sanis sine mutatione ipsius ad grossitiem significat apostema venturũ in loco vbi dolent.Et vt plurimum dolent in catin.i. in loco dorsi qui est in directo renuz ꝛ in renibus grossos humores illuc descendentes suo graui pondere qui per vrinaz sua grossitie prohibentur fluere:quare fit tenuis:ꝛ loca nunc dicta per hos disponuntur apostemari.Scõo dicit q̃ si cum tenuitate vrine perseuerante dolor ꝛ grauitas nulli mẽbra approprientur:nimo cões sint vniuerso corpi.talis tenuitas significabit pustulas variolas ꝛ apa sicut clauos ꝛ furũculos toti corpori cõmunes propter regurgitrationem humorum non valentium cuz vrina exire ad singula membra exteriora per medium venarum.

¶Tenuitas ꝛc.) ¶In quinta dicit q̃ vrine tenuitas bora crisis sine ordie seu gradatione pronosticat recidiuationez futuraz ꝛ extunc significat impfectã crisiz.

¶Attende q̃ hz regulariter ꝛ vt in pluribus digõ vrine ingrossando ꝓcedat a principio vsq; ad statũ mãlium egritudinuz:aliqñ tñ subtiliando ꝓcedit cũ a ꝑncipio egritudis vel prope mingit grossa globosa ꝛ pauca. Jurta illud Hyp. aph. 4.apho.69.Quibus vrine grosse globose ꝛ pauce non sine febribus multitudo veniens ex his tenuis iuuat:maxime vero talia veniunt quibus ex principio vel post principium vel celerius hypostasim habent . Et.C.in commen.ait. Ille autem si multe ꝛ tenues fiant iuuant qñ materiaz subtiliatã significat: cum iaz nõ sit exeũdi impedimẽtũ:marie vo hec illis eueniũt in qbus vrine aut statim in ꝑncipio aut nõ multũ post ꝑncipiũ hñt hypostasiz:grauis.n.est mã:hec ille.Sz si in illa attẽuatione nõ fuerit gradatio vsq; ad pfectionẽ donec tota mã emek significabit ipotẽtia nãe ad pficiẽdum crisiz:ꝛ quod relinquetur recidiuaz faciet.

Urina autem ꝛc. ¶In hac pte.3. ꝑmo agit de significationib⁹ vrine grosse in generali.Secundo de significa

De gradi.

ꝓterea non ꝛbent esse grosse. ¶Contra secũdũ dictũ q̃ ꝓpter multam necessitatem nutricationis in pueris maxima fit conuersio nutrimẽti in membra igitur paucum est qõ vrine cõmiscetur ergo nõ reddetur ea ꝛ causa grossa in pueris imo tenuis.Et iterũ maior est cibi quãtitas que ꝛbetur iuueni ea que ꝛbetur puero ꝛ ab illa maior quãtitas supfluj resecabitur igitur grossiores ꝛberent apparere vrine in iuuenibus q̃z ꝛc. ¶Ad primũ concedit antecedẽs ꝛ dicatur q̃ ex hoc non sequit esse bonam cõsequentiã q̃ in senibus est digestiue ꝛbilitas non potẽtis hos flegmaticos ꝛ grossos humores cũ partibus aquosis miscere. Etiam ꝛbilẽ habẽt expulsiuam nõ potentem superfluũ expellere sed he due virtutes sunt fortissime in pueris quare ꝛc.Ex prima enim fortis vt dictũ est fit partiũ grossarũ permixtio cum subtilitatibus ꝛ ex secũda fit earundem ꝛbita expulsio in puero que ꝛficiunt in sene vt patet. ¶Ad scõm cõcesso antecedẽte negat cõsequentia q̃ nulli dubiũ quin a multo cibo multum resecetur ꝛ illud vrine cõmixtum reddit eã grossam. ¶Ad tertiũ negatur cõsequẽtia.nam hz maior quãtitas cibi absolute sit necessaria iuueni q̃z puero ꝛ maior quãtitas resecetur in iuuene q̃z in puero nõ tamẽ illud est multũ vel plus respectu sue mollis ꝛ etiã minor quãtitas supfluitatũ expellit cũ vrina in puero q̃z in iuuene q̃ calidum iuuenis est acutius quare multã quãtitatẽ supfluitatũ resoluit. Etiaz fortius faciunt iuuenes exercitiũ qõ ẽt maxime resoluit paucũ igit ꝛ supfluitatibus vrine cõmiscet.Sed pueri inordinate viuũt comedẽdo multas res malas ꝛ se movẽdo inordinate prima primi quare contingit vrinas eoz esse grossiores in pueris q̃z in iuuenibus ꝓpter supfluitates illas nõ sic in eis resolui imo magis multiplicari ꝛ vrine cõmisceri ꝛc.lege litterã.De secunda parte dicit ꝛc.significat perditionẽ.s.ꝓpter causam dictam q̃ significatur materiã multũ inobedientem nature que nõ põt digeri nisi in lõgo tẽpore nisi bona fuerit adiuncta significatio vt cõstantia in pulsu ꝛ virtute vitali ex appetitu bono ad cibũ sine instãtia vigiliaz ꝛc.vnde his apparentibus significat ꝛ ex tali vrina tunc multuz apostema fieri

digōnis: q; cum digestio sit opatio nālis perducet vrinā ad substātiā naturalez: hec autez est substātia mediocris inter grossum ⁊ tenue: quare ⁊c. ⁊ iō superfluе grossa ⁊ superfluе tenuis significat indigestionē. ¶ Sed iterū tu dices: q; Auic. ipse dicit q; aliquādo hec vrina significat digestionē humorum grossе substantie non videtur: q; digestio semper perducet ad substantiā mediocrem cum fit operatio naturalis. Dico q; Auicē. dicit hoc vt ostendat q; in materia valde grossa

sufficit ad eius digestionez aliqua ꝯgrossatio: ⁊ non oportet q; semper ꝑducat ad substātiā mediā simpliciter: sed sufficit q; sit reducta ad aliqualē tenuitatez: nam aliter requirit digestio in substantia mediocri ⁊ aliter i subtili ⁊ aliter in grossa sicut diuersificantur humores in eorū substantia: q; aliq sunt grossе substātie naturāl aliqui subtilis ⁊ aliqui mediocris: ita q; ad digestionē humorū subtiliū sufficit p;o signo vt nebula appareat natans: in grossis vero q; in fundo sit descendens ⁊ subsidēs: ⁊ in mediocribus vt sit pendens: ⁊ ideo non oportet vt in materia multum grossa attendatur digestio in substantia sic q; permutetur ad mediocritatem simpli-

apostematū. ¶ Et plurimū[a] quidem qō in acutis significat egritudinibus est maluz. Herūtn tenuitatis durabilitas plus significat malū. Spissitudo nāq; quādā significat digestionē que quidē substātie cōfert in eo q; digōné significat ⁊ q; virt⁹ expellēdi hz potētiā est id in quo fiducia habeť. Et inquātū materiei significat corruptionē ⁊ eius multitudinez ⁊ matura/tionis ꝓhibitionē separantis ad funduz descēdētis significat malū. Quid aūt sit illud qō inter duas res superātius est cognoscit ex eo qō post eā aduenit ex rege: aut succedit ei ex debilitatis augmento.

citer sed respectu grossitiei. ¶ Tunc ad rationes in oppositū. ¶ Ad primū cuz dicit contrariorum effectuuz ⁊c. concedatur q; cōtrarie sunt cause imediate sed ꝛ causis mediatis ⁊ cōmunibus nō oportet: imo ab eadē cōmuni possunt ꝓcedere cōtraria sicut est in ꝓposito: q; tam multum grossa q;z multuz tenuis ht ab indigestione: tamen grossa est cum turbiditate: subtilis autez non. ¶ Ad aliud dicendum q; hec vrina multū spissa non accidit ꝓpter multam cōmixtionem factam a digestione ⁊ fortitudine virtutis. sed pp ebullitionē factam a calore extraneo. ¶ Subdit vlteri⁹ q; hec vrina erit bona significatio in statu feb. putridenam in statu completur digestio: ⁊ q; digestio ē actio perducēs ad spissitudinez: ideo talis vrina in statu est bona: q; significat bonum ſ. digestionē ⁊ fortitudinez nature. Itē est bona in apostematibus: q; significat q; natura expellit materiam apostematis que permixta cum vrina facit ipsam spissam.

a ¶ Et plurimū ⁊c. ¶ In ista pte vocet signare in spāli per vrinā spissam ꝯhendo ipsam ad spāles dispōnes: ⁊ tria facit sicut ꝯhit ipsaz ad tres speciales dispositiones.

Jacobus

tione eius in acutis ⁊ comparatione eius ad perseuerantem in tenuitate. ibi (Et plurimum) Tertio de spissa sanioꝛ ⁊ de minus sana in febribus. ibi (Et vrinaruz.) Quarto de significatione tenuis conuerse ad spissam in acutis. ibi (Cum aūt.) Quinto ꝛ significatiōe spisse pseuerātis in sanis. ibi (Cūq; i sano.) Sexto ꝛ cā vituperij tā subtilis q;z spisse substātie. ibi (Nō aūt.) Septio ꝛ diminōe spisse in puiā ⁊ turbidā ⁊ ō duus inter spissaz puiaz ⁊ tenuē. ibi (Amplius.) Octauo ꝛ tenui multū tincta q; nō est digesta. ibi (In tenui.) Nono de cōparatione digestionis in substātia ad digōnē in calore. ibi (Et digestio.) Decimo ō significatiōe tenuis cui⁹ ptes diuersificanť in rubedie ⁊ citrinitate ⁊ tenuis furfuree. ibi (Cuz autez vrinā.) Undecimo ꝛ significationibus in summa spisse i acutis. ibi (Spissa autē.) Duodecimo ꝛ causis turbulentie ⁊ claritatis. ibi (Ad vltimum ⁊ro.)

¶ In. i. pti. dicit p̄mo q; vrina vbꝛmēter spissa significat vt in pluribus ꝓpationes se ꝛfectū maturatiōis humoꝛ ⁊ supfluitatū: q; digō ad adequatio substātie seu reductio ipsi⁹ ad mediū inter subtile ⁊ grossuz: q̄ fit in grossis p subtilatiōez, ⁊ in subtilibus p ingrossationez. Scō dicit q; vrina grossa qñq; rz raro significat maturationem grossoꝛ humorum vz qñ grossa erit in statu febriuz humoꝛosarū ⁊ in aptione apātuz quoꝛ sanies p vrinā effluit: tūc. n. grossa fit ex cōmixtio sanies vel humorum cū ea eductoꝛū: verum magna sua pars ad funduz vasis ꝛscendit: ⁊ in superioribus partibus vrina clarificatur nec plurimū ibi spissa est. ¶ Et plurimū ⁊c.) ¶ In. 2. dicit p̄mo q; vrina spissa in febri. acutis vt in pluri-

Mattheus

sub diaphragmate sub parte epatis ⁊ idē ponit. II. ⁊. G. 2. pnostico. q; significat apostema sub diaphragmate. Cuius ratio est q; ex quo virtus est stabilis ⁊ materia inobediens est nature ⁊ grossa ⁊ seua inducēs accidētia naturaliꝛ stimulata eam expellit ⁊ non extra corpus: q; non dominatur ei simpliciter igitur ad loca ad que materia conuenientius mouetur ⁊c.

Et similiter ⁊c. ¶ Nūc quarto ponit significationē ꝛ vrina valde tenui apparente in sanis ⁊ dicit ⁊c. ¶ Notādū qō p corpora sana nō intelligit inculpate sana. ſ. nō actu egra sed neutra que dicūtur neutra decidentie qō manifestať q; inuit q; dolorē sentiunt nā p quēlibet dolorē nō dicit qō corpus sit egrū vt alibi ꝛclarať. Nā in talib⁹ apparentibus vtinis valde tenuib⁹ accidit ⁊c. Rō liꝛ est q; partes grossе que nāliꝛ cū vrina expelli ꝛbrēt nūc retinenť ⁊ ad mēbrū dolēs attrahenť quare ⁊c. Ubi nota q; dupliciter fit apa. Primo p viā ꝛfluxus. Scō p viā paulatine cōgestionis. Unde verbi gra mēbrū sit pcussuz ⁊ apparēte tali vrina multū tenuis significať humorē fluere ad locū dolorus ⁊ ibi facere apa ēt erūte apate: lz non manifeste apparente in mēbro p viā congestionis paulatine generato. Unde illud in augmento generabit dolorē ⁊ per viā defluxus magis augmētabitur. Unde tunc apparēte vrina tenui multū manifestū est ipsaz significare mām retineri ⁊ ad dolorus locū attrahi quare ⁊c. In catin. i. mēbrū deorsum versus caudā qñ in illis mēbris ꝓpter situ deorsum māe sunt apte facilius moueri. sed qū ocūq; tales vrine significāt aptitudinē ad apa ꝓpterea q̄ materie retinenť ꝓpter impotētiā expulsiue. vnde tādē aggregate stimulata natura insurget ad expellēdū. ⁊ sic tandē facient apa p viā defluxus ⁊ si fuerit dolor in particulari loco ibidē augebiť si prius fuerit apa ⁊ si nō ꝛ nouo generabiť ēt si nō fuerit dolor in ꝑticulari loco fiāt apata cōia toti. Ut bothoꝛ variole. Mā facilius erit nāe ad ꝓmas diuersas ptes expellere materiā q̄z totam ad vnam partem ⁊ hoc est q̄ dixit lege tu litteram.

Tenuitas ⁊c. ¶ Dicit quinto ⁊ vltimo p̄o hac parte ⁊c. Rō qz in morbis terminabilib⁹ p crisim quoꝛ materia educiť per vrinā. Urina sit grossa ⁊ spissa. Cū igiť ista sine ordine fit multum tenuis significat partem materie esse retētam. sed que relinquunť in morbis recidiuam facere cōsueuerunt igitur ⁊c. vnde medicus in hoc casu reiteret euacuationem suam artificialez ⁊c.

Urina autem ⁊c. ¶ In hac secunda parte capituli dūs Auicē. prosequitur ꝛclarando significationez vrine multum spisse ⁊ ponēdo eius significationes quattuoꝛ facit. Primo ponit quasdam significationes ꝛ vrina multū spissa Scō cōparat multū spissam in durabilitate in malitia ad multū tenuē. Tertio ipse reuertiť ponēdo significationem ꝛ vrina spissa quantū ad significare bonū ⁊ malum. Quarto remouet dubium qō ouri posset de spissa ⁊ tenui vrina er dictis. Secūda ibi (Uerūtamē durabilitas.) Tertia ibi (Et vrinarū quidē.) Quarta ibi (Nō autē.) Prima adhuc in duas scōs qō duos canones ponit. Scōa ibi (Plurimū quidē.) De prima parte tria dicit p ordinē ⁊c. Pro intellectu partiū notan. qō in corpore debite dispōsito vrina nunq; tendit ad multam spissitudinem sed ad mediocritatē vel modicum a mediocritate ad latus tenuitatis vel grossitiei recedit. Unde in materia subtili per digestionē eius ingrossatur. non tamen apparebit vrina mediocris sed modicū tendens ad latus tenuitatis. Et ecōtra in materia grossa per digestionē inducitur subtilis non tamen tanta vt apparet vrina semper mediocris sed ad latus grossitiei tendens. Etiam perfecte digestionis est sequestrare grossum a subtili ⁊ illud facere residere in vrina multum spissa quare sequitur q; si-

De partibus.

bus significat malū: q; significat multitudinē humorū grossoꝛum indigōnum qs natura nō nisi in longo tpe digerere valebit: ⁊ q; cōtinue debilitatur ab acuta febre: timendū est ne deficiat ante cōplementum digōnis. Scō dicit q; perseuerātia tenuitatis vrine in acutis est ꝛterioꝛ perseuerātia ipsius in spissitudine. Primo q; spissitudo vrine significat digōnez aliquā. ſ. pmixtionez aliquā grossi cum subtili q̄ est digōnis inchoatio ⁊ in h substantie ꝛfert: q; reddit eā plus appropin quantē cōplete digōni. Scō q; ex grossitudine vrine significať potentia virtutis ad expellendum partem materia cum vrina: vnde fiducia habetur sperande salutis. Uerū grossa vrina in febribus acutis triplici modo significat malū. Primo inquantum significat corruptionem humorum ex parte febris. Secundo q; significat eorum multitudinem que sufficit ⁊ manutenere febrez ⁊ inspissare vrinam. Tertio quia significat ꝓhibitionem maturationis separantis grossum a subtili ⁊ descendentis ideſt descendere facientis grossum ad fundum. Nam si grossе humorum partes vrinam inspissantes descenderent ad fundum relinquentes residuum clarum cum mediocritate substantie non esset vrina grossa sed digesta equalis. Tertio dicit q; cognosci potest ex his que sequuntur si due bone significationes vrine grossе in acutis modo dicte superent tres mala statim enarratas. Nam si post emissionem vrine grossе sequatur requies vel alleuiatio patientis significationes eius bone superant malas: ⁊ precipue significatio potentie virtutis ad expelliendum paulatim materiaz febris cum grossa vrina. Si

De gradi.

gnificat priuationem digestionis ⁊ hoc vt plurimum. Nam si aliquādo significaret ista vrina multum spissa grossе substantie maturationem aut supple euacuationez hoc esset in crisi materiarum grossarum. Sed in crisi tali materie digeste subtiles solum euacuantur vt plurimum per vrinam eo qō grossе non sunt apte expelli per illas vias sed per latiores vt per secessum vel vomitum. Et si aliquādo partes grossе adducerentur vt in hoc casu non sunt tante. Ut totaz vrinā reddant spissam sed a caloꝛe digerente sequestratur a subtilibus ⁊ multiplicant hypostasim in quātitate ⁊ grossitie non tamē totam vrinam reddunt spissam. Sequitur igitur prima conclusio textus est vera ⁊c. Dicit secundo ⁊ tertio scōm minus verō licet pur aliquādo hec vrina significare posset maturationem vel euacuationem materiarum grossarum vt in statu febrium a grossis materiebus ꝛpendentiū vel aperitione apostematū ⁊ precipue viaruz vrine vt gibbi epatis ⁊ narum emulgentiū vel renum. Nam multe saniei quātitas vrinam multaz inspissat quare ⁊c. Et sic est signū satis bonū non tamē complete digestionis vt patet. Ex quo inferať conclusio generalis. Urina multum spissa apparens in morborum pūcipijs est semper significatio mala. Nam p illam in pūcipio nō potes significare euacuationem creticam ⁊ materiā digestā nec ruptū apostema a nature nisi violenter ⁊ sinthomatice. Et hoc Isaac sentiebat in ꝛ vrinis. Quando dicit q; vrina spissa in statu ⁊ augmento morborum apparens significat aliqualiter bonum morborū. ſ. a membris grossis ꝛpendentium. Sed multuz spissa nunq; in pūcipio significat bonū: imo semper malum. Et sic patet secūda cōclusio licet intermiscuerim ipsa cum prima.

Et plurimū quidē ⁊c. ¶ Ratio littere q; morborū acutoꝛ materie realiter sunt subtiles si igiť in huiusmodi verbis apparet vrina valde grossa aut significat ebullitionem materiarum fortem aut significat multitudinem materierū ⁊ qōcūq; illorū significetur in acutis est malum vel aliter in morbis acutis apparente vrina grossa significat grossitudinez humorum ⁊ cum illa grossitie potest stare malignitas humorum ⁊ malitia ratione cuius accidentia fuit seuissima. Stante ergo humore grosso nō pōt digeri nisi in multo tpe ⁊ sic morbus nō terminabiť nisi in longo tpe. Et er altera pte morbus est acutus cuz seuissimis accidentibus. Sequitur igitur de necessitate qō ille morbus terminať ad mortem q; diu illa accidentia virtus tollerare nō pōt. Et dicit Aui. notanter vt plurimū ⁊ nō semper q; nō inconuenit materia stante subtili ⁊ multe quantitatis in acutis pp multe materie subtilis mixtionē cū vrina reddāt ipsam grossaz nō pp earū grossitē sm multitudinē. Et q; humores subtiles grossiores vrine sunt substātia. Unde in crisi ex multitudine māe subtilis cū vrina poterit esse significatio bona. Et sic ꝓz tertia cōclusio huius ꝓis. Ulti inferať hec cōclusio vlr qō apparētibus accūtibus acuti morbi ⁊ vrina fuerit spissa in pūcipio significat mortem lege litteram ⁊c.

Uerūtamen ⁊c. ¶ In hac scōa parte Aui. cōparat malitiā durabilitatis vrine spisse ⁊ tenuis ad inuicem ⁊ dicit ⁊c. Et adducit duas rationes p̄o verificatione dicti ⁊c. Et ꝛinde subiungit quid multum spissa significet. Notandum q; dicit spissitudo quandaz significat digestionem cuius intuere qō pur per mixtionem partiū grossarū cum subtilibus per quarū p̄sentiā reddiť tota vrina spissa significať aliqualis digestio que substātie cōfert q; nō est digestio perfecta vt ꝛbite sequestrare posset istas partes grossas in vrina ⁊ facere residere in formā hypostasis sed parū est aliqualis digestio sufficiēs ad mixtionē illaz partium grossarū cū subtilitatibus aqueis dantibus totū vrine substantiam. Et addit Auicen. quod hec vrina grossa signi-

ficat

stiones. Secunda ibi (Cum autem tenuis vrina) Tertia ibi (Cuiꝯ in sano.)
a ¶ Cuiꝯ in sano ꝛc. ¶ Hic contrahit vrinam ad tertiam specialez dispositionem vel conditionez. ¶ Nota q̄ hic accipitur sanum large: prout dicitur pro sano conualescentie vel decidentie.
b ¶ Amplius vrina ꝛc. ¶ Postq̄ Auicē. docuit significare per vrinam principaliter ex parte substantie: hic docet significare per vrinam principaliter ex pte claritatis ꝛ turbulentie vt simul coniungatur cuz eis etiam substantia vrine. Et duo facit. Primo facit hoc quādo vrina est soluz clara vel soluz turbida. Secūdo facit quādo simul cōiungitur turbulentia ꝛ claritas in diuersis tamen partib⁹. ibi (Amplius vo debes attendere.) Prima in duas. Primo p̄mittit diuisionez quādaz in vrina spissa que debet etiaz intelligi. Scdo exequit ꝛ significatis illi⁹ diuisionis. ibi (Verūtamē inter spissaz.) ¶ Juxta qd̄ nota q̄ sicut ponit diuisionem in vrina spissa: ita debet etiaz intelligi in tenui: nam clarū ꝛ turbiduz differt a tenui ꝛ spisso: ita q̄ non omne tenue est clarū: nec omne turbidū spissuz:

Et vrinaruz quidem spissarū in febribus sanio: existit illa de qua multū subito euacuatur. Ita vo que paulatim euacuatur multoꝝ humoꝝ est significatiua ꝛ debilitatis virtutis: ꝛ post illa quidez que vtilitatem affert seq̄t mediocris vrina simul cum requie. Cum autem tenuis vrina in acutis egritudinibus ad spissitudinē cōuertit postq̄ non aduenit requies significat liquefactionez. ¶ Cuiꝯ[a] in sano vrina perseuerauerit spissa ꝛ in parte capitis dolorem senserit ꝛ conquassationez indicabit ei febrem. Est tamen cum hoc est ex superflua expulsione aut apertione cum vlceribus in partibus viaruz vrine. Mō autem subtilitas ꝛ spissitudo vtreq̄ maturationis significant priuationem: nisi quia maturationez substantie comitatur mediocritas. Spisse ergo maturatio est vt digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio est vt coquendo mutetur ad spissitudinem. ¶ Amplius[b] vrina spissa quēadmoduz prius diximus q̄nq̄ est clara ꝛ trāslucēs quādoq̄ est turbida. ¶ Verūñ inter[c] spissaz trāslucentē ꝛ tenuez existit dīa: q̄n spissa trāslucēs cum motu iundaī nō fiūt ptes ipsi⁹ inundate multū pue: imo magne i ea accidūt: vñ ꝛ ei⁹ mot⁹ fūt tardi ꝛ cū spumat fit ei⁹ spuma mlta ꝑ āpullaz: ꝛ ipsi⁹ āpulle ñ cito rūpūt

vel soluz turbida. Secūdo facit quādo simul cōiungitur turbulentia ꝛ claritas in diuersis tamen partib⁹. ibi (Amplius vo debes attendere.) Prima in duas. Primo p̄mittit diuisionez quādaz in vrina spissa que debet etiaz intelligi. Scdo exequit ꝛ significatis illi⁹ diuisionis. ibi (Verūtamē inter spissaz.) ¶ Juxta qd̄ nota q̄ sicut ponit diuisionem in vrina spissa: ita debet etiaz intelligi in tenui: nam clarū ꝛ turbiduz differt a tenui ꝛ spisso: ita q̄ non omne tenue est clarū: nec omne turbidū spissuz: sed tenue pōt esse turbidum ꝛ spissum claruz: sed quia hec diuisio notior modo apparet in spissa q̄z in tenui: ideo magis ꝛ ipsa explicauit.
c ¶ Verūtamē inter ꝛc. ¶ Hic exequitur ꝛ significatis huius diuisionis. Et quia vrina spissa translucens ꝛ vrina tenuis videntur multū cōuenire. Primo

assignat differentiaz inter spissam ꝛc. Secundo docet significare per ipsam. ibi (Et que quidez.) ¶ Juxta quod nota q̄ causa istaruz quatuoꝛ conditionuz vrine spisse translucentis potest esse hec: quia talis vrina non est nisi ex admixtiōe humoris grossi transparentis: talis autem humoꝛ non est nisi flegma vitreum quod assimilatur vitro liquefacto in substātia: quia viscosus ꝛ grossus sicut vitrum: ꝛ in colore: quia est transparens sicut vitruz: quādo ergo tale flegma mouetur per vrinale ei⁹ vnde sunt magne: quia cum fit grosse substātie nō est diuisibilis in ptes paruas: sicut videmus in oleo cuius vñ quādo cōcuteret in aliquo vase essent magne ꝓpter grossitiez ꝛ viscositatē ei⁹: quia nō potest subingredi aer ꝛ dividere ptes paruas insubtiles. Secūda conditio per quā differt a tenui est: quia eius motus sunt tardi: cuius causa est: quia grauitas ꝛ materie grossities est inepta ad motum: sed subtilis vrina est velocis motus: quia cito diuisibilis ꝛ leuioꝛ. Tertia differentia est: quia in vrina grossa transparente apparent mul ampulle quando concutitur: quia spuma et ampulla creaī ex p̄mixtiōe ventositatis cum substātia ventosa: quia ergo concutiī tunc intercidit aer ꝛ retinetur sicut apparet in cōmen. 43. scde particule illius aso. Strāgulatoꝛ ꝛ visso lutoꝛ ꝛc. Quarta est qa vrine grosse trāslucentis est mā grossa cruda ꝛ viscosa: ꝛ ideo ampulle gñate in ea ꝓpter tenuitatē materie disrumpunt: sed qa in sub-

Jacobus

na. Si vero succedat huiusmodi vrine augmentatio debilitatis infirmi: tunc significationes eius male vincunt bonas: nam tunc ingrossatio vrine significat eruberantiam materie potius expulse syntomatice q̄z vi nature.
¶ Et vrinaruz ꝛc.) ¶ In. 3. dicit p̄mo q̄ sanio ex vrinis spissis in febribus est illa ex qua plurima quantitas subito eūatur: p hanc. n. significatur fortitudo virtutis ꝛ expulsio q̄si cretica materie peccantis. Scdo dicit q̄ vrina spissa paulatiz eūata significat supabundantiā humorū cū debilitate virtutis non valentis plene dñari sup humoribus cū digōne ꝛ expulsione. Tertio dicit q̄ post illā vrinaz glossam q̄ affert vtilitatem. s. expulsionē subitam materie plurime peccantis seq̄tur vrina mediocris in substantia cum requie ꝛ alleuiatione patientis.
¶ Cum autem ꝛc.) ¶ In. 4. dicit q̄ vrina grossa post tenuem veniens in febribus acutis sine alleuiatione patientis significat liquefactionem molliuz partiū corporis vt carnis aut adipis. quemadmodum contingit in conuersione tertiane feb. ad ethicam febrem. Nam si spissa fieret ex purgatione peccantium humorum eger proculdubio alleuiaretur: sed quia spissa fit ex dissolutiōe corporis eger aggrauatur ꝛ malum nunciat.
¶ Cuiꝯ ꝛc.) ¶ In. 5. dicit p̄mo q̄ vrina spissa pseuerans talis in sano corpe cū dolore capitis ꝛ ꝙquassatione mēbroꝝ ōsi hō esset baculis percussus pronosticat ei febrem venturā: q: significat ebullitionez grossoꝝ humoꝝ effumantiuz ad caput: ꝛ oppressionē lacertoꝝ ex eorū multitudine q̄bus putrescentibus febris

Matheus

ficat bonum quia expellendi potentiam quia grossum ꝛ se nō est natum educi per vrinarum vias: quare ergo cuz vrina expellitur significat potentiā virtutis expulsiue in qua est fiducia. Et ex opposito possumus arguere priuationez digestionis ꝛ virtutis expulsiue debilitatē ex vrina multuz tenui. ¶ Concludit igit his duabus rōnibus durabilitatē tenuitatis plus significare malum.

Et inquantum ꝛc. ¶ Nunc addit etiaz alias significationes vrine spisse multuz ad malum inuēs q̄ nō solum fit ex dicta digestione ꝛ virtutis expulsiue fortitudine sed etiam ex alijs ꝛ in hoc significat maluz ꝛc. Nam quādo materia grossa peccat sua quātitate nimia aut qualitate irritatur natura ꝛ eam synthomatice expellit. Exempli gratia cum vrina quare fit vrina multum spissa significans maluz quia significat illaz materiaz esse euacuatā solum vi synthomatis ꝛ stimuli ꝛ non vi nature. Et etiā quādo significat materiarū ꝓhibitionē separantē ꝛ ad fundum descendentē. i. sequestrantē grossum a subtili ꝛ ad fundum facientez ipsum descendere significat malum. ¶ Dicens tu diristi mihi bonam ꝛ malaz significationē vrine multum spisse: quando igitur ego per eam iudicabo salutem ꝛ quando periculum.
¶ Respondet Auicēna q̄ autez duas res. i. significationē bonam ꝛ malaz separantius. i. distinguens: quia si sequiī eam quies ꝛ fortitudo virtutū significatur q̄ ista crisis est facta vi fortitudinis virtutis ꝛ precipue si subtiliatur paulatiue vrina vt contingit in crisi ꝛ ruptura apostematis: sed illud est raro. Si aūt opposita signa sequūtur significat mortez ꝛ illud est vtplurimū: habetis igitur hāc cōclusionem q̄ vrina multuz spissa perseueranter talis sine hypostasi est significatio mala. Patet quia significat digestionis priuationez ꝛ synthomaticā eius expulsionez cum ipsa ꝛ se ꝓpter eis digestionis priuationē a natura non fit apta expelli. Et dicit notanter perseueranter qui si rarificaret ꝛ alia sequerenī signa bona salutem nobis prestabit: lz illud rarius fit ꝛc. lege litterā: sed solum vi stimili: ꝛ lz etiaz illa grossa vbi sequitur accidens seu sequūtur accidentia ꝛ signa bona expellaī vi stimuli non tamen principaliter: sed quia ꝓpter digestionem aliqualem in materia acquisitam. Exempli gratia: in statu feb. vel apostematuz natura plus dominaī materie ꝛ virtute expulsiua fortificata eaz expellit: quare dicit Auicē. q̄ in illa est fiducia ꝛc.

Et vrinaz quidem ꝛc. ¶ In hac tertia parte huius partis reuertitur ad ponendum signa vrine spisse maxime quo ad bonum vel maluz per eam significare. Et potest diuidi pars ista in tot quot ponit cañ. De prima parte dicit ꝛ p̄z. Secundo adducit rationes duas pro verificatione dicti dicens ꝛc. ¶ Notanduz q̄ ratio p̄me partis manifesta est. Nam vt hēri dicebaī vrina spissa significare habet aliqualem digestionem ꝛ virtutis expulsiue fortitudinem. Si ergo vrina spissa in mul-

De partibus.

oꝛietur. Scdo dicit q̄ talis vrina q̄nq̄ procedit ex vehementi expulsione ꝛ aptione vlcerosa viarum vrine. Ulceratis enim viis vrinalibus ad earuz vlcera velut ad sentinam confluunt humores ꝛ pp dolores: ꝛ q: basse sunt ꝛ expulsionibus ordinate: qui pungentes vlcera cogunt expulsiuam frequenter expellere plurimos humores vna cum vrina.
¶ Non autem ꝛc.) ¶ In sexta dicit p̄mo q̄ subtilitas ꝛ grossities vrine non significant priuationem maturationis: nisi q: mediocritas inter subtile ꝛ grossum cōmuniter ꝙcurrit cum maturationem: neq̄ enim maturuz est grossuz terrestre nec aqueū subtile: sed medium inter hec. Scdo inferi duo corelaria. Primum est q̄ maturatio spisse vrine est conuersio eius ad subtilitatem. i. subtiliatio ipsius donec fiat mediocris. Scdm est q̄ maturatio tenuis vrine est mutatio eius ad spissitudinem. i. mediocris inspissatio cum digestione.
¶ Amplius ꝛc.) ¶ In. 7. dicit p̄mo q̄ grossa vrina ē dupler: vna est clara trāslucens vt albumē ouī: alia turbida vt mustū vel aq̄ omasoꝝ. Scdo dicit q̄ spissa trāslucens differta tenui vrina quadruplī. Primo q: spissa q̄n mouetur ꝛ inundatur in vase fiūt eius vnde magne: q: spissa massa nō facile soluitur in ptes plurimas ptias sicut massa tenuis. Scdo q: vnde ipsius sunt tardi motus ex grauitate sue mol. Tertio q: duz spumat in spume ipsius multiplicanī ampulle: eo q̄ ptes ipsius ꝓp eaz grossitiē non sunt de facili dilatabiles ꝛ elevabiles in amplas ampullas paucas. Quarto q: ampulle eius nō cito rumpunt ꝓp eaz spissitudinē

De gradi.

ta quātitate pellitur significatur ex ea hec duo. s. q̄ virt⁹ expulsiua fortis est in expellendo materiam nociuam egritudinis: similiter digestio aliqualis vt hēri declaratum est: ergo ꝛc. ¶ Et ex hoc etiam patet ratio secunde partis quia in principio egritudinum si accidit vrina multum grossa significatur ex ea aut multitudo humoꝝ aut eoꝝ corruptio ex q̄bus stimulaī natura ꝛ synthomatice eos expellit: vbi igitur paulatiue eos expellit ꝛ paucus pro vice significatur virtutis expulsiue debilitas: quare ꝛc.

Et post illa ꝛc. ¶ Repetit declarationē vnius ptīcule supra positē: q̄ hēri dictū est vrinaz spissam aliq̄ significare bonū aliq̄ maluz ꝛ inuestigata sunt signa distinguētia inter has duas res: nūc adducit clausulaz hāc ꝛ dicit ꝛc. ¶ Nō est quare nā euacuante vrina ad mediocritatez tendet ꝛ virtus honeraī ꝛ fortificaī quare seq̄t quies que est signatio bona: quare ꝛc. Et nō intelligaī q̄ statim ꝛ imediate sequatur mediocris post spissam sed gradatim. ¶ Aduertite tamen q̄ dicit notanter cum requie: quia licet post spissam sequeretur mediocris ꝛ sine requie non esset significatio bona imo signum impotentie virtutis expulsiue ꝛ sic malum ꝛc.

Cum autem ꝛc. ¶ Nunc ponit aliū cañ. de vrina tenui q̄n ꝙcrit ad spissam. Et dicit ꝛc. ¶ Nō canonis satis clara est. Nam in morbis acutis mā vtīm est subtilis: lz etiā grossa aliq̄n conjuncta ei malitia praua faciens accūtia seua sed raro vt supra dictū est: lz ergo a principio esset multū tenuis ꝓpter indigōnez materie: ꝛ nō cōmixtionē ei⁹ cum vrina: sed in ꝓcessu digeret ꝛ cuz vrina expellet ꝛ vrinā spissam reddet. Unde si ad illaz digōnem atq̄ expulsionē non sequiī alleuiatio ꝛ requies significatur q̄ vrina illa spissa ꝓcedit ꝛ fit ex liquefactione membroꝝ ꝛ a fortiori humiditate si pseueraverit ꝛ nō digōnez materie morbi ꝛ eius expulsionē. ¶ Notāduz tamē impertinēter q̄ etiā in morbis acutis salubribus in augmēto digōnis materie vrina ispissaī ꝛ accūtia intēdunī ꝛ postea in statu vltimaī vt scitis ꝛ nō fit ges etiā apparēte vrina grossa post tenuē: nō tñ ex hoc significaī liquefactio humiditatū nāliū ꝛ membroꝝ. Tñ igif bene intelligntis dico q̄ Auicē. voluit quādo post tenuē sequiī spissa multū supra vel vltra mediocritatē que debet mālē morbi: ꝛ nō seq̄t quies signaī liquefactio humiditatū. Pōt tñ etiā vrina fieri spissior debito: ꝛ hoc per derivationē ꝛ cōversionē aliaꝝ materiaꝝ ad vias vrine nō necessario cōiunctaꝝ acuto morbo sed antecedentiū vel cōtingēter cōiunctaꝝ ei: ita q̄ tunc nō significet liquefactionē ꝛc. ꝛ est bonū ꝛc. ꝛ tunc hoc considera.

Cuiꝯ in sano ꝛc. ¶ Ponit aliuz cañ. de vrina spissa ꝛ dicit ꝛc. Deinde removet dubiū dicēs. Est. i. ꝓtigit. ¶ Notāduz q̄ per corpa sana nō debetis intelligere vere sana sed neutra decidētie que nō sensibiliī sunt lesa in opōnib⁹ ꝙsuetudinarijs. Tñ in talib⁹ si vrina

tili est materia tenuis: ideo aer ĩclusus in ampulla diuidit ipsaz cito ⁊ destruũtur ampulle cito sicut contingit in aqua subtilis substantie.
a ¶ Et que quidez ⁊c. ¶ In parte ista Auicẽ. deter. ꝺ significatis vrine clare ⁊ turbide. Primo vt coniungitur cum substantia spissa. Secundo vt coniungitur cum tenui. ibi (In tenui autem.) ¶ Iuxta qđ notandum circa partem primaz q̃ quedam littera habet ex flegmate bene digesto: sed hec est mala: quia cuz hec vrina sit spissa ex pmixtione flegmatis vitrei quod ẽ maxime crudum ⁊ indigestum: ideo nõ debet dicere bene digesto sed non digesto: ⁊ ideo dicit q̃ si hec vrina habeat tincturaz trahẽtem ad citrinitatez: tunc significat q̃ sit a cholera vitellina que sit ex cholera permixta cuz flegmate vitreo ⁊ translucet ad moduz vitelli ouiz: ⁊ subdit q̃ si in ea non sit tinctura sit ex liquefactione flegmatis vitrei: ecce q̃ manifeste vult q̃ sit ex flegmate vitreo q̃ non sit bene digesta sed maxime cruda.

¶ Et que[a] quidem huiusmodi existit ex flegmate generatur nõ bene digesto: aut cholera vitellina si est in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et si tinctura non ẽst in ea significat flegmatis vitrei resolutionem: ⁊ hoc quidez in epilepticoꝝ vrinis multuz existit. ¶ In tenui[b] autez in qua multa existit tinctura scitur tincturaz non esse propter digestionem. Alioquin digestio in primis nõ magis operatur substãtiaz q̃ coloris permixtione: propria nãq̃ digestionis operatio est substantiam efficere: deinde ipsam tingere. Et digestio qdez in substantia melior est q̃ in colore.

b ¶ In tenui aũt ⁊c. ¶ Hic docet significare per vinam claram vt coniungit cum substantia subtili ⁊ tenui. Primo quãdo apparet cum colore vniformi. Secundo quãdo cum diffor. ibi (Cum aũt vinam videris.) Tertio quãdo coniungitur cuz hypostasi. ibi (Et si tenuis fuerit.) Prima in duas. Primo facit qđ dictum est. Secundo concludit correlarium. ibi (Et ꝓpter hoc.)
¶ Iuxta primaz partem dubitat primo aliquis: quia videtur esse contradictio in termi. naim hec littera: alioquin digestio in primis magis operaretur in substantiam vrine q̃ in permixtionem coloris: ita q̃ videtur habere pro inconuenienti q̃ primo debetur digestio substantie vine q̃ colori: postea statim subdit contrariuz huius expresse: quia digestio dicit q̃ prima operatio digestionis est efficere substantiam vine: deinde ipsam tingere. ¶ Ad hoc dicunt quidam q̃ sine dubio littera prima est valde extranea: ⁊ ideo oportet ponere aliqn pro ea: ⁊ tunc sic exponendo non discordant: ⁊ hoc est verũ: quia digestio in primis magis operatur in substantiã q̃ in colorem: quia dato q̃ nõ: tunc quãdo esset colorata colore cõuenienti qũcũq; esset dispositia substantia vine esset digesta qđ falsum est. Alio modo potest dici sicut sonat: ⁊ hoc potest dupliciter esse. Uno modo q̃ hic deficit vnum non: q̃ deberet dicere alioquin digestio in primis nõ magis operat in ea̾m: quare ⁊c. ⁊ tunc est planum. Uel alr exponendo ly aliquin sicut stat: ⁊ tunc oportet transponere ẽba vt dicamus alioqn digestio magis operaꝛ in permixtione coloris q̃ in substantia: ⁊ ideo cõtingit ⁊ pro ergo digo in substantia quidem ⁊c.

¶ Querant hic primo duo: q̃ hic ponere videt Auic. q̃ tinctura aliquãdo est per digestionẽ: queraꝛ vtruz color possit dari vine alicui aliter q̃ per cõmixtionem. Et videt q̃ sic per Auicẽ. 4. can. fen. 86. ꝺ iudicijs sumptis a colore vine. vbi dicit q̃ rubedo ⁊ nigredo est in vina ex vehemẽtia caliditatis: ergo ꝑ solam alterationẽ poterit alterari. ¶ In oppositũ est Gal. primo ꝺ crisi. c. 12. vbi vult q̃ color causaꝛ in vina per cõmixtionẽ hu. cholerici vel sani. san. ¶ Ad hoc dicendum breuiter lz gdaz ꝺ hoc faciant magnuz laberintũ: sed veritas consistit in paucis: dico ergo q̃ nomine vine possunt duo significari: aut emiz nominat aquositatẽ solam: aut noia illud qđ est cõmixtũ ex aquositate ⁊ substãtia humorali: tunc dico q̃ prima est impropria nomiatio: quia vina ꝓprie loquendo est quoddaz mixtũ. dico ergo q̃ primo modo accipiendo ipole est q̃ detur ei color sine cõmixtione cum substanna humorali vel substantia ꝓportionali hu. Cuius ratio

Jacobus

⁊ viscositatem. Tertio dicit q̃ spuma talis vrine grosse fit ex flegmate bene digesto si fuerit alba vel ex cholera vitellina si ꝺclinauerit ad citrinitatẽ. Quarto dicit q̃ si non fuerit tinctura aliq̃ in pdicta spuma significat liq̃factionez seu dissolutionem flegmatis vitrei: ⁊ talis cõiter in vrinis non apparet epilepticorum. ¶ In tenui ⁊c.) ¶ Jn. 8. dicit q̃ tinctura plurima reperta in tenui vrina scit nõ inesse sibi ꝑ digõnem. Alioquin. i. si multa tinctura ꝓcederet ex digõne digestio in primis magis operaretur substãm inspissando vrinã q̃ permixtionez coloris vel cholere tingẽtis: ⁊ sic nõ esset vrina tenuis si digesta esset: q̃ ꝓma opatio digõnis in vrina est efficere substãm. i. suspissare liquorez: deinde ipsam tingere. i. ꝑm modum substãtie ipsius ⁊ digõnis tincturã prebere. ¶ Attende q̃ vrina tripliciter põt considerari. Uno modo ꝑm esse pure aquositatis: vel q̃si pure q̃lis emittitur in diabete post potũ aque. Scõo modo ꝓut est aquositas sanguinis seu colamentum aliq̃ infectum humorositate generatũ ex chilo cũ humoribus in epate. Tertio mõ ꝑm esse qđ hz in venis compositũ ex colamẽto sanguis ⁊ supfluitatibus humorz illuc affluẽtibus a venis ⁊ arterijs. Si ꝓmo mõ considereꝛ vrina nõ est susceptibilis alicuius tincture ex se sine alterius cõmixtione: nec capax digõnis: nec inspissabilis a calore nostri corporis sicut aq̃ fontis vicina pure supposita igni vel soli exposita nunq̃z tingit: sed pervia manet ꝓpria colore: neq; digeritur: q̃ in omni qđ degeritur fit ꝓmixtio sicci cũ humido virtute caloris: sed in ea non est siccũ quod ꝓmisceatur: neq; inspissatur pp eandez. ¶ Manet ergo semper tenuis viscolor ⁊ non digesta nisi secum aliquid permisceatur ⁊ sic iudica de vrina primo mõ considerata. Si secundo mõ ꝑsidereꝛ potest tingi ⁊ aliqualiter incipere digeri rõne humorositatis sibi immixte ex ꝓma sui generatione in epate ⁊ initiuz aliqđ ingrossationis substãtie acquirere ex humorositatis sue decoctione: semper tñ manet tenuis propter paucitatez humorositatis ipsius nõ sufficien

Matheus

spissa perseueranter in eis apparuerit cum dolore capitis ⁊ lassitudine ⁊ aggrauatione totius significatur ebullitio humoꝝ qua ebullitione perseuerante ꝓbabiliter sequitur putrefactio in materia ⁊ tandem febris humoralis: quare ⁊c. Et illud non est semp: imo dicit Auic. q̃ contingit oppositum illius quare habeatis pro contingente: vt exempli gratia quãdo materia que ebullit pro maiori eius parte expelleretur cum vina vel vbi ꝺ se sit pauca cuius pars expellatur cum vina non ꝺ necessitate fit se. Similr ita contingit vt dicit Auicẽ. in apostematibus viaruz vine ⁊ vlceribus renum vbi non incõuenit elleuari fumos ad caput causantes dolores capitis ⁊ ꝑsentia saniei vrinam inspissare: non tamen sequi febris futura humoralis quaz habebis significare ex illa vrina: quare ⁊c. Uerũ nõ apparẽtib⁹ his apatib⁹ vlceribꝰ viaz vine vtpl'm canon est verus ⁊c.

Non autem ⁊c. ¶ Hec est quarta pars huius partis in qua remouet dubitationez que ex supradictis legitime posset oriri. s. quia tu dixisti q̃ tenuis vrina significat ꝓuationem digestionis similiter ⁊ spissa. Con contrariorꝝ contraria sunt significata. Si igitur tenuis significat ꝓuationem coctionis spissitudo debet significare coctionem. Innuit Auicẽ. argu. hoc nõ valere ⁊ dicit ⁊c. ¶ Notandum ergo q̃ digestio in vrina significat mixtionez factam a calore naturali cõuenienter cõmiscente ⁊c. tale aũt conuenienter cõmiscens deducit ad mediocritatez substantie recessus: ergo ab illa significat indigestionem ⁊ hoc declarat textus. ¶ Et ratio qđ argu. non valet est: quia illa non significant digestionis ꝓuationẽ nisi inquãtuz non sequitur quies: sed bene sequeretur spissitudo significat digestionis ꝓuationẽ: ergo aliqua non spissitudo omnino significat digestionez: ⁊ hoc est concedendum ꝺ mediocri que respectu grosse dicitur non spissa sed tenuis. ¶ Et est notãdum q̃ non semper apparente vrina tenui arguimus super humoruz tenuitatez: qa aliquãdo fit tenuis ex oppilatione ⁊c. vt supra visuz est. Intelligatur igit textus q̃ vrina sit vt digerendo ad equalitatem tenuitas mutetur vt per incendia ⁊c. Unde in hoc casu oppilationis dicto lz apparet tenuis: tamẽ non debemus humorem ingrossare cum frigidis procedendo credendo vrinam eam tenuẽ esse a tenui humore: sed cum ꝺ oppilantibus ⁊ incidentibus illud flegma grossum oppilans ratione cuius apparet vrina tenuis ⁊ tu considera

Amplius vrina ⁊c. ¶ Hunc in hac parte ꝓncipali supra divisa. Dominus Auicẽ. prosequit determinando ꝺ vrina clara ⁊ turbida. Et quoniaz vrina clara videtur habere maximaz cõuenientiaz cum tenui ⁊ turbida cum grossa siue spissa: ideo etiaz determinando ꝺ his. s. ꝺ turbida ⁊ clara simul determinat ꝺ tenui ⁊ spissa. Et diuiditur pars ista in partes duas. Quia primo determinat ꝺ clara ⁊ turbida ponendo ꝺ eis significationes magis speciales. Scõo declarat ꝺ turbida simul scilicet quando certo tempore mingitur clara ⁊ fit turbida ⁊ econtrario. Scõa ibi (Amplius ꝺbes ⁊c.). Prima in duas. Primo ponit differentiam vnaz inter tenuem ⁊ claram ⁊ turbidam ⁊ spissam referendo se ad quedam sperius dicta. s. capitulo primo huius summe ꝺ vrinis in fine. c. s. 7. Turbulentie autem causa. Secundo ponit significationes vrine spisse ⁊ clare. ibi (Que quidem huiusmodi existit ⁊c.) De prima dicit ⁊c. ¶ Ratio primi dicti distinctum est. Uaz grossitudo ⁊ spissitudo vrine non fit nisi propter presentiam partium grossaruz viscosarum cõmixtarum cum aqueis. Unde fit q̃ magnas facit vndas si vrinale mouetur vel inundatur quia ille partes propter viscositatez non possunt dividi ex illo motu ad minima vel modica: ⁊ opposituz est vbi vina est tenuis nõ grossa nec viscosa etiam si ille partes grosse sint solum terree sine viscositate ille resident in fundo ⁊ difficulter in sursum mouentur. Terrestreitas enim ⁊ grossitudo partium facit ad difficilem motum vt patet. Secus autem est ꝺ tenui vrina quia eius partes facilis sunt motus: ⁊ sic patet secunda differẽtia. ¶ Patet ⁊ tertia q̃ illa vrina spissa translucente si in actu mingendi vel cõmotione vrine subparte aquositatis vrine subincluditur aer faciens ampullam fiunt plures ⁊ diu permanentes quia talis generatio ampullaruz non fit nisi per inclusionẽ aeris sub partibus vrine. Si igitur ille partes sunt viscose erunt habiles elevari in altum quare erunt plures ⁊ difficulter rumpuntur quia illa materia viscosa motui aeris in sursum resistit ⁊ oppositio modo est in tenui.

De partibus.

tis ipsam inspissare sine alterius humoris cõmixtione: sicut modicũ croci multam tingit aquam: quam non vz ingrossare. Et hec vrina cõparatione ad primũ modum est ꝓpriceps coloris ⁊ digõnis ⁊ spissitudinis substantie: sed cõparatione ad tertium est tenuis in qua multa est tinctura sine digõne. Si tertio modo consideretur vrina primum qđ acquirit ex digõne est permixtio superfluitatũ humoralium a venis ⁊ arterijs venientium ad renes cũ colamento sanguinis ꝑ quas inspissatur: postea paulatim per calorem venaruz simul alterantur donec perueniant ad vnam formam mixti imperfecti qđ vrina dicitur ad quam formã tandem consequit color propius illi debitus vrine iuxta formam miscibilũ ⁊ operationem caloris in ea. Et hoc est qđ prin. hic vult innuere dicens. Prima nãq; digestionis operatio est substantiã efficere: deinde ipsam tingere. Non est tñ negandũ quin ex prima cõmixtione supfluitatum humoralium colamento sanguinis color aliqs impuraꝛ statim si dicte supfluitates ex se tincte fuerint sicut cholerice vel melancholice: sed hmõi color nõ est ille qui debetur vrine ꝑm totalitatem substãcie ipsius ⁊ ꝑm gradũ sue digõnis sup quo medici sua solẽt fundare iudicia. Põt ẽt vrina inspissari ⁊ substantia acgrere ex superfluitatibus flegmatis fine tinctura ⁊ sic substantia precedet tincturam. Ex predictis pz solutio quecis ꝓtionum plurium quas aliqui difficiles reputant. Prima est si vrina tingi possit a calore nostri corporis sine alterius admixtione. Secunda si possit sola inspissari per opus caloris agentis in eam. Tertia quid prius acquirit colorẽ vel substantiam. Quarta ex quibus principijs substantiam recipit ⁊ ex quibus colorez. Quinta qũo substantia vrine potest inspissari sine digõne quacunq;

Que quidem ⁊c. ¶ Nunc ꝺclarando ponit significationes diuersarum vrinarum. Et diuiditur pars in quatuor. Primo ponit significationes vrine spisse ⁊ translucentis vt iam iam premissum est hoc fieri in parte. Secundo ponit significationes spisse absolute non contrahendo ad turbulentiaz vel claritatem. ibi (Spissa aũt vrina ⁊c.) Quarto ⁊ vltimo ponit significationes ⁊ causas turbulentie. ibi (Ad vltimũ vero ⁊c.) De prima parte dicit ⁊c. ¶ Notãdum pro intellectu partis quod reperitur littera affirmatiua hic vt littera mea que dicit ex flegmate bene digesto: ⁊ illa littera cõmuniter non admittitur quia tertius videtur subtungere ex flegmate vitreo. illud autez est indigestũ: littera igit ꝺbet stare non digesto vt dicit Dynus ⁊ Marsilius in hoc passu. Sed Nicholus tenet litteram affirmatiuã comparãdo flegma subtile faciens translucentem vrinam ad flegma grossum faciens grossam vel spissam illud flegma subtile est digestum respectu grossi. Et sic secundum eum potest stare littera ex flegmate digesto modum dictum nõ tamen

simpliciter

Universidad de Navarra

ratio est: quia vrina vt est sola aquositas est corpus diaphanuz transparēs: color est passio corporis mixti terminati per opacum terrestre: cum ergo aqua non sit corpus mixtum sed simplex: nec sit terminatū z oppacum z se sed transparene: ideo z se impossibile est q vrina vt nominat solam aquositatez sit colorata per alterationē sed solum per admixtionē rei colorate cuiusmodi sunt humores: si accipiatur vria scdo mō. s. pro aggregato ex aquositate z substātia humorali: dico q possibile ē q humor qui miscē cū vrina z ipsaz reddit colorataz alteretur ad maiorē caliditatez quā habet z magis tunc colorabitur. Itez hoc est possibile sm naturam qđ apparet: q sicut vult Gal. 3. de virtutibus naturalib⁹. c. 12. expulsio non accidit nisi donec illud qđ debet expelli ingerat aliqđ nocumētuz expulsiue: vnde vrina non expellitur a vesica donec ex mora eius in vesica acgrat aliquā qualitatē hotridam z acutaz per quā stimulans vesicā mouetur ad eius expulsionem tanq̄ alicuius nociui: si ergo accidat permutatio in vrina existente naturaliter in propijs vasis: z non contingat hoc ex permixtione: quia in vesica non fit mixtio cum vrina: ergo multo fortius poterit acquirere colorem ex alteratione illa: quare ꝛc. Et his patet ad rationes.

¶ Et propter[a] hoc cum vrina tenuis in acuta egritudine pseuerat significat malum: z q virt⁹ digestiua est sopita. ¶ Cū aūt[b] vrinā videris tenuem in cuius parte aliquam scilicet colorem preter naturam aliqualiter diminutuz z superari a natura. Si autem loquemur de digestione propie sm qđ dicimus aliqđ p. prie digeri: hoc potest intelligi dupliciter: aut enim loquimur de digestione que debetur vrine sm naturam vt ipsa est simplex naturaliter: aut de ea que non est simplex naturaliter. Simpliciter naturalis vrina est que fit in corpore habente sm se naturaz. Non naturalis autē simpliciter est sm qđ dicimus q in corpore febriente est digestio vrine z aliarum superfluitatuz: tunc dico q si loquamur ō digestione simpliciter naturali prius est digestio in substātia q̄z in colore propter simpliciter. Secundo dico q simul fiunt in tempore ita q simul in tempore causatur substantia vrine z color. Ratio primi est: quia digestio est operatio que propie debetur substantie z impropie accidenti. Cuius ratio est: quia eius propie est digeri cuius est propie commiscere: hoc autem est ad corpulentum: ergo cum substantia vrine sit talis z non color: ideo propie z simpliciter prius operatur digestio in substantia q̄z in colore. Itez hoc apparet de digestione non simpliciter naturali q primo etiam fit in substantia q̄z in colore: quia id digeritur propie isto modo quod preparatur ad expulsionem nature: sed substantia est huiusmodi z non color: ideo ꝛc. Ratio secundi: scilicet q fiat simul tempore est illa que supra fuit adducta: quia que ab eodem agente procedunt vt sic simul fiunt: sed color z substantia sunt huiusmodi: ergo ꝛc. Et ideo dicit hic Auicēna q propria principalis operatio digestionis est efficere substantiam. Si autez loquamur de vrina que reperitur propie in corporibus non se habētibus sm naturam: dicendum q in talibus sm naturaz contingit q digestio fit in substātia z non in colore z econuerso: z ex hoc apparebit solutio illius questionis siue dubitationis secunde: nam possibile est q in talibus appareat digestio in substātia: vtputa q vrina habeat mediocritatez in substantia quā debet habere: eo q digestio in talibus fit per admixtionez hu. peccantis cum vrina: modo possibile est q humor peccans sit in isto corpore: ita q reducet ad substantiaz mediam: z tamē color eius non erit mediocris sed remissus valde z albus. Item possibile est q humiditas cholerica sit peccans in corpore: z q dum digeret tendet a subtilitate versus mediocritatez substantie z erit intentia in colore: z sic erit in substantia digesta z non in colore. Item potest esse econuerso. s. q apparet digestio in colore z non in substantia: quia si abundet cholera subtilis z citrina possibile est q permisceatur cum vrina: z erit ibi digestio in colore: z dato q non sit in substantia: similiter est possibile q humor peccans sit flegma grossuz cui admiscetur aliquid de cholera adusta: z tunc apparebit digestio in colore vrine. Et ex his apparet ad rōnes: quia pcedunt vijs suis.

a ¶ Et ppter ꝛc. ¶ In pte ista cōtingit correlariuz z dicit: ita dictū est q digestio in substātia est melior q̄z in colore: ex hoc sequit q vrina tenuis ꝛc.

b ¶ Cum aūt ꝛc. ¶ In ista parte Auicē. docet significare per vrinam clarā qñ ipsa apparet cum colore diaphano ꝛc.

Jacobus

cum aquositate: sicut enim paucus crocus multam tingit aquam z reddit eā citrinam sic cholera pauca tingere potest vrinā citrino colore. Sed digestio in substantia vrine perducens ad mediocritatem substantie significat fortitudinez virtutis digestiue sufficientis digerere non soluz bonos humores nutrituros corpus: sed etiam superfluitates reijciendas a corpore. Secundo infert correlarie q vrina perseuerās tenuis in feb. acuta significat malum. s. q virtus digestiua humorum z superfluitatum est sopita. i. lenta z dejecta seu quasi mortificata.

¶ Cuz aūt ꝛc.) ¶ In decima dicit primo q vrina tenuis apparēs cū diuersita te rubedinis z citrinitatis in suis partibus significat laborem inflāmantē: q̄ significat humores calidos p corpus moueri z imisceri vrine absq̄ freno seu re-

Mattheus

simpliciter digesto: imo ei ex natura debetur equatio per subtiliationē vt pz ꝛc. ¶ Alterius notandum q non fit vrina spissa z clara nisi per presentiaz cholere grosse vt viteline aut flegmatis grossi vt vitrei: vnde ex istis sm qđ dixit Auic. exemplariter fit vrina spissa clara. i. transiucens. Melia autez non facit claram vrinam ppter eius nigredinem nisi descendat ad fundum neq̄ sanguis cuiuscūq̄ substātie vt patet ꝛc. ¶ Et nota differentiā seu distinctionē quādo illa vrina grossa clara fit a flegmate vitreo quia tunc nō est colorata z sine citrinitate. Si autem a cholera vitelina est cum tinctura citrinitatis: flegma autem vitreū non est ad citrinitatem declinans seu tendens sicut cholera vitelina: igitur ꝛc. Lego lraz resolutionē. i. separationē z expulsionē a natura ꝛc.

In tenui ꝛc. ¶ Hic ponit significationes vrine tenuis. Et diuidit in quatuor sm quatuor significationes quas Aui. de ipsa ponit. Secunda ibi (Propter hoc ꝛc.) Tertia ibi (Cuz autez.) Quarta ibi (Et si tenuis fuerit.) De prima dicit ꝛc. ¶ Et nota q ex textu primo videtur cōtradictio verbo⁹ textus. Secūdo videt sententia textus esse falsitas. Primo qa pria sentētia innuit q apparente vrina tenui tincta non habeat in se digestionē z subiungit q natura tingendo digerit vt potestis colligere ex verbis textus z sic pz contradictio. Falsitas autez sic deducitur quia supra capitulo de coloribus satis ad principium cap. s. illo. Et color quidem vrine in egritudinib⁹ acutis ꝛc. Ubi Auicēna expresse innuebat vrinam tenuem coloris zaffarani significare digestionem ex parte coloris solum: lz in substantia digestio non inceperit. Et hoc idez etiaz voluit Gal. primo de crisi. ca. sepe vobis allegato. hic autez dicit prima nāq̄ digestionis operatio est substantiā efficere: z sic non primo colorez cuius oppositum supra diximus. ¶ Circa hunc textum satis difficilem circa quem multuz laborāt expositores inter quos mihi vt videt Hugo sanius intellexit hūc passuz. ¶ Notandum est q digestio propie in nocitiuo non est nisi operatio quā operatur natura in materiam vt fiat obediens expulsioni: z aliquādo licet raro vt ad benignum reducatur. Et ad hoc maxime operatur equatio humoruz: lz non sufficiat vt alibi est declaratum. Intentio enim digestionis est equare humores in substantia. Primuz ergo qđ intendit natura est substantiam efficere equalez vt dicit Auicē. vnde stante vrina grossa equando ipsam per subtilitatem ipsa digeritur z econtra subtilis digeritur equando ipsam per ingrossationē. ¶ Dico tamen q vbi vrina esset multuz tenuis z clara stat principiuz digestionis in illa prima apparere in colore z non in substantia vt si cuz ea miscetur modica quātitas subtilis cholere per cuius presentiam dicta vrina aliqualiter tingeret: non tamen ex illa cholera modica z subtili sensibiliter substantia vrine mutaretur in hoc casu facile est intelligere. Primo apparere digestionez in colore vrine q̄z in substantia: z sm hunc sensum intellexit Auicē. supra: z Gal. in preallegato loco:

De partibus.

gimine nāe z digōne. De hac vrina dicit Hyp. aphō. um. 7. Quibuscūq̄ distantes fiunt vrine his in corpore pturbatio fit. Et Gal. in cōmento dicit. Si distantes diuersas intendamus ptes bene dixit: cū in hac vrina turbatio fortis fit corporis. Scdo dicit q tenuis vrina cū resolutionibus q̄si furfureis absq̄ egritudine vesice significat adustionem flegmatis: z nō solum flegmatis: sed etiam aliorum humorū significat enim tm̄ ardorem in venis vt supficietenus vste cortices emittant similes furfuribus quos nā simul. cū vrina expellit. Sz q̄nq̄ veniunt a scabie vesice. Jurta illud Hyp. aphō. um. 4. aph. 77. Quibus in vrina pinguis existente furfureo mingunt sedimina his vesica scabit. Jdeo adiecit hic pn. egritudine in vesica non existente.

De gradi.

cuius ratio etiam supradicta est: quia huius color significat aliqualez mixtionē cholere cum vrina non tamē tantam qđ possit dare temperatā substantiā. Non potest tamē vrina esse multum digesta z cum hoc tenuis quia al'sequitur q pria operatio nature esset colorem dare q̄ est contra textum hic: z rōnē eius iam iaz dictam quia natura primuz intendit equationem in materia digesta vt habilis fiat expulsioni q̄z colorez vt patet. Et hoc voluit Auicēna hic: z sic patet verificatio z veritas textus. Una cum concordia: lege litteram ꝛc. Alioquin. i. si esset ppter digestionem completam esset digestio in substantia: quia prima operatio nature in digestione est substantiam efficere equalez ꝛc. Et posset dici alioquin ideſt quoniam ꝛc. Et propter hoc ꝛc. Infert correlarium ex dictis. Et dicit ꝛc. Et totum est clarum ex dictis.

Cum autem ꝛc. ¶ Continuando dico quod determinat de significationibus vrine tenuis z dicat ꝛc. ¶ Notandum quod dupliciter possumus intelligere in vrina tenui apparere diuersitatez in citrinitate z rubedine. primo in diuersis partibus z regionibus vrine. secundo quod totus color vrine sit compositus ex his. Et primus modus intelligendi magis mihi placet. Tamen vterq; intellectus est verus q̄ color rubeus z citrinus in vrina non fit nisi a sanguine z cholera. Sed hi sunt humores calidi quare ꝛc. Et dixit Aui. signanter tenuem q̄ non repugnat vrinam grossam reperiri cuius color est illo modo scilicet primo diuersus: z tamen non significaret laborem inflammantem ad intellectum dicendum q̄ vt supra vobis dictuz est de vrina se. flegmaticarū ille color sepe apparet z significat flegma putrefactū. Per laborem aūt inflammantem debetis intelligere nocumentum cātum a cā calida.

Et si ꝛc. ¶ Hic annectit alium canoñ. circa vrinam tenuem. Et dicit ꝛc. Ratio clara est. Nam apparentib⁹ frustris sicut furfures ex quo sunt alba alterum duorum arguimus. aut quod decidūtur a membris albis paniculosis aut ab humore albo. Sed nulla existente egritudine in vesica nec aliis membris paniculosis sibi vicinis dico vicinis quoniam sua membris remotis resoluerentur ad minores partes diuiderentur vt supra est declaratum quā sint squame furfuris clare concludimus fieri ab humore flegmatico. Et q̄ vrina est tennis necesse est ipm esse adustū: q̄ cū de se esset viscosuz nisi adustū esset adherens oibus partibus nec sic resideret: sed q̄ nunc residet z gravitat quare ꝛc.

Spissa autem ꝛc. ¶ In hac pte tertia huius partis ponit significationes vrine spisse nō contrahendo ad claritatem z turbulentiam z hoc in acutis febribus z ponit diuersa significat z ponit distinctionem inter illa z dicit ꝛc. Et dixit notanter acutis quia in alijs morbis materialibus non acutis posset hoc esse propter grossitiem humorum. Sed cum in his acutis sint humores subtiles non potest vrina esse spissa nisi a multi-

a ¶ Et si tenuis ⁊c. ¶ In parte ista Auicē. docet significare per vrinam claraz quando ipsa coniungitur cū hypostasi ⁊ dicit q̄ si talis vrina fuerit tenuis que prodest in ea res que sit sicut furfures: ⁊ hec est hypostasis furfurea accidit per viam resolutionis a membro ⁊ maxime a vesica ꝓpter vlcerationē vel scabiem: vel propter humiditates flegmaticas: si ergo non sint vlcera neq; scabies in vesica significat q̄ sunt ex flegmate aduſto: ⁊ dixit si fuerit tenuis quia accidit aliquando q̄ vrina appet furfurea propter resolutionez in membris principalib⁹: sed tunc fit spissa ꝓp aduſtionez pinguedinis ⁊ eliquefactionem membrorū: vt ergo excludat talem dixit hoc.

b ¶ Spissa autē ⁊c. ¶ In ista parte Auicē. determinat de significatis clare vine vt coniungitur cuz turbida substantia ⁊c.

c ¶ Ampli⁹ ⁊c. ¶ In pte ista Auicēna docet significare per vrinaz ex pte substantie ⁊ claritatis ⁊ turbulentie vt simul coniungū/tur in diuersis corporibus ⁊ in eodē subiecto. Et prio docet significare per quasdam dispositiones in q̄b⁹ turbulēcia ⁊ claritas simul coniunguntur. Secūdo facit hoc in dispositiōe vrine in qua remanet soluz vna istarum. ibi (Aut est dispositio.) Et hec in duas. Primo ponit significata vrine quando mingitur spissa ⁊ tibus rubedis ⁊ citrinitatis fuerit diuersitas: laborem cognosces inflāmantem.

¶ Et si tenuis[a] fuerit fuerintq; in ea res que sunt sicut furfures egritudine in vesica non existente: signum erit hoc esse ꝓpter flegmatis aduſtionē. ¶ Spissa aūt[b] vrina in febribus acutis ad summū multos significat humores: ⁊ fortasse significat liquefactionem: ⁊ ipsa quidez est que cuz vna permanet hora congelatur ⁊ inspissatur. Ad vltimū vero turbulentia vrine est ꝓpter terreitatem cum ventositate que aquositati admiscet: ex istis nāq; cuz admiscent̄ ꝓuenit turbulentia: ⁊ ex ipsoꝝ abinuicez separatione prouenit claritas. ¶ Amplius[c] tres debes attēdere dispositiones. Est nāq; cum tenuis mingitur ⁊ deinde inspissatur que significat q̄ natura laborat in maturādo: sed nonduz materie ei vniq; obediuit ⁊ est patiēs ⁊ fortasse est cum membroꝝ significat liquefactionem. Aut mingitur spissa ⁊ postea clarificatur ⁊ separaſ ab ea grossum subtus stans: ⁊ significat q̄ natura iaz superauit materiam ⁊ ipsam maturauit. Et quanto maior fuerit claritas ⁊ maior descensus inferius ⁊ citius magis significabit maturationez. Aut est dispositio media inter primaz ⁊ alteram ex qua cum perduraue rit ⁊ natura fuerit fortis ⁊ virt⁹ fixa sciet̄ q̄ non ad maturationem peruenietur integram. Si vo virtus fixa nó fuerit timē dum ne perditio preueniat maturationē. Cum autem perduraverit ⁊ timorosa significatio non affuerit significabit capitis dolorem: qñ significabit ebullitionē ⁊ remanet spissa. Secundo ponit significata vine que mingitur tenuis ⁊ remanet tenuis. ibi (Alia que aquosa.) Prima in duas. Primo facit hoc. Secūdo comparat istam vinam ad quādaz predictaruz. ib. (Alia vero.) ¶ Nota q̄ hic habetis illas tres cōditiones que ponuntur in de crisi que fic sumuntur: quia vina postq̄ micta est: aut remanet in eadem dispositione in qua mingitur: aut permutatur: si remanet in eadem habetis vnam dispositionez vine que postea diuersificatur vt videbitis: si autem permutatur hoc est duplicater: qa aut mingitur primo clara ⁊ tenuis postea inspissatur ⁊ turbatur: ⁊ sic sunt due species: aut apparet primo turbida: ⁊ postea clarificatur ⁊ sic sunt tres species.

¶ Sed tu dices videtur q̄ sint plures: quia aliquādo vrina mingitur tenuis et permutatur ad grossum et postea permutatur ad tenuem.

¶ Dicēdum q̄ Auicenna hanc dispositionez non ponit quia rarissime contingit hoc: ⁊ ideo nō curauit ponere. ¶ Vel dicendum q̄ comprehendit hanc dispositionem sub illa quam appellauit mediam.

¶ Ulterius dubitabit aliquis quia non videt̄ possibile q̄ vrina mingatur primo clara postea turbetur vel econuerso: quia operationes iste que fiunt in vrina procedunt a calore inato

Jacobus

¶ Spissa ⁊c.) ¶ In vndecia recolligit in summa significationes grossitiei vrine in acutis febribus dicens: q̄ ad summuz. i. summarie loquendo spissa vrina in febribus acutis significat alterum duorum. s. vel superabundantiam humorū: vel liquefactionem membrorum. Superabundantiam quidem humorum quos nā expellit si p eam patiens alleuietur. Liquefactionem vero si cū tali vrina virtus continue debilitetur ⁊ mēbra arefiant. Sēdo dicit q̄ vrina spissa congelari solet ⁊ inspissari dū p tps vnius hore pmanet in vrinali. Et intelligas hic p cōgellationē ⁊ inspissationē tornationem vrine seu turbulentiā succedentem claritati ipsius: que cōtingit in vrina spissa pp dissolutionē humez existentiū in ea quos calor nostri corporis debiliter coagulauit ⁊ vniuit substantie vrine nō pfecte digerens. Supueniente ergo frigore extrinseco ⁊ ꝑdominante vrine dissolvitur ipsa sicut a calore coagulabatur: cuius dissolutionē appellat b̄ prin. congelationem: q̄ a frigido fit superāte calorē vrine: ⁊ inspissationez: q̄ vrina tornata apparet spissior pp̄ suā oppacitatē ipsa nō tornata. Aliter exponi pōt hec vltima clausula sic. Et ipsa qdem est vrina spissa. s. liquefactionem significans: que cum pmanet vna hora congelatur ⁊ inspissatur. Iaz in tali vrina pinguedo pmixta quā liquefecit calor supflu⁹ congelaſ ⁊ inspissaſ postq̄ refrigerata fuerit ab extrinseco frigore. Et iuxta hunc intellectum Prima. hic nos doceret discernere inter vrinam spissam ex multitudine humorum ⁊ spissam ex liquefactione corporis.

¶ Ad vltimū ⁊c.) ¶ In. 12. dicit ad vltimū. i. summarie loquēdo cā turbulentie vrine sunt terreitas ⁊ ventositas imixte aquositati eius. Ab his. n. cū miscent̄ inuicē venit turbulētia: ⁊ ex separatione ipsoꝝ abinuicē ꝓuenit claritas: sicut in mari ⁊ fluminibus videmus aquas turbari cuz vento agitantur ⁊ terreſtreitatibus imiscentur: ⁊ vrinam turbari quādo fuis imiscentur fecibus ⁊ superebulliunt. ¶ Attende primo q̄ lz sola terreſtreitas per aquositatem diffusa sine vera cōmixtione sm minimas partes possit absq; ventositate turbulentiam efficere: sicut clare apparet ex cineribus aut puluere in aquaz claram proiectis: ventositas tamen adiuuat se intermiscens ⁊ discontinuans terreſtreitates ab humido aqueo ⁊ prohibens earum descensum more sediminis. ¶ Attende secundo q̄ vrina sicut alia mixta calorem sibi propriuz ⁊ cōnaturalem habet quo manutenetur ipsius humiduz cum suo ficco. Et quāto meliuz digesta erit tanto calor ille fortius heret ⁊ plus preualet ad conseruationem vrine in substantie colore ⁊ claritate. ¶ Attende tertio q̄ potissima causa tornationis vrine que clara exiuit est debilitas innati caloris eius vel ex semetipso vel frigore extrinseco vel ex multa humorum permixtione: quos nec valet regere nec manutenere simul alligatos: imo pene suffocatur ab eis. Huius rei signa plurima sunt. Primuz est q̄ vrine senum ⁊ cōualescentium velociter tornant̄ ꝓpter debilitatem sui ꝓpriꝝ caloris ex semetipso: sicut. n. calor conualescentium ⁊ senum debilis est sic calor innatus vrinaz suaz. Secūm signum est q̄ ceteris paribus vrine citius tornant̄ in hyeme q̄z in estate ꝓpter diminutionem sui ꝓpriꝝ caloris a frigido circunstante. Tertium signū est q̄ vrine repletoz citius tornantur q̄z inanitorum pp multitudinem humorū secū exeuntium ⁊ sibi incorporatoruz. ¶ Ex istis reddi pōt causa seu ratio quare quedam vrine semp clare manent: vt bene digeste paucoruz humoz ⁊ fortis caloris naturalis eis: quedam vero de facili turbantur vt male digeste multoz humoz debilis caloris. Sēdo q̄re alique vrine tornate approximate igni vel aque feruēti ad suam ꝓpriaz claritatez redeunt: ⁊ alique nunq̄z clarificantur. Ille nāq; quaz nālis calor est extinctus penitus non clarificant̄: q̄ calor exterior solus non sufficit vnire seu reiungere particulas vrine solutas a frigido. cum calidi sm q̄ calidum est sit separare etherogenea. Ille vero quarum naturalis calor solum sopitus est distornari possunt: q̄ calor iste ab exterioꝝ excitatus ⁊ ꝓfortatus aduersus frigus qđ dissoluerat vrine particulas pōt resarci-

Matheus

tudine illaz materierū subtilium que lz sint tenues: tamen a pluralitate ipsarū cum vrina reddit vrina spissior non tamē multū sed spissior quā cōiter acutis secōueniat: ⁊ lz in eis appareat aliquotiens ꝓpter liquefactionez. s. adipis ⁊ pinguedinis qa ex his inspissaſ vrina vt pz. Signum aūt distinctiuū quādo fit hec vrina spissa in feb. acutis a multitudine humoz subtilium ⁊ quādo a pinguedinis vel adipis liquefactione est: vt dicit Auicē. quia illa que fit talis ex presentia adipis cum aquositate vrinali cito congelaſ quia adeps est aereę ⁊ subtilis substantie: nec illa manet in prima spissitudine cum qua mingit vel sicut est in principio imo vlterius post horam inspissaſ non autem sic fit de alia ⁊c. Et hec diceptatio habet maxime veritatē in estate vel aere temperato: qa etiam spissa ex multitudine humoz subtilium posset in hyeme congelari vt pz.

Amplius tres ⁊c.

¶ In hac parte quarta primo agit de triplici dispositione substātie grosse vrine ⁊ significationibus cuiusq; earum. Secundo de comparatione tenuis conuerse in turbidam

De partibus.

re qđ dissolutum est. Et ad id cooperaſ resolutio ventositatis a calore separantis a seinuicez partes vine ⁊ agitatio vrine in vrinali cooperās ad cōmixtionē partium separatarū vna cū calore. Tertio quare vinū turbiduz vel aqua turbida vel liriuiz turbidum applicatū igni sine agitatione ⁊ motu citius clare fit ⁊ vrina tardius nisi moueaſ: nam clarificatio predictoꝝ fit per descensuz partium terreſtrium ad inferiora sui grauitate per moduz sediminis seu residentie: ⁊ qa liquor eoꝝ citius subtiliaſ a calore cū quiescit. Unde terreſtreitas facilius ipm findit ⁊ ad inferiora labik velocius clarificaſ. Sed clarificatio vine tornate non fit cōiter per separationē partū terreſtrium ab aquosis ⁊ eaz descensuz ad fundum vasis: imo ex permixtione vtrūq; terreſtreitatis cū aquositate cui mot⁹ auxiliaſ: lz in quibusdaz grauelliosis vinis calor exterior q̄nq; coadiuuet ad descensum grauelle minutissime que quodāmodo turbabat vel obfuscabat vinā. ¶ Sed arguet aliquis q̄ calor exterior aque vel ignis deberet potius debilitare calorem innatum vine iam sopitū ⁊ debilitatū: sicut videmus q̄ maior flāma destruit minorē: ⁊ q̄ caliditas extremēs exterior nostrū diminuit innatū calorē. ¶ Dic q̄ ita fieri posset si calor vine nō fortius hereret ꝓpio subiecto q̄z calor flāme vel calor fluens nostroꝝ spirituū ⁊ vas q̄ cōtinet̄ substantiā vine sic esset rarum porosum facile penetrabile sicut corpus nostrum: sed nō ita est: imo sicut calor exterior affans vel elirans suscitat calorem innatum huius qđ affatur vel eliratur satis fixum in eo quo fit digestio: sic calor vine sibi satis herens in tornata vrina suscitatur facile ab exteriori calore. Et sicut animalia quedaz debilis caloris in hyeme iacent velut mortua in cauernis ⁊ superueniente calore estatis suscitaſ suus calor qui prius sopitus erat: sic in hac vrina ꝓpingere solet. Nō tamen negādum est: quin vine alique tornari possint ex diuturnitate more ꝓpe fortem calorem sicut vinuz ⁊ lac ⁊ alij potus diu soli expositi tornant̄ ⁊ corrumpuntur. Ex his apparet q̄ tornatio vine non est ꝓprie cōgelatio vel coagulatio a frigido facta expellente calidum ⁊ coagulante reliduū sicut aliqui affirmauerunt: imo est dissolutio partium vine abinuicez ꝓpter impotentiā caloris innati non sufficientis ea sub vna forma ⁊ vno esse mixti manutenere. Sēdo apparet q̄ tornatio ⁊ turbulentia nō sunt idem cōuertibiliter: lz enim q̄q; vine tornata fit turbida non tñ ecōtra sed solum illa tornata dicit̄ que clara mingit ⁊ postea turbaſ. ¶ Attēde quarto q̄ tornatio facilis vine in sanis significat vel debilitatem digestiue vel purgationē nature: vel supabundantiā humoz. Debilitatem quidez digestionis si fuerit vrina remissi coloris citra citrinū ⁊ declinauerit ad tenuitatē substantie. Purgationem vo nature si cum ea nō affluerint grauitas corporis ⁊ confractio membroꝝ ⁊ dolor capitis ⁊ diminutio appetitus ⁊ alia signa repletionis: imo leuitas ⁊ incolumitas corporis maxime si fuerit citrini coloris ⁊ non multuz grosse substantie. Superabundantiā autez humoz si secū affluerit aliqđ ex signis repletionis nunc dictis ⁊ fuerit plurime grossitiei. ¶ Attende q̄nto q̄ facilis tornatio vine in egris egritudine imateriali significat consumptionē corporis ⁊ liquefactionē membroꝝ ꝓpter quas effluunt cuz liquore vine virulentie quedaz que sunt causa facilis turbationis eius. Sed in principio ⁊ augmēto materialis egritudinis significant superabundantiā materie que non solum sufficit inducere morbū ⁊ ipsuz augere: sed etiaz inspissare vinam ⁊ sue turbationis facilis causa esse. In statu vo eius ⁊ declinatōe signat fortitudinē nature expellentis humores plurimos cū liquore vine ꝓpter quos redditur apta turbari maxime si crisis talis egritudinis per vrinaz fiat ⁊ multa simul exierit ⁊ eam sequant infirmi requies ⁊ alleuiatio.

Ad vltimum ⁊c.

¶ In hac quarta pte ⁊ vltima huius ptis ponit significationez specialem vine turbulente. Et dicit ⁊c. Et adducit rationem ⁊c. Et ratio est: quia ad hoc q̄ appareat vina turbulenta

Inato: sed in vrina que ek extra corpus non est operatio caloris ĩnati: ergo vrina non potest turbidari vel econuerso. ¶ Ad hoc dicendu3 sicut extrahit ex.4.colliget.ca.11.q3 possibile est in vrina que mingitur apparere extra quasda3 dispositiones significantes actionem caloris fuisse prane operata3 in ea: quia nõ ꝑpe operetur extra: tamen intra corpus imprimit quedam dispositio per qua3 vrina est nata sic alterari extra corpus: nam quãdo vrina primo mingitur clara postea turbida signãt tunc q3 incipit digeri: quia digestio procedit ĩspissando vrinã si permãsisset amplius fuisset digesta: vt dic Ysaac in sexto vrinarũ: quãdo vo primo est clara postea turbatur: tunc partes ille alterate a continente z exhalate a calido soluitur operatio naturalis z fit spissa z accidit turbatio in ipsa: ita q3 hec vrina significat inchoationem digestionis: tamen est occulta vt dicitur primo de crisi.ca.12.z ideo dicit Auicẽna hic q3 natura laborat in maturãdo. Aliquãdo tamen accidit ecõuerso. s. q3 mingitur turbida z spissa z postea clarificatur: z hoc est quando materia est bene digesta: quia expulsa est omnino ventositas que ꝓhibebat omnes partes terrestres ad fundum descendere: z ideo ꝓpter motum mingit spissa z turbida: z quia perfecte est exclusa omnis ventositas: ideo postea partes grosse descendunt ad fundum z remanet clara. Si autez mingatur spissa z remaneat spissa z non fiat talis spissitudo ab ebullitione vehementi: tunc significat q3 materia non est perfecte digesta nec bene exclusa ventositas. Si autem hoc accidat ex superflua ebullitione: tunc significat multam in corpore esse aggregationem

ventositates vaporosas. ¶ Illa vo[2] que ex tenuitate ad turbulentia3 puenit: z sic ꝓcedit melior est illa que in turbulẽtia p/manet fz plurimas horas. Urina quoq3 multotiens fit spissa: z est hoc ꝓpter casu3 virtutis z nõ ꝓpter nature expulsionem.

materie z dolorem capitis. Et ideo dicebat Auer.in.4.colliget q3 non est verũ quod dicunt quida3 q3 ex permutatione exterioꝝ vrine non potest dari iudiciũ super interiorem factam mutationem a calido naturali: quia bene potest ꝓpter dispositionem qua3 recipit interius ꝓpter quã est nata sic exterius mutari. ¶ Et ex his apparet ad rationem. ¶ Notandum q3 hic inuenitur duplex littera. Una que dicit scietur q3 non ad maturationem. Alia dicit q3 nũc. si dicit q3 nõ: tunc exponetur scietur nõ peruenietur supple ad perfectam mutationes. si dicit nũc: tunc expone q3 exquo natura erit fortis z virtus fira scietur q3 nũc. i. in paruo tẽpore peruenietur ad digestionem completam: ita q3 vtraq3 littera bona est.

Jacobus

bidam ad perseuerantem in turbulentia: z de significationibus spisse illaudabilis z tenuis illaudabilis. ibi (Illa vero que.) Tertio de significationib[9] spisse laudabilis. ibi (Et vrina, spissa.) Quarto de significationibus vrine turbulente in generali, z vrine spisse cum sedimine arenoso. ibi (Urina ad vltimum.)

¶ In ꝓma particula ꝓmittit q3 vltra regulas datas de substãtia spissa vrine oz attendere dispones eius fm quas mutatur de tenui in spissam vel de spissa in tenuẽ vel ꝓmanet in spissitudine. Consequenter numerat tres dispones eius cuz suis significatis. Prima est dũ vrina mingitur tenuis z clara postea fit turbida spissa. Et hec significat laborem virtutis in maturatione materie peccantis que nõ adhuc ei vndiq3 obedivit neq3 patiens est totaliter ab ea: sed rebellis z ebulliens. Et aliqñ significat liquefactionem mẽbroꝝ dum res dissoluta ab eis cum liquore vine effluit a calore subtiliata quaz postea inspissat frigus extrinsecum. Scda dispositio est dum mingitur spissa turbida postea clarificatur per descensu3 humorum ad fundum vasis via sediminis seu residentie qui prius turbabant z inspissabant vrinam. Et hec significat victoriam nãe supra mãm egritudinis z maturationem dicte mãe. Et quanto plus clarificat dicta vrina z abundantius z citius resident qõ eã inspissabat tãto significat maturationẽ pfectioꝝ mãe peccãtis: q3 sicut in vrina faciliter sequestrat grossu3 fecale a substãtia mediocri liquoris bñ digesti: sic nã significat a massa sanguinis sequestrasse z maturasse superfluitates. Tertia est dispositio media inter primã z scdam. s. dum vrina mingit turbida z permanet turbida. Et dr media sicut fira perseverans inter duas mobiles siue instabiles: quaz vna mutat de tenuitate in spissa3: alia de spissa in tenuẽ. Est z media in malicia fm Sal. vt statim dicet. Et huius dispõnis tres sunt significationes. Prima est q3 maturatio cito perficietur si virtus fuerit fortis z vrina ꝑdurauerit in turbulẽa. Scda est timor mortis seu ꝑditionis egri priusq3 maturatio mãe compleatur si virtus maturativa non sit fortis neq3 fira. Tertia est dolor capitis: si talis vrina ꝑdurauerit in turbulẽtia sine signo aliquo timoroso tunc.n. significat ebullitionẽ in humoribus fieri z ventositates vaporosas: q3 tentes caput sua levitate faciunt ipsum dolere. Jurta illud Hip. aphoꝝ.4.aph. 70. Quibuscũq3 in febribus vrine sunt ꝓturbate vel ut subiugalium hic capitis dolores aut sunt aut aderunt. Et Sal. in cõmento ait. Tales vrinas aut humoꝝ

Jacobus

Be partibus.

Matthеus

turbulenta requiritur q3 partes terrestres cõmisceantur cuz partibus aquosis vrine. Et hoc non sufficit sed requirit ventositas sublevãs quia si partes grosse terrestres habentis colores obscuros opacos vel fuscos essent mixte cuz aquositate vrine sine vaporibus vel ventositatibus illa sua gravitate descenderent ad fundum vt q3z facilis potest intelligere. Sed si adest ventositas iste ptes grosse sublevantur z cum ceteris partibus aqueis cõmiscentur quare vrina redditur turbida. ¶ Unde notandum q3 ventositas z terrestreitas sint factiua principia turbulentie non tamen vbicũq3 est terrestreitas z ventositas est turbulentia patet: quia aliquotiẽs est vrina clara z fit turbida vt in tempore hyemis: z istud non est q3 de novo ventositas generetur cuz ipsa a calido fiat magis. Non ergo vrina turbida semper significat mixtionem partium terrestrium cum aqueis a ventositate. Expedit ergo vt dicamus illa duo dicta principia turbulentie scilicet terrestreitatem z ventositatem esse sufficientia ad turbulentia cum certo modo mixtionis z non qũocũq3 hec duo adinuicem mixta. Non enim quelibet pars terrestreitatis mixta cum ventositate in aquositate vrinali faciet vrinã turbidaz: vt satis claret intelligenti. Sed tunc quando res peruia existens siue clara simpliciter debet turbari: opz ergo q3 fit per aliquod aduentitiu3. s. partium terrearum z ventositatis vt patet satis ad experientiam in aqua clara que nunq3 inturbaretur nisi hec duo principia aduenirent ei: z sic de illa re peruia loquendo ꝓpositio Aui. est vera. Stat tamen cum hoc vt diximus vrinã claram perturbari sine aduentu partiu3 grossarũ z ventositatis vt pz de vrina posita in aere frigido quare ꝛc. Jn qua prius erant dicte partes sed nõ cũ tali modo mixtionis.

Amplius vero ꝛc. ¶ Hec est pars quedam principalis prius divisa in qua Auicẽna dat nobis significationes de vrina turbida z clara z maxime fm diversa tempora. s. quando mingitur clara z inturbatur vel econtra mutatur aut manet qualis mingitur. Et dr uidetur pars ista in duas. Primo ponit significationes generales magis de huiusmodi vrinis manifestando nobis tres principales cõsiderationes aut significationes de dictis vrinis. Secundo de eis ponit significationes magis speciales. Secunda ibi (Urina quoq3 multotiens ꝛc.) Prima in duas. Primo declarat tres principales considerationes de vrina turbida z clara ponendo etiam earum significata. Secundo comparat illas adinuicem in bonitate z malitia. Secunda ibi (Illa vero que ꝛc.) Prima in tres fm tres considerationes principales de dictis vrinis. Prima etiaz in duas, dividitur fm duo specialia significata. Partes patebunt. De prima dicit ꝛc. ¶ Notandum q3 per vrinam tenuem in proposito non debemus intelligere vt contra distinguit grosse sed cla-

Be gradi.

b ¶ Et est etiam ⁊c. ¶ In hac parte quarta dicit primo q̄ constipatio ventris est ex egritudinibus accidentibus infanti vel propter defectum transmissionis cholere ad intestina vel propter fortem suctionem venarum vel propter calorem nimium epatis ⁊ renum desiccantem feces: vel propter longum somnum: vel q̄ vis sensitiua sopita est multitudine humiditatum quare non sentit stimulationem cholere vel fecum. Secundo dat nouez remedia quibus tolli potest constipatio infantium. Primuz est stercus muris. cuius tria grana dissoluunt in vno cocleari aque ⁊ infanti dant ad bibendū: sed tutius ⁊ mundius est vt de stercore muris fiat suppositorij qd̄ ano impellat: sicut docet ꝑtin. scōo canon. capi. de stercore. Scōm est suppositorium factū ex melle vehementer cocto ita vt indurescat ex quo fiant gracilia ⁊ curta suppositoria que inuncta butyro vel axungia porci vel oleo dulciter ano impellantur loco quorum quidam paruum lardi frustum ex macro imponunt: alij caudam malue: alij caudam blete. Tertium est mentastrum suppositum. Stimulat enim anum dum pauca ex folijs eius manibus teruntur ⁊ ano impelluntur. Quartum est radix yreos applanata in forma suppositorij vt cruda vel vsta ano imposita. Pungit enim excitans virtutem expulsiuā. Quintum est dare infanti parum mellis ad comedē dum vt medium cochlearis: lauat enim ⁊ abstergat flegma ⁊ intestina. Sextuz est tere binthina mane data ad comedēdū ieiuno stomacho in quātitate vnius ciceris. Ipsa enim lenit vētrem vt ait Serap. in aggregatore. c. de terebenthina vel terebinto. Septimum est fricatio vētris infantis cū oleo tepido subtiliter seu suauiter compresso ventre cum manu versus inferiora. Octauum est fel vaccinum femoris seu core superpositum vel potius sumini. i. umbilico. Iuxta illud Serap. in aggregatore. ca. de felle. Et oia fella cōmouent fluxuz ventris ⁊ propie infantibus quando supponuntur ano. Aut si lana involuat in eis ⁊ ligetur super umbilicuz infantis. Et princeps scōo huius cap. de felle ait. Et omne fel est solutiuum. Et q̄n linitur cū eo sumen ⁊ q̄n supponitur. Nonum est buchomarien. i. ciclamen de quo dicit Serapion in aggrega. q̄ est ei tanta virtus q̄ quando fit emplastrum cum eo supra ventrē larat ventrē. ¶ Attende q̄ cōtra cōstipationē ventris infantiū Rasis. c.32. libri experimentorū dat alia remedia dicens. Quadruplicitiēs accidit pueris cōstipatio. Et cura eius est vt des nutrici parum cucumeris asinini. Deinde alia die lactet puerū. Aut accipe lateré de terra ⁊ fac cerotū ⁊ pone desuper. Aut accipe mediam partez stercoris soricis ⁊ tere cū pinguedine renum hirci ⁊ fac lichinium paruū ⁊ suppone. Et si acciderit puero duorū mēsium vt cōstipet natura eius ⁊ alteret in colore ⁊ nō potest vomere: accipe sarcocolle tertiā partem.ʒ.j. ⁊ da cum lacte matris eius. Aut fac clystere cum oleo violato.

c ¶ Et q̄nqz etiā ⁊c. ¶ In hac parte quinta dicit primo q̄ q̄nqz etiā in gingiuis infantis fit acuitas. i. pustule seu vesice acute que ꝓcedūt ex corruptione vel acumine lactis qd̄ sugit infans. Iuxta illud Raſ. c.32. libri experimentorum. Uesice q̄ accidunt in oribus puerorum in prima etate q̄nqz accidunt ex corruptione lactis vel ex acumine. Et illa vesicatio aut erit nimis acuta aut parum. Signū acutē est rubedo ⁊ fortitudo doloris ⁊ fluxus saliue. Et signum parum acute est vt vesice declinent parū ad albedinem ⁊ sint parui doloris ⁊ humoꝝ qui descendit ad os sit multus: hec ille. Scōo dat duo remedia contra istas pustulas. Primū est epithymare ideſt linire vel vngere gingiuas cum oleo ⁊ cera sm hunc modum. ℞. olei oliuarum siluestriū imaturarū qd̄ dicit onfacinū. ʒ.2. cere. ʒ.ß. misceant ⁊ fiat vnguentū. Per hoc enim dolor mitigat: calor reprimitur ⁊ pustule decrescūt. Iuxta illud ꝑtin. scōo huius. c. de oliuis. Siluestres formicā ⁊ beristylam ⁊ scere ideſt pustulas paruas sicut vesicas ad rubedinē tendentes ⁊ apostemata calida soluūt. Et paulo post dicit. Oleum de oliuis siluestribus expressum de imaturis cōfert vlceribus humidis ⁊ siccis ⁊ scabiei ⁊ gingiue sanguinolēte. Secūdum est fricare gingiuas cum carne putrida salsa. Et intellige per carnez putridā carnez diu suspensam in aere vel fumo sale cōsparsam que sua vetustate ad putredinē declinat: quēadmodū in germania ⁊ Italia suspendunt bouinas carnes vtentes eis pro cibo. Per hanc enim carnē gingiue absterguntur ⁊ sue pustule siccantur ⁊ cōsumuntur. ¶ Attende q̄ Rasis libello experimentorū. c. 32. alia pertractat remedia dicens. Cura vesicarū acutaz est corrigere lac nutricis cum cibo frigido ⁊ humido. Deinde masticare parum de lenticulis ⁊ ponat mulier in ore pueri. Aut accipe parū amidi ⁊ distempera cū aqua rosata ⁊ suppone gingiuis. Et pone in ore pueri aquā macianorū ⁊ malorū granatorum vel coctanorum. Et si acute fuerint ⁊ cholerice nimis misce cum istis succum lactuce aut portulace aut vue canine ideſt morelle. Et cura vesicaruz parui acuminis ⁊ declinantis ad albedinē est vt accipias myrrhe croci. añ.ʒ.j. zuccari duplū pulueriza ⁊ superpone. Et si plage fuerint nigre aut putride medicaberis cum medicinis dictis in etatibus iuuenum: hec Rasis.

d ¶ Et est ēt cum ei accidit ⁊ propie ⁊c. ¶ In hac parte sexta primo agit princ. de spasmo infantium ex repletione. Secundo de tetano eorum ex repletione. ibi (Et est etiam cum accidit ei alcuzez qui tunc medicandus est ex aqua.) Tertio de spasmo ⁊ tetano eorum ex inanitione. ibi (Et si existimetur q̄ spasmus ⁊c.) ¶ In prima particula dicit primo q̄ spasmus etiaz euenit infantibus maxime dum dentes eis oriuntur. Et est duplex spasmus. Unus ex inanitione: alius ex repletione. Iuxta illud Hyppocratis aphorismorum sexta. Spasmus fit ex plenitudine ⁊ euacuatione: ita ⁊ singultus. Ille vero qui plus eis accidit est ex repletione. Secūdo dat duas causas spasmi contingētis eis. Prima est corruptio digestionis eorum tam propter doloꝝ ex punctura dentium q̄ propter auidaz lactis attractionem ad nutritionē ⁊ augmentū paruū digeratur. Secunda est debilitas plurima suorum neruorum quare de facili recipiunt humores quibus cōtrahunt. Ex istis causis euenit spasmus propie infantibus habentibus grossum ⁊ humidū corpus ⁊ constrictum vētrem. Tales enim sunt magis superfluitatibus minor fit resolutio superfluitatum. Tertio nominat quattuor oleaginosa

ferentia

terentia in spasmo repletionali infantium cum ex aliquo eorum calido inungũ
tur nerui spasmati precipue radices eorũ. Primum est trinũ qđ fit ex radicibus
z floribus yreos z ex aqua decoctionis eius z oleo ex oliuis maturis: z est ab-
stersiuum resolutiuum maturatiuũ sedatiuũ dolorum frigidorum cõferens spas
mo sicut ait Mesue in antidotario distinctione vltima. Secundũ est oleum li-
liaticum quod fit ex floribus lilij remota citrinitate cum oleo oliuarũ matura-
rum: z qñq; adduntur plu
res alie medicine. Et aliqñ
fit ex radicibus yreos z est
magis resolutiuum calefa
ctiuũ ac penetratiuum: vt
ait Mesue vbi supra. Ter-
tiũ est oleũ alcãne qđ cypri
nũ dicit. Et fit ex floribus
arboris cypri z oleo oliue
ãtiquo. De quo dicit Me-
sue vbi supra q; fortat mẽ-
bra neruosa. Quartum est
oleum cheirinũ seu ex keiry
quod fit ex keiry citrina. s.
ex flore citrino cuiusdã her
be que hic salicet in frãcia
abundat in muris antiqs.
De hoc oleo dicit Mesue
vbi supra q; est resolutiuus
sedatiuũ dolorum qui fiũt
in neruis z iuncturis.

violaceo mixto cum oleo siccionio. ¶ Et
si [a] existimetur q; spasmus qui accidit sit
ex siccitate ꝓpterea q; post febres accidit
aut post ventrem vehementẽ: z q; paula-
tim aduenit inungende sunt iuncture ex
oleo violaceo solum aut cum pauco cere
albe conquassato z super ipsius cerebrũ
proijciendũ est oleum z oleum violatum
z reliqua ab istis vehementer. Et simili-
ter faciendũ est si cuzez siccum ei accidit.
¶ Est etiã [b] cũ ei accidunt tussis z reuma
tismus. Et in his quidez iam ꝑceperunt
qdã vt multa aqua calida sup ipsius ca-
put proijciaꝫ cui hoc accidit. Et vt ipsi⁹
lingua ex melle multũ liniatur: deide lin-
gue radix ꝑmaꝫ vt multũ flegmatis euo-
mat z saneꝫ aut gũmi arabicũ z dragagã
tum z semina citoniorũz z succus liqritie
z penith sumantur z quaq; die parum ex
eis cuz lacte ilico mulso detur. ¶ Et est [c]
cuz infanti anhelit⁹ malitia accidit. Ops
ergo vt radices auriũ eius z radix ligue
ex oleo inũganꝫ z fiat vt ipse vomat z silr
eius lingua dilatetur: qñ vehemẽter con
fert z aqua calida guttatim in os eius di
stilletur: z parũ seminis lini cuz melle ad
lambendum tribuaꝫ. ¶ Et est cum [d] acci

dit ei alcula multum: qñ pãniculi lingue
ipsius z oris vehementer sunt molles vt
non patiatur ipsa tangi ex nimia ipsorũz
mollitie quãto plus rasura aquositatis la
ctis quoniã hoc est quod multuz ei nocet
z ducꝫ ipsum ad cula. ¶ Et deterior [e] q;
dem alcula est que non est matura z ni-
gra z est mortalis: z que sanior est alba
aut citrina. ¶ Et qui [f] eam patitur medi-
candus est ex aliquo leui medicaminum
alcula nominatorum in libris particula-
ribus. Et est cum viole trite solum ei suf-
ficiunt aut cum rosis z xilocaractis mi-
xte. Et est cum succus lactuce z solatri z
portulace ei sufficit. Et si fortior ista fue-
rit radix liquiritie trite. Et est cum in bo-
thor humidis z cola conferunt myrrha
z galle z cortices thuris vehementer tri-
te z cum melle mixte. Et est etiam cum
eis sufficit rob de moris solum acetosum
z rob de succo vue acerbe. Et est cum cõ
fert ei abluere eas cum vino aut cũ aqua
mellis postea consequenter exhibere eis
aliquid eorum que diximus ex desiccati-
uis. Quod si medicamen fortius hoc ne
cessarium fuerit venarum meimeram cor
ticum granati z balaustiarum z sumach

Accipe myrrham z misce cum melle z oleo amigdalarum z propina. Et si pectus pueri fuerit plectoricum accipe dragaganti z galbani aã. grana duo mitte in vitello oui assato z propina. Et si acciderit stricture anhelitus: accipe semen lini pista z confice cum melle. Aut accipe semen bombacis z confice cum vitello oui assati. Et si cum tussi fuerit fluxus ventris da sirupum myrte cum lacte coctum: hec Rasis.

c ¶ Et est cum infanti ꝛc̃.
¶ In hac parte octaua dicit primo q; malitia anhelitus accidit etiaz qñq; infanti. Et per malitiã anhelitus vulgus solet intellige re fetorem ipsius: sed medici per malitiam anhelitus intelligunt difficultatẽ ei⁹ z constrictionẽ z duplationem z intercisionem z preparationez cum erectione z extensione colli. Iuxta illud Pan. tertij. 10. trac. 1. c. 23. Malitia anhelitus cõmunicat dispositionibus egredientibus a natura in anhelitu que nõ consequũtur accidentia sana imo accidentia egra impediẽtia: z illa sunt sicut difficultas anhelitus z cõstrictio anhelitus z duplatio anhelitus z intercisio anhelit⁹ z anhelitus preparatus. Cause vero malitie anhelitus infantium sunt catarri fluentes ad eorũz pectora: quos sputo ejicere nesciunt: z ideo illic manent opprimentes pulmonem. Secundo dat quattuor remedia contra malitiam anhelitus eorũ. Primum est inungere radices aurium z radicẽ lingue cum oleo oliue. Nam per inunctionez radicũ aurium digeritur z resoluit superfluitas descẽdens ad carnes glandulosas que sub auribus sunt inde prohibetur descendere ad pect⁹. Et per inunctionem radicis lingue prouocatur vomitus quo pectoralia alleniãtur. Secundũ est dilatatio lingue eius per digitos nutricis intromissos oris que vehementer confert: q; lingua dilatata latius z melius claudit epiglotum prohibens introitum reumatis. Tertium est distillatio aque calide per guttas in os infantis. Ipsa enim lauat z abstergit lingue radicem vuulaz z mery. Unde Aristo. lib. de reg. prin. c. 40. Erecus iudicauit z dixit q; sumere quolibz mane aquã calidam pleno ore bis ita sanum reddebat omnem hominem q; non indigebat alia medicina. Quartũ est dare infanti ad lãbendum modicũ seminis lini cum melle sm hanc formaz. ℞. seminis lini. ʒ. ß. mellis mundi. ʒ. j. terank simul z incorporenꝫ z fiat lohoc ex quo sepe detur quaq; vice quãtitas fabe.

a ¶ Et fizẽ. ¶ In. 3. dicit ꝑmo q; si spasmus infantibus accidẽs estimetur esse ex inanitione: q; venit post febrem vel fortem fluxum ventris z accidit paulatim tunc nerui z iuncture infantis inungendi sunt ex solo oleo violato vel ex eo cõmixto ad ignem cum quarta parte ipsius cere. Secundo dicit q; super caput infantis est proijciendum oleum oliuaz domesticarum z maturaz z oleum violatum z reliqua ab istis vt oleum ex cucurbita vel de salicibus vel de nenufare. Et debent hec olea vehementer effundi super caput ab alto parum tepefacta quatinus eorum humectatio penetret ad cerebrum. Tertio dicit q; in tetano ficco. s. de inanitione superueniente infantibus similiter est agendum.

b ¶ Est etiam cum accidunt ꝛc̃. ¶ In hac. 7. parte primo dicit q; etiam tussis z reuma qñq; superueniunt infantibus. Id testatur Hippo. aphorum tertia dicens. In etatibus vero talia accidunt paruis quidem z neoniter genitis pueris oris vlcerationes vomitus tusses. Et Gal. in commento ait. Tusses. n. accidunt ex inordinata sumptione lactis descendentis ad tracheam arteriam. Et Rasis libel. experi. c. 36. ait. Tussis accidit pueris in prima etate: lingue autem eorum non possunt claudere epiglotum z sic infrigidatur pectus z eius instrumenta. Potest z alia causa tussis infantium assignari: q; qñ erant in vtero materno aspirabant aerem calidum: sed postq; nati sunt aspirant frigidum non eis consuetum quare tussiunt. Itez habent cerebra plena humoribus z superfluitatibus qui descendentes ad guttur z pectus reumatismos generant z tusses excitant. Scõ dat remedia. 4. contra tussim z reuma infantium. Primũ est effusio plurima aque calide super caput illius cui hi morbi accidunt: q; ipsa digerit z resoluit humores qui reumata generant z tusses commouent si fluant ad pectus. Teste Hip. aphorum. 5. de calido dicente. Eorum vero que in capite sunt grauedinez soluit. Et Gal. in cõmento. 23. ait. In passione capitis similiter facit: grauedinem. n. soluit: q; mãm morbi digerit. ¶ Attende tñ q; post effusionẽ plurimã aque calide super caput infantis caput illico dz optime extergi z ericcari cuz capitegijs calidis: ne aqua super caput ad propriam reducta frigiditatem ex semetipsa caput suo frigore ledat z reuma denuo generet. Secundũ est lenire frequenter ex melle plurimo linguam infantis. Abstergit. n. lenit z mundificat palati z gutturis vias. Tertium est premere cum digito vel cum pẽna titillando radicem lingue infantis vt per hoc euomat plurimuz z inde sanetur a reumate z tussi. Quartum est vt ei frequenter detur quasi lambendo quãtitas vnius fabe medicaminis quod sequitur dissoluti in vno cocleari lactis ilico mulsi ab vbere nutricis. ℞. gummi arabici dragaganti seminuz cytoniorum succi liquiritie penid ideſt penidiarum recentiuz aã. ʒ. 2. terantur z incorporentur simul z fiat cõditum quod in pixide seruetur. ¶ Attende q; Rasis lib. experimen. c. 36. plura alia remedia contra tussim infantium ordinat dicens. Accipe amigdalas dulces z pista z confice cum aqua feniculi z coque cum ea z ꝑpina puero sero z mane. Aut accipe aquam feniculi z misce cum lacte z da. Et si cum tussi fuerit asperitas z siccitas accipe semen cytoniorum z resolue cum aqua calida z extrahe viscositatẽ z coque super ignez cũ penidijs z oleo amigdalaruz z da. Et si fuerit calor tunc misce cum mali granati dulcis. Medicamen ad tussim puerorũ cum calore. ℞. papaueris albi dragaganti aã. ʒ. ß. seminis cucurbite. ʒ. j. confice cum aqua decoctionis sebesten. Aliud est ad tussim puerorũ valens: passas sine ariis fac bullire in vase ferreo: sed caue ne aduranꝫ pista z misce tantundem penidiarum z da puero sero z mane ad modum nucis. Aliud ad tussim frigidaz.

e ¶ Et exterior ꝛc̃. ¶ In scõa dicit primo q; alcula peior est nõ matura. s. q; non proijcit sanie albam: sed est ficca corrosiua ambulatiua vel virulenta: nigra etiaz est mala: immo est mortalis. Secundo dicit q; saluior alcula est alba aut citrina. ¶ Attende q; alcula fieri põt ex quolibet humore z diuersificatur in colore z gradu malitie penes humorem a quo generatur. Iuxta illud prin. tertij. 6. cap. 23. Et quãdoq; accidit ex omni humore. Et cognoscitur ex colore suo. Album enim est flegmaticum z generatur ex flegmate salso in pluribus. Et citrinum est cholericum z est vehemẽtioris inflãmationis q; alia. Et nigrum est melãcholicum. Et rubeum clarũ est sanguineũ. Et malignius oĩbus est melãcholicum: q; est velut cãcer seu nolimetangere. ¶ Attẽde secũdo q; alcula qñq; est vlcus solũ z aliqñ fit cum apate z ex leui ambulat vel dilatatur tũ ꝓpter calorẽ qui cõtinue ad os cum anhelitu affluit: tum ꝓpter humiditatẽ z mollitiẽ cutis oris z lingue. Iuxta illud prin. ibi. Et qñq; fit cuz apate z qñq; fit singulare. Et omne vlcus exis in superficie oris est velox ad dilatandũ: ꝓpterea q; non extricit ei caliditas inseparabilis z cutis humida lenis. Et multiplicatur alcola qñ multiplicantur pluuie z multiplicantur in febribus pestilentialibus.

f ¶ Et qui ꝛc̃. ¶ In. 3. premisso q; infans patiẽs alcula medicandus est aliquo leui medicamine alcula ex dictis in libris particularibus. s. tertij sexti. c. 24. dat octo remedia cõtra alcula. Primũ est suppositio violarũ tritarũ. Ipse enim sole qñq; sufficiũt sua frigiditate z humiditate extinguere alcula calidũ cholericũ vl sanguineũ. Et phibere ab ulceratione. Et si nõ sufficiãt addanꝫ eis rose z xiloaracte q; sunt legumẽ quoddã dictũ arabice carnub: z grece xilocaracte: z latine

ligni cotina cuius semen siligua vocat: & qz caremus eo loco eius capimus lentes. ℞. ergo violarū recentiū. ʒ.j. rosarū rubearū trilocaractarū vel lentium añ. ʒ.ß. terantur & ponant super alcula. Secūdum est superpositio succi lactuce & solatri seu morelle & portulace marie in alcula cholerico vel sanguineo acuto. Per hos enim succos mitigat dolor reprimit acumen materie peccantis repellitur calor aduenies oti & lingue cū anhelitu & prohibetur alcula a dilatatione. Tertium est superpositio radicis liquiritie trite si fortior fuerit alcula. i. malignior vergens ad melancholicū. Nam tunc radix liquiritie que temperata est declinās ad caliditatez & humiditatem maturat digerit & repimit humorem ex quo fit & reprimit acumen humorū & mitigat doloreʒ ꝓpter qō laudatur a principe secūdo huius. c. de ligritia in panaricio qō ē ꝓpa sub vngue valde doloroſuʒ. Quartū est appropriatum bothor seu vesicis & alcula humidis. s. flegmaticis vl' sanguineis. Qō recipit myrrhe gallaꝝ corticū thuris añ. ʒ. 2. terant subtilissime & ſcorporent cū vncijs triū mellis & fiat linimentum quo liniantur vesice & alcula. Per hoc enim siccatur & cōsumitur materia peccans & firmantur ac corroborantur pānicli & carnes oris ac lingue. Quintum est rob de moris acetosum superpositus quod quandoqz solum sufficit idest succus mororum immaturoruʒ per se inspissatus: de quo dicit Princeps secundo huius. c. de moro. Succus moꝝ est stipticus & prohibet fluxū materierum ad membra & propter qō imaturum est & est sicut sumach. Et acetosum retinet apostemata oris & gutturis & confert viceribus fraudulentis. Et qz succus mororum non ita bene seruatur solus vt cum melle: solet cum melle decoqui sub equali pondere sui donec perueniat ad spissitudinem mellis: & dicitur oxymoron quo frequenter vtimur in squinantijs & alcula. Sextum est rob de succo vue acerbe seu rob de agresta quod fit hoc modo. ℞. succi vue acerbe libras duas decoquatur cum facilitate vsqz ad consumptionem tertie partis: deinde coletur & permittatur residere vsqz dum clarescat. Deinde coquatur cum facilitate multa in vase vitreo vsqz ad spissitudinem: aut exponatur soli donec extinguescat & conseruetur. Et eodem modo fit rob de moris & rob de corombus & rob de ribes & rob de berberis & rob de sumach & rob de cytonijs que in alcula conferunt. Septimum est abluere alcula cuz vino vel aqua mellis ad absterſionem & resolutionem materie peccantis. Et statim post superponere aliquid de siccatiuis prenominatis: sicut myrrham gallas vel cortices thuris vel aliquos de rob prenominatis ad corroborandum carnes lingue & oris & reuestiendum firmiori cute. Octauum fortius dictis ministrandum vbi alia non contulerint. ℞. venarum meimeram seu memiren idest radicum dyalthee & siccatarum corticū granati qui pfidie dicūtur balaustiarum sumach añ. ʒ. ſer gallaruʒ. ʒ. 4. aluminis iameni idest scissi qō alumen de pluma dicit. Et est quasi sit flos aluminis. ʒ. 2. terantur subtiliter & cribellentur: & aspergatur pulus horuʒ super alcula postq̄ totum fuerit cum vino vel aqua mellis.

a ℂ Et est etiam cum auribus ipsius &c. ℂ In hac parte decima dicit primo qz fluxus humorum ab auribus quandoqz accidit infanti propter vehementiaʒ humiditatis sui corporis maxime cerebri qō naturaliter declinat ad humiditatem plurimam. De illo fluxu agit Rasis libel. experimentorum. cap. 28. dicens. Sequitur de humiditate fluente ab auriculis. Nec infirmitas accidit pueris in prima etate ex humiditate cerebri. Et Hypocra. aphorismorū tertia apho. 25. ait qz nouiter genitis pueris accidunt aurium humiditates. Et Gal. super illo dicit. Bene dixit: quia aurium humiditateʒ proprie huic etati attribuit. Tota enim corpora nascentium sunt humidissima & cum cerebrum in etate perfecta sit humidum infantibus fiet humidissimū vnde & humores illi per aures effluunt. Secundo dat duo remedia contra istum fluxum. Primum est lana vel bombax intincta in melle & vino simul mixtis cum pauco aluminis croci vel nitri secundum hunc modum. ℞. mellis vini ana. ʒ. duas aluminis triti vel croci vel nitri. ʒ.j bulliantur simul modicum & in illo tepido existente imergatur lana vel bombax ad modum lichinij vel tente & auribus intromittatur. Mundificat enim & absterget aures & siccat earum humiditates. Nam mel & vinum sunt mundificatiua & deſiccatiua & alumen vehementer siccat & nitruʒ similiter quod est salis species. Crocus vero est calidus in secūdo siccus in primo stipticus resolutiuus maturatiuus resolutiuus: vt ait princeps secundo huius. capitu. de croco. Secundū remedium est lana intincta in vino pōtico mediocriter calidorum cuius. ʒ. 3. trita fuerit. ʒ.j. croci vel bombax in illo similiter intincta & auribus immissa in forma lichinij. ℂ Attende primo qz Rasis. c. 28. experimētorum sic describit curam fluxus humorum ab auribus & cura eius est vt mittatur in eius auriculis lichinij bombacis antique & cū fuerit humore plenū extrahatur & aliud intus mittatur & forte cū hoc tantum curabitur. Sinaūt accipe alumen & dissolue cum vino & intinge in lichino & intromitte: humor enim deſiccabitur. Aut accipe croc cum & nitrum contere cum aqua & intromitte: hec ille. ℂ Attende secūdo qz cū fluxus humorū ab auribus infantium fit purgatio membri principalis per viā suorum emūctoriorum tutius existimo qz permittanf currere libere nullo medicamine adhibito nisi timeaf ex perseuerātia huiusmodi fluxus vlcera in auribꝰ fieri vel auditus indurari vel materia fluēs permanere in vijs & inspissari. Tūc enim conuenit siccare cerebruʒ capiti superponēdo sacculos repletos milio torrefacto & mundificare aures aliquo modorum prius tactorum. ℂ Attende tertio qz Rasis libro allegato facit aliud capitulum qō intitulat de veneno in auriculis infantium & dicit. Sequitur de veneno: & hoc accidit etiam pueris ex vesica vel plaga accidente in auricula. Et sufficit intromittere eis mel bullitum cuz aqua. Purgat enim venenuz ab auriculis. Aut accipe folia myrte aut galle & distemperentur cum aceto & intromitte.

b ℂ Et plerumqz etiam dolor ei &c. ℂ In hac parte vndecima dicit primo qz dolor auris ex ventositate vel humiditate proueniens sepe contingit infanti. Et ꝑ ventositate quidem propter ipsius calorem ebullire facientem humiditates viciosas. Et humiditate vero propter superabundantes humiditates sui cerebri.

Secundo dat octo remedia contra hos dolores. Primum est linum. i. semen lini de quo dicit Pain. secundo huius cap. de eo qz est calidum in primo cōmensuratum in humiditate & siccitate maturatiuū absterſiuū sedatiuum dolorus minus tamē qz camomilla. Secūdū est onganū de quo dicit Princeps ſcdo huius cap. de eo qz est calidum & siccū in secūdo resolutiuū carminatiuum subtilatiuū vehementis absterſionis: & ideo propie confert dolori ventoſo. Tertium est sal. de quo dicit Pain. secundo huius. c. de eo qz est calidus & siccus in tertio absterſiuū resolutiuum constrictiuuz exiccatiuum disruptiuum ventositatū cum aceto conferens dolori auris more emplastri superpositum. Quartum est zuccarum tabarzed. i. album: de quo dicit Serapion in aggrega. auctoritate Gal. capitu. de zuccaro. qz zuccarus ingreditur in medicinis que aperiunt oppilationes & absterguntur & mundificant vias. Quantum est lentes: de quibus dicit Serap. in aggrega. capi. de lente auctoritate Galeni qz maturant & resoluunt maturatione & resolutiōe debili. Et qz virtus lentis prima est quasi media inter res calefacientes & infrigidantes & exiccantes & humectantes. Sextum est myrrha: de qua dicit Serap. in aggregatore capi. de ea auctoritate Gal. qz virtus eius prima est que calefacit & deſiccat in tertio gradu. Et secunda est virtus que abstergit cum temperamento: & quando coquitur cum carne animalis qō est in concula marina curat doloreʒ auricum. Septimum est semina coloquintidarum: de quibus dicit Pain. secundo huius capi. de eis: qz virtus coloquintide est calida & ficca in tertio resolutiua incisiua attractiua ex longinquo. Octauum est semina seu grana cedri: de quibus dicit Serapion in aggrega. capitu. de kitran. Sed grani scerbin. idest cedri virtus est temperata adeo qz potest comedi. Et est cedrus arbor cuius resina dicitur alkitram seu pix. Tertio docet modum administrationis cuiuslibet horum octo remediorum dicens. Quodcūqz horum fuerit a te ministrandum in dolore auris infantis decoque ipsum in oleo contritū prius & postq̄ oleuz sumpserit huius virtutem tunc cola ipsum & distilla ex eo mediocriter calido guttatim in aurē quat tuor aut quinqz guttas quaqz vice mane & sero.

c ℂ Et est cum in cerebro infantis &c. ℂ In hac parte. 12. dicit primo qz caliduz apostema qnqz nascif in cerebro infantis qō vocaf sinbundū: vel qz sibi humores attrahit sicut ventosa: vel qz febris acuta comitatur ipsum & deſiccatio vehemens gutturis & lingue & orificij stomachi qbus introducif fitis clamosa maxime si ex cholera facum fuerit. Et huius apatie dolor sepe puenit vsqz ad oculos & guttur & infantis facies inde citrinaf. Peruenit qdem ad oculos pp colligantiam maximam eoz cum oculis per neruos opticos maximos & concauos. Ad guttur vero per neruos vocis dictos reuersiuos a cerebro ad guttur puenientes. Et nō soluz ad guttur sed ēt ad orificium stomachi puenit dolor huius apatie. Junta illud Gal. tertio interioz. c. 12. Stomachus sequitur caput in passione & caput stomachū. Cā magnitudo est nerui descendentis a capite ad os stomachi. Et pp hunc neruum est os stomachi sensibilius oribus malvis corpis. Jōgz ēt semp sequif capitis fracturaz que venit vsqz ad pelliculas cerebri cholericus vomitus. Et plurimū sequif passionē capitis qualiscūqz fuerit vomitus abominatio & arsura stomachi: hec Gal. Citrinaf vero facies infantis si apa cholericum fuerit: si vero sanguineū rubet vehementer. Junta illud Pain. tertij prima trac. 3. c. de flegmone accidente ipsi substantie cerebri. Plurimū qdeʒ accidit ex sanguine putrido apostemāte cerebrū. Et qnqz separat cōmissuras & rarificat & forsitan caput cū eo disrumpif & scindit & dolor cū ipsa fit fortis & oculi fiunt rubei & exeunt valde & maxille valde rubescunt. Signa vero qbus cognoscif hoc apa sic meminit Rasis 9. Alman. c. 3. Cum aliquē inuaserit sinochus & in capite & in oculis grauedo fortis & in facie & in oculis intensa rubedo fuerit & dolor capitis & horror luminis affuerit & in pulsu velocitas & spissitudo fortis inuenietur signa freneſi certissima iudicabunf. Quod si lingua nigra aut citrina fuerit & sensum amiserit & multum alienatus fuerit & vigilauerit multuz iam frenesis erit: hec ille. Scdo dat quinqz remedia cōtra hoc apostema. Primū est infrigidatio cerebri superponendo ei cortices cucurbite vel citruli. Debent autez fronti & timporibus & cōmissure coronali superponi vt suis frigiditate & humiditate mām cholericam apostematis digerant & ab ebullitione cōpescant & somnū prouocent & febrem mitigent. Et qz māe peccantis eūo nec per flebothomiā nec per pharmaciam in infantibus fieri pōt pp debilitatem suarum virtutum conuenit fieri fricationes & ligaturas extremitatum pro diuerſione māe ne tota in cerebro per administrationē infrigidantium accalcetur. Scdm est succus solatri seu morelle super timpora & frontem & futuram coronalem illinitus vel pānolineo imbibitus & capiti superpositus. Tertium est succus portulace propie similiter applicatus. Et quotiensqūqz reppereris in hoc cap. dictum de remedio aliquo quod propie confert memorie imprime: qz per hoc Princ. innuere vult qz est de remediis efficacioribus & magis appropriatis ad illum casum. Quartuz est oleum ros. cū tantillo aceti ꝑcussum vt virtutē olei penetrare faciat & in infrigidando ipsum coadiuuet. Hoc. n. remediū dolorem capitis vehementer mitigat calorē reprimit: cerebrum confortat & vapores fumoſos ad cerebrum ferri phibet. Quintum est vitellus oui ꝑcussum & mirtū cum oleo ro. Mitigat. n. doloꝛē digerit mām & aliqd ex ea resoluit. Tertio dicit qz quodcūqz ex dictis qnqz remediis applicueris non diu dimitas ibi sed assidue muta & renoua: qz cito supercalefiunt & tollitur vel minuitur ab eis per calorem apatie virtus infrigidandi & humectandi nisi frigida actu applicentur & ꝓtinue renouent. ℂ Attende qz Pain. dat potius hic remedia ꝓtra herisipilam qm flegmonem cerebri satagens amplius in refrigeratione & extinctione qm in resolutione mā: sicut chre inuit tertij prima trac. 3. c. 5. dicens. Et pueris qdem qnqz accidit herisipila in cerebro & profundantur in ipsa sinciput & oculi & minoratur oculus & exiccatur corpus totū. Medicentur ergo ex vitello oui cum oleo ro. infrigidato permixto omni hora. Et cū expressionibus & herbis humidis frigidis super caput propie cum cucurbita & corticibus melonis & cucumeris: hec ille.

a ℂ Et

a ¶ Et est cum in cerebro ꝛc̄. ¶ In hac parte.13.dicit primo q̄ aqua interdū congregat in cerebro infantis. Scō dicit q̄ istius aque curā iam noiauit in cura capitis. f. tertij primi vbi agit de cura egritudinū capitis. ꝛ.c.10.trac.3. eius agit de aqua intra craneum. ¶ Attende primo q̄ infans interdum nascitur cuꝫ capite adeo magno q̄ truncus corporis vix sustinet ipsum. Cuius cā est aquositas aut ventositas nimia. Teste Rasi libro experimentorū.ca.22.dicente. Accidit quibusdaꝫ pueris q̄ exeāt cum magno capite ꝛ post eorum augmentatur vltra mensuraꝫ debitam. Et ego vidi puerum cuius caput adeo augmentabat in longitudine ꝛ latitudie q̄ corpus eius sufferre non poterat ꝛ nō cessauit augmētari quousq̄ moreretur. Magnitudo autē capitis aut erit ex ventositate grossa generata in ossibus capitis: aut ex aggregatione aque inclusa in eo que viam non inuenit exitus: hec ille. ¶ Attende secundo q̄ aqua superabundans in capite infantis quādoq̄ est extra craneum quādoq̄ intra. Extra quidem est inter craneum ꝛ cutem ꝛ inter duos pāniculos extrinsecos. Cuius signa sunt inferioratio seu depressio cranei in illo loco ꝛ fletus vigilie ꝛ color cutis capitis permanēs in sua dispositione naturali ꝛ elevatio cutis ꝛ expulsio ad exteriora. Et causa huius in infantibus post natiuitatez cōmuniter est error obstetricis in compressione nimia capitis infantis: ita vt cōmissure separentur ꝛ orificia venarum aperiantur ꝛ ab eis affluat sanguis aquosus extra craneum sub cute capitis. Et compressio similis fieri potest in vtero materno vnde infans exit cum grosso capite sicut ex Rasi allegatum est. Intra craneum vero est supra dictā matrem. Cuius signa sunt q̄ eger sentit grauitatem interius: ꝛ fit in ea difficilis clausio oculi: imo non est possibilis: ꝛ humectantur oculi valde ꝛ lachrymantur assidue: ꝛ stant aperti intuentes in vnum locum sicut ait Pain. tertij primi trac.3.capitulis.10.ꝛ.11. ¶ Attende tertio q̄ posq̄ Pain.c.10. nunc allega. dedit signa aque intra craneum reputant hanc incurabilem dicēs. Et in hmōi nō est ingenium. Rasis vō.c.22. experimentoꝝ curam magnificationis capitis ex aquositate ꝛ ventositate ita descripsit. Et incipe in cura eius purgando caput nutricis cum hieris magnis: ꝛ caueat ab omnibus cibis generātib⁹ ventositatez ꝛ superflua grossa. Deinde incipias in eius cura cum eis que mittunt in naribus pueri sicut de oleo amigdalarū amararū aut de oleo anetino vel de ben optimo aut de aqua maioranes: ꝛ si sic curatur sufficit. Si autem pone super caput emplastruꝫ de olibano sarcocolla serapino gūmi amigdalaruꝫ: si sanatus fuerit sic sufficit. Si autez accipe arcam nucum ꝛ pista cum testa sua donec fiat quasi vnguentū misce cum eo paruꝫ olibani ꝛ pone super totuꝫ caput post rasuram ꝛ permitte aliquot diebus. Ista medicina restringit caput ꝛ redire facit ad mensuram debitam. Deinde mitte in narib⁹ eius fel lupi vel cerebrū ꝛ pauꝫ myrrhe vel ambre ꝛ fac hoc in quolibet mense: hec Rasis. ¶ Attende quarto q̄ curam aque capitis infantis sic describit Pain. tertij primi trac.3.c.11. In infantib⁹ aūt ꝛ aliis cum est aqua in capitibus ipsoꝝ: ꝛ hec quidez plurimū non fit nisi in infantibus: tunc oportet vt cognoscas an sit multa ꝛ an sit expulsa ab exterioribus ad interiora violenter. Nam si taliter fuerit non medicat. i. non habet remedium. Si autē fuerit pauca ꝛ retenta inter cutem ꝛ craneuꝫ tunc fac aut scissurā vnam in latitudine: aut si fuerit multa duas scissuras sese secantes: aut tres scissuras secantes se si fuerit plurima ꝛ euacuet q̄d est in ipso. Deinde stringe ꝛ liga ꝛ superpone ei vinuꝫ ꝛ oleum vsq̄ ad tres dies: post solue ligaturam ꝛ medica cum vnguentis ꝛ lichinis si eis indigueris ꝛ filo ad suendum. s. ꝛ pulverizatione si illud sufficit ꝛ non indiges vnguentis. Et si carnis generatio tardatur precipit vt os leniter radatur vt caro nascatur. Si autez aqua fuerit valde pauca sufficiet tibi vt resoluatur humor aquosus cuꝫ emplastris: hec Pain. ¶ Attende quinto q̄ infantibus quādoq̄ etiaꝫ contingunt apostemata extra craneum. Quorum signa ꝛ curam sic describit Pain. ca. nūc allegato. Et si color cutis capitis est mutatus ꝛ tactus diversus ꝛ est ibi fortitudo ꝛ prohibitio ad expellendum ꝛ sentit mordicatio ꝛ dolor: tunc ibi est apostema extra craneum. Que autez ex apostematibus extrinsecis sunt calida ꝛ que frigida cognosces tactu ꝛ colore ꝛ conuenientia eius quod ad ipsa pervenit vt si calidis inuentur frigida sunt si frigidis calida. Et in omnibus quidez sentit dolorem comprimentem craneum: ꝛ cum tangis inuenis dolorem: ꝛ cura ipsum medicamine leniore ex cura ſyrſen. i. frenesis: ita tamē q̄ tu sis securus in administratione fortiorus in ipso. Et ventose quidem in ipso conferunt plus minutione: hec Pain.

b ¶ Et est cuꝫ eius oculi ꝛc̄. ¶ In hac decimaquarta parte dicit primo q̄ oculi infantis q̄nq̄ inflantur. Cuius cām assignat Rasis lib. experimentorum ca. 30. dicens. Accidit enim pueris in oculis diversitas egritudinum. Et ex eis est inflatio ꝛ clausura palpebraruꝫ. Et forte hoc accidit ex medicinis stipticis quas mulieres ponunt super caput puerorum sicut alcāna. Et huius causa est: quoniā superflua capitis conuertuntur ad oculos. Et forte accidit eis ex fluxu materie calide vel frigide: hec ille. Secundo dicit q̄ super oculos infantis inflatos litiū cum lacte est epithymandū sm hunc modū. ℞. litij.3.j. dissoluatur in lacte mulieris puellaz lactantis sub mensura parui coclearis ꝛ liniant inde oculi ꝛ palpebre suaui tactu cum digito aut penna. Et est litiuz succus caprifolij: de quo dicit Serapion in aggregatore.c.de eo: q̄ virtus eius prima est que deficcat in secundo gradu: sed in frigiditate ꝛ caliditate est quasi media in cōplexione equali. Et virtus eius secunda est que resolut ꝛ abstergit ꝛ congregat ꝛ restringit. Et virtus eius tertia est que remouet quod est in pupilla ex eo quod obscurat visum ꝛ curat scabiem ꝛ puritum oculorum ꝛ abscindit cursum humiditatuꝫ ad oculos venientium cursu antiquo. De lacte vero quod ei miscetur dicit Princeps secundo huius capitulo de eo. Cum mulgetur in oculo confert ophthalmie ꝛ nocumento materierum calidarum effusarum ad oculum. Tertio dicit q̄ post dictam epithymationem cum litio lauandi sunt oculi cuꝫ aqua decoctionis camomille ꝛ bethadorogi ideſt ozimi fluuialis: quod Princeps secundo huius vocat bedarugi. Et exponit q̄ est ozimum fluuiale. Et de eo dicit q̄ confert pulsationi oculi ꝛ succus eius confortat visum. Camomilla vero euacuat humorem per resolutionem sine attractione. Et hec operatio est sibi magis propria q̄m alicui alteri medicine: vt ait Serapion in aggregatore capitulo de ea. ¶ Attende q̄ Rasis capitulo trigesimo libri experimentorum sic curam pertractat inflationis oculorum. Et cura huius egritudinis est quando rubor est in facie ꝛ calor in fronte: vt accipias succum memithe: ꝛ est herba frigida simillima papaueri comuto gerens croceum succum vt celidonia: foliorumꝫ rosarum añ.3.j. croci myrrhe añ.3.j.ꝛ.ß. pulveriza ꝛ confice cum aqua sarculiarum scilicet que a vitibus distillat quando inciduntur ꝛ lacte mulieris ꝛ superponatur oculis ꝛ fronti quotidie renouando quousq̄ aperiantur oculi: ꝛ est expertum in pueris. Si autem in oculis nō fuerit rubor nec calor in fronte accipe myrrham ꝛ crocū ꝛ aloen ꝛ folia rosarū ꝛ confice cū vino bono ꝛ super oculos pone. Et probatiue ad hoc q̄d sepe probaui. Mitte in naribus parum ambre et dissempera cum lacte mulieris: hec ille.

c ¶ Et est etiam ꝛc̄. ¶ In hac parte.15. dicit primo q̄ albedo interdum supuenit infanti in suis pupillis ex nimio fletu. Et per albedinem nō intelligas hic albuginem seu maculaꝫ oculi: de qua dicit Princeps tertii tertia tracta.2.ca.17. Scias q̄ albugo in oculo. Alia est subtilis proueniens in superficie apparente ꝛ nominat nebula. Et alia est grossa ꝛ noiat albugo absolute. Sed intellige glaucosim: ꝛ est subalbedo que accidit vuee tunice: de qua dicit Aristo. 4. de generatione animaliū. c.1. Causa aūt glaucitatis oculoꝝ in pueris est: q̄m ista mēbra in eis sunt debiliora aliis. s. oculis iuuenum: ꝛ glaucitas oculoꝝ nō est nisi quidaꝫ modus debilitatis. Et paulo post dicit. Infirmitas aūt que dicit glaucitas non est nisi siccitas vincēs in oculo: ꝛ ꝓpter hoc accidit senibus: quōm siccitas vincit in oculis eoꝝ sicut abundat in corpore. Et iteruꝫ dicit eodez capitulo. Oculi vō puerorū apparent primo glauci ꝓp paucitatez humoris. Et Gal. aphorismoꝝ tertia cōmento vltimo. Glaucosis inquit ex siccitate est in sensu visuali. Princeps vero.19. animaliuꝫ eius. c.1. glaucedinem ex parte vuee tunice dupliciter euenire dicit. Uno modo ex humiditate indigesta ipsius sicut plante in suo ortu glauce fiunt postea viresceut: ꝛ hac de causa glaucedo contingit oculis infantis. Alio modo ex consumptione humiditatis sicut in plantis arescentibus. Et hoc modo contingit in oculis senioꝝ. Ait enim ibi. Et vuea glaucescit vel variatur: quoniā nō est digestio in ipsa sicut accidit in vegetabilibus q̄ statim dum nascuntur non habebunt colorez rectum: sed tendit eoꝝ color ad albedinem deinde per digestionē virescet. Et ꝓpter istaz causam erunt oculi puerorū glauci. Et ista glaucitas erit ꝓpter humiditatē completam. i. superabundantē indigestam: aut erit ꝓpter dissolutionē humiditatis quaz sequitur tinctura si fuerit bene digesta sicut in vegetabili: quoniā cuꝫ intendit dissolvere suam humiditatē incipit albescere. Et ista glaucitas est ꝓpter siccitatem vincentem. Et infirmi habent oculos quasi glaucos: ꝛ similiter senes hac eadem causa: quoniā in senib⁹ humiditas extranea multiplicatur ꝛ dissoluitur naturalis: hec Princeps. ¶ Attende primo q̄ duplex est oculorum glaucitas. Quedam naturalis que a natura inest vel cōmunem cursum nature sequitur. Alia accidentalis sicut euenit ab egritudine vel fletu nimio in infantib⁹. Et hec plus accidit glaucis a natura oculis q̄m nigris aut aliis. Juxta illud Aristo de ḡnatione animaliū. ca.1. Infirmitas que dicit glaucitas accidit oculis glaucis magis. ¶ Attende secō q̄ oculi glauci non acute de die vident ꝓpter dispersionez visibilis spiritus ab exterioꝝ lumine quaz prohibere deberet vuea tunica sua sub nigredine. Glauca vō existens id facere non valet. Et oculi nigri contrarie se habent parum de nocte videntes ꝛ acutius de die. Juxta illud Aristo. vbi supra. Causa vō ꝓpter quā non sunt oculi glauci acuti visus in die neq̄ oculi nigri acuti visus in nocte: est quia glaucitas ꝓpter paucitatem humoris mouetur motu matori ex luce: quoniā paucus humor est clari coloris ꝓpter lucez: ꝛ motus oculi est ex claritate non ex humiditate oculi. Nigri autez mouent minus ꝓpter multitudinē humoris ꝛ quia lumen noctis est debilius. Secūdo dicit hic Pain. q̄ infans cuius pupillis seu tunicis vueis albedo contingit ex nimio fletu medicandus est cum succo solatri imponēdo frequēter oculis ipsius de dicto succo. De hoc succo scribitur scō huius. c. de solatro. Et succus spēcializ eius vsq̄ ad illam que facit somnum cum sit ex eo alcopiol confortat visum. Et tertij tertia trac.2.c.vltimo. Et crocus ipse ꝛ oleum eius est ex eis que denigrāt pupillam ꝛ similiter succus solatri.

d ¶ Et q̄nq̄ ꝛc̄. ¶ In hac.16. parte dicit primo q̄ sulac seu sulacū q̄nq̄ accidit cooperture oculi infantiū. s. palpebris ex multo fletu. Et describitur sulacum in synonymis libri huius q̄ est egritudo oculoꝝ que accidit pueris ꝓpter fletuz ꝛ est quasi scabies. Sed tertij tertia trac.3.c.3. Pain. sic describit ipsum. Sulac vel sillac quidez est grossities in palpebris proueniens a materia grossa male dispositionis nitrosa. i. salsa propter quā rubent palpebre ꝛ cadunt pili ꝛ adducit vlcerationem partium in quibus firi sunt pili. Et sequitur eam corruptio oculi ꝛ plerūq̄ accidit successione ophthalmie. Et de ipsa quidem alia est recens ꝛ alia antiqua mala. Scō dicit hic q̄ ista passio curatur cum succo solatri sive mozelle palpebris superposito: de quo dicit Serapion in aggre.c.de solatro. Quando miscetur cum pane confert scabiei vlcerate. Et miscet cum fief seu colyriis que fiunt ad cursum humiditatum acutarum ad oculum ꝛ loco aque ꝛ loco albuginis oui. Princeps vero tertij tertia tract.3.c.4. super cura ipsius ait. In recenti quidem grossitie confert facere emplastrum ex lentibus decoctis cum aqua rosa. Et facere emplastrum ex portulaca ꝛ endiuia cum oleo ro. ꝛ albumine oui ꝛ administretur totum illud nocte. Et ingrediatur balneum post ipsum.

e ¶ Et accidunt ei febres ꝛc̄. ¶ In hac.17. parte primo dicit q̄ ēt febres q̄nq̄ accidunt infanti potissime dum dentes nascuntur. Juxta illud Hippo. aphorismorum tertia. Cum vero dentes producunt gingiuarum fit prurit⁹ ⁊ febres ꝛc̄. Quarum causa est vehementia doloris ex assidua punctione dentiuz orientium non minori punctione spinarum. Secundo dicit q̄ tunc melius est vt nutrix regatur. i. primo ꝛ principaliter intendenduz est rectificationi regiminis nutricis: ita vt sit ex subtilibus cibis ꝛ potibus declinantibus ad frigiditatem ꝛ humiditatez vt per ipsos temperentur sanguis ꝛ lac eius: vt ex micis albi panis ter lotis in aqua fontis ꝛ ex aqua pullorum alterata cum lactucis ꝛ acetosa ꝛ ex hordeo mundato vel lacte amigdalarum ꝛ ex malis granatis vel pomis arengie ꝛ expotu ptisane vel aque zuccarate solius aut cum sirupo ros. vel violato vel endiuie vel acetose vel cum orizaccara simplici. Tertio dicit q̄ aliquid etiam detur infanti sicut succus expressus in granis malorum granatorū cum orimelle simplici pauci mellis ꝛ cum melle cāne. Nam mel cāne quod est zuccara temperatius est melle apum ꝛ magis conueniens febricitantibus febre cholerica qualis

litium est succ⁹ caprifolij

dieta nutrit infans febr

Universidad de Deusto Biblioteca

est vt in pluribus que infanti euenit ex dolore nascentiū dentiuꝫ. Itē dek infanti succus solatri cū pauco camphore ⁊ zuccaro ad infrigidanduꝫ. Potest ei etiaꝫ dari iuleb simpler ex tribus partibus aque fontis ⁊ parte vna aque ros.⁊ pauco zuccaro pariter bullitis:⁊ syrupus rosarū ⁊ violarum ⁊ oryzacara simplex ⁊ syrupus acetose. Quarto dicit ꝙ post ista sudor in infante prouocandus est hoc modo. Canne recentes premant ⁊ pars succi illius vertici capitis superponat: ⁊ pars alia sup pedes ei⁹: deide bene cooperiatur ⁊ cito sudabit. Et ad prouocationē sudoris accipies succū radicis canne siue arūdinis cuius virtꝰ secunda ē que attrahit ⁊ abstergit. Et virtus tertia est quādo miscetur cum bulbo attrahit a corpore spinas ⁊ sagittas: vt ait Serap. in aggregato. ca. de cāna. Et Dan. 2. huiꝰ capitulo de arūdine ait. ꝙ cortices ipsius ⁊ radix abstergunt sordities ⁊ radix eius cum cepa syluestri extrahit carni infixa.

nitur ⁊ ipse cooperiť qñ cum hoc sudat. ¶ Et estª cū accidit ei dolor vētris ⁊ torquet ⁊ fiet. Ventri ergo supponēda sunt aqua calida ⁊ oleuꝫ multū caliduꝫ ⁊ pauꝫ cere. ¶ Et estᵇ cum ei accidunt sternutationes frequētes. Et est cum hoc cōtingit ꝓpter apostema in partibus cerebri. Et si ita fuerit medicādum erit apostema infrigidando' ⁊ epithimādo ⁊ vngendo ex infrigidantibꝰ succis ⁊ olcis. Qꝺ si non fuerit ex apostemate qꝺ ei accidit bedarogi tritū naribus eius erit insufflandū. ¶ Et estᶜ cum in corpore accidunt ei bothor. Sed quod ex eis vlcerosuꝫ est ⁊ nigruꝫ est mortale: ⁊ etiaꝫ si nō fuerit nisi alcula tantū erit mortale quāto magis cum expandeť. Quod autem est album est sanius: ⁊ est cum in eius egressione multa

a ¶ Et est cum ⁊c̄. ¶ In ha decimaoctaua parte dicit primo ꝙ dolor ventris qñqꝫ accidit infanti: ⁊ tūc is torquetur. i. sentit torsiones ⁊ punctiōes in vētre: vel torquenť intestina ipsiꝰ vel seipsuꝫ voluēdo contorquet querens situꝫ in quo minus doleat: ⁊ pre dolore fiet. Causa vero sepius hunc dolorem inferens est altera trium. Una est ventositas ex lacte genita. Nam lac ꝓuenire facit inflationem in visceribus ꝓpter qꝺ Hyppocras aphorismoꝝ quinta his prohibet lac quibus hypocūdria suspensa rugiunt. Alia vermes qui pungunt ⁊ stimulant. Alia frigiditas balnei autez aeris ad viscera penetrans. Secūdo dicit ꝙ aqua calida superponenda est ventri infantis in tali dolore quia poros aperit ⁊ ventositates carminans resoluit: ⁊ frigus viscerum si fit illic tollit. Potest autem superponi ventri vel per modum balnei vel imbibita in spongia aut lana aut lagene inclusa bene obturate. Item oleum olive calidum plurimuꝫ cum tantillo cere ventri superponendum est. Et ad hanc operationem eligendum est oleum de oliuis domesticis maturis antiquum. Tale enim calidius est ⁊ magis resoluens ⁊ cera etiam resolvit resolutione debili: vt ait Serapion in aggregato. capitulis de oliuis ⁊ cera. Conferunt etiam in hoc casu plurimum olea camomillinuꝫ ⁊ anhetinum ventri inuncta vel imbibita in lana aut cotto ⁊ ei superposita. Et hec remedia sunt propria doloꝝ ex ventositate aut frigore. Doloꝝ vero ex vermibus remedia dabuntur inferius.

b ¶ Et est cum ei accidunt sternutationes ⁊c̄. ¶ In hac parte decimanona dicit primo ꝙ sternutationes frequentes interdum accidunt infantibus. Quarū causa est vel repletio distēdens vacuitates cerebri vel aliquid acutum mordens aut titillans cerebruꝫ vel nares ad quod excutiendum aerem plurimū cerebrū colligit ⁊ cum impetu excutit. Jurta illud Hippo. aphorismoꝝ septima apho. 52. Sternutatio fit a capite exª calefacto cerebro ⁊ humectato quod est in capite vacuo: effunditur enim aer intus existens foras: sonat vero quoniā perangustus est ei exitus. Secundo dicit ꝙ sternutatio in infantibꝰ quādoqꝫ procedit ab apostemate alicuius partium cerebri: quia extendit ⁊ stimulat cerebrū ⁊ ebullitione sue materie fumis implet ⁊ vaporibus quos cerebrū conans expellere se cōprimens efficit sternutationē. Tertio dicit ꝙ si sternutationes infantis ex apostemate prouenerint apostema curandum erit per infrigidantia cerebruꝫ tacta prius duodecima parte capituli presentis epithimando ⁊ infrigidando ipsum cum succis ⁊ oleis infrigidatiuis quibus materia digeratur doloꝝ mitigetur ⁊ inquietudo tollatur. ¶ Quarto dicit ꝙ si sternutationes infantis non prouenerint ex apostemate bedarogi. i. ozimum fluuiale tritum est insufflandum naribus ipsius. ¶ Contra dicit Serapion in aggregatore. ca. de eo ꝙ quādo odoratur facit sternutationez. Et Princeps scōo huius. ca. de eo dicit. Et est ex eis que sedant sternutationez in complexione vna ⁊ mouent eam in complexione alia. Item dicit Princeps tertiū quinta trac. 2. ca. de sternutatione facientibus. Leuia vero sternutationez facientia sunt opium quādo odoratur ⁊ stipites albedarogi. Item sternutatio est motus nature purgatiuus cerebri plurimuꝫ conferens. Jurta illud Principis tractatu nunc dicto. c. 13. Et sternutatio quidem est ex rebus magis inuatiuis ad ericcandum caput cum materia: aut est pauca que expelli potest quāuis non sit matura: aut est ventosa quāuis sit plurima: aut est vaporosa. Nam sternutatio est ex rebus valentibus magis ad repletionē vaporosam in capite: aut est grossa que non est digesta: non igitur indiget vllo medicamine: hec ille. Item dicit ibi ꝙ sternutatio significat fortitudinem cerebri: ⁊ propter hoc ille cuius mos est plurima nō sternutare. Et ille cui ex eis adhibentur ea que sternutare faciunt: ⁊ non speratur vt sanetur vnqꝫ. ¶ Pro solutione attende primo ꝙ lz ozimum in cerebro raro calido suo odore solo ꝓuocet sternutationem: ipsum tamen tritum ⁊ naribus imissum ipsas deoppilat ⁊ os colatoriū: sedat ergo sternutationem que prouenit ex humoribus oppilantibus has partes ⁊ titilantibus eas quos natura nititur excutere cum sternutatione. Et pro hoc soluūtur tria prima obiecta. ¶ Attende secūdo ꝙ lz sternutatio temperata multum prosit cerebro ad excussionem superfluitatum eius sicut temperata tussis pectori repleto: superflua tamen in tenero infante multum ledere potest cōmouens ⁊ supercalefaciens ⁊ dolere faciēs caput. Et interdum findens venas aut arterias aliquas cerebri vel excutiens cuꝫ impetu materias plurimas ad pectus. Et per hoc soluūtur duo vltima obiecta. ¶ Attende tertio ꝙ plura sunt alia remedia contra superfluam sternutationez efficaciora ozimo que secure infanti ministrari possunt iurta illud Principis tertiū quinta tract. 2. c. 14. Et ex eis que prohibent sternutationem sunt oleum rosatuꝫ ⁊ oleum de salicibus que vehementer sedant eam. Et quādoqꝫ prohibetur si sorbitio calida sorbeatur aut balneetur caput aqua ⁊ effundatur oleum calidum in ambabus auribus. Et resupinatio super puluinar calidum positum sub collo ⁊ odoramentum pomoruꝫ ⁊ nelrim: ideſt rose syluestres albe: ⁊ similiter odoramē-

dicit ꝙ melior caro est porcina caro ⁊ quasi sentit ꝙ caro ista fit naturalior homi
nibus qđ aliqua alia caro animalium ambulantium ⁊ hoc docet experientia.
¶ Dic primo ꝙ iuuenibus fortibus sanis laborantibus nō dispositis ad oppi-
lationes ⁊ his qui impinguari querūt caro porci ceteris melior est. Primo pro-
pter maximā similitudinē eius cum humanis carnibus. Secūdo qꝛ valde nutri
tiua est. Tertio qꝛ generat alimentū stabile fortiter resistens resolutioni. Quar
to qꝛ vertit in partes corporis tales loco deperditarum. Hanc cōclusionē pro-
bant allegata iam ex Galeno ⁊ Principe ⁊ Auer. ⁊ Gal. tertio ꝛ alimentis ca.
18. ait. Porcoū carne nullum aliud amplioris nutrimenti habebis sumere. Et
Rasis quarto almansoris capi. quarto inquit. Multo preterea vtentes exercitio
⁊ multum laborantes maioꝛ ⁊ grossioꝛ indigent nutrimento. ¶ Dic secundo
ꝙ sicut inter carnes domesticorum animalium domestici porci caro melior est
prefatis hominibus: sic inter carnes siluestriū animalium caro apri. Jurta illud
Principis secūdo cañ. cap. ꝛ carne. Christiani vero dixerunt ⁊ qui eos imitan
tur ꝙ melior caro siluestris est caro porci siluestris. Nam cum hoc ꝙ est leuior
carnibus domestici porci est fortis nutrimēti ⁊ plurimi ⁊ est velocis digestionis
⁊ est melior qđ esse potest in hyeme. ¶ Dic tertio ꝙ iuuenibus temperatis exer
citio mediocri vtentibus hedine carnes sunt ceteris meliores. Jurta illud Ra-
sis tertio almanso. cap. ꝛ virtutibus carnium. Hedulina caro est tēperata nul-
lam in se habens maliciā vel malicie admixtionem: que licz tēperatum generet
sanguinē laborantibus tamē non congruit. Et nō oportet vt super eam eligant
meliorem quoū dispositio huic dispositioni est cōtraria. Non enim adeo debi-
lis est vt ex ea destruat virtus: neqꝫ eius nutrimentum adeo multum ⁊ grossum
vt ex ea in corpore ꝓueniat repletio ⁊ grossus generetur sanguis. Sāguis quoqꝫ
qui ex ea generatur inter subtilē ⁊ grossum aut inter caliduz ⁊ frigidum existit.
Arietina aūt caro hedulina carne grossioꝛ est: viresqꝫ plus augmentat ⁊ plures
efficit superfluitates que in bonitate edulinā sequitur carnem: hec ille. ¶ Quar
to quēritur quare lactens vitulus laudatur ⁊ nō lactens agnus: sed annualis.
Dic ꝙ carnes animalium ficce complexionis meliores sunt in adolescentia qđ
in iuuentute vt hedi ⁊ vituli sunt meliores hircis ⁊ bobus: qꝛ sua siccitas prime
etatis humiditate corrigitur. Sed carnes animalium humide cōplexionis sunt
meliores in iuuentute ⁊ in adolescentia deteriores: quia sua nimia humiditas
siccitate iuuentutis tollitur aut saltem reprimitur ⁊ ab humiditate prime etatis
crescit. Ideo iuuenes castrati arietes sunt meliores ⁊ minus viscosi lactentibus
agnis: ⁊ iuuenes porci lactētibus porcellis. Jurta illud Gal. 3. ꝛ alimentis ca-
pitu. primo. Sicut autem in porcis qui ſm status etatem idonei euecticis. i. bene
complexionatis iuuenibus sunt sic bouinarum que ante statum. Siccioꝛ enim
complexione multo bos porco sicut ⁊ vir in statu puero. Merito quidem igitur

restaurare ꝛperdita absqꝫ alteratione nimia: sed ficus ⁊ vue magis hoc faciunt
s. restaurant: sic patet: qꝛ videmus custodes vinearum maxime impinguari. de-
bet autē fieri euacuatio cū superfluitas accepta fuerit. ⁊ ratio est: qꝛ ex his genera-
tur sanguis aquosus qui maxime est aptus putrefieri: vt dicit Aluicen. ꝓpter qđ
ꝛbet euacuari per vomitum quādo superfluit in cibo ⁊ per medicinam quan-
do superflueret eius humor.

ſm moduz fuerint medicationis: aut ſm preseruationem. Fructus tamē nutrienti magis similes sunt ficus ⁊ vue valde ma ture ⁊ dactili in regiōibus ⁊ ciuitatibus

De parti.

quecūqꝫ animalia natura ficciorem habent complexionem a iuuentute in cō-
mensuratione ipsius reme diatur: humidoruz autem natura ab augmastica eta-
te assumit qđ deficit ad conuenientem eucrasiam. Non solum autē vituli perfe
ctis bobus meliores ad digestionem habent carnes: sed ⁊ hedi capris: hec Gal.
Et intelligit hic per iuuentutem etatem primam qua lactet animal. Et per aug-
masticam etatem illam qua crementum eius vel est perfectum vel propinquum
perfectioni. ¶ Quinto queritur. Sub qua forma triticuz est electus cibus virū
frixum vel elixum vel in forma panis assumi. ¶ Dic primo ꝙ omnia que fiunt
ex farina tritici frixa tarde a stomacho descendunt grossos generant humores:
oppilant viam epatis: augmentant splenem ⁊ generant calculum: tamen mul-
tum nutriunt si digerantur. Jurta illud Gal. primo alimentoū cap. ꝛ frumen-
to. Omnia igitur quecūqꝫ per hec ⁊ semidalium. i. similam tritici componūtur
grossi chimi sunt ⁊ tardi descensus ⁊ exituum alimenti per epar obstructiua ⁊
splenis debilis augmentatiua ⁊ lapidū in renibus generatiua. Nutritiua autez
sufficienter si bene digerantur ⁊ bene in sanguinem conuertantur. Que autem
cum melle ꝑparant fiunt mirte virtutis tanqꝫ vtiqꝫ melle habēte subtilē chimū
⁊ quibuscūqꝫ applicatū fuerit omnia subtiliāte: hec Gal. ¶ Dic scdo ꝙ triticum
elixum est cibus grauis ⁊ indigestibilis. Sed si digerat fortiter nutrit ⁊ roborat
vtentem. Jurta illud Gal. primo alimentoꝝ cap. 3. ꝛ frumento cum aqua elixo.
Quoniā autē ⁊ ipse ego vadens aliquādo in villis nō prope ciuitatē existens cū
duobus iuuenibus eandē mecum etatem ducentibus perueni iam ad rusticos
postqꝫ cenauerāt ⁊ mulieres facturas panem: deficiebat autez panis: continuo
quidam injiciens in patellā frumentū elixauit: ꝛinde cōdiens salibus medio-
cribus comedere nos precepit. Debebamus enim vt verisimile ꝓpter id facere
fatigati ex itinere ⁊ esurientes: comedimus igitur illud auide. Sentiebā quoqꝫ
in ventre grauedinē ita vt videretur in ipso iacere lutum. Et sequenti die indi-
gesti sine appetitu per totam diem eramus vt nihil possemus comedere ⁊ spiri-
tu inflatiuo pleni: dolentes quidem capita ⁊ caligantes visu: neqꝫ enim fecesse-
rat aliquid subtus qđ solum remediū est indigestionis. Quo ⁊ nos tunc cōclu-
simus esse graue ⁊ indigestibile edulium sic preparatum frumentum. Erat autē
⁊ hoc non experienti promptum ratiocinari: vbi. n. neqꝫ farina comesta vt dixi
prius facile digestibilis est si non elaboretur per sales ⁊ fermētuz ⁊ cōmassatio-
nem ⁊ tritionem ⁊ clibanuz: quomodo quis vtiqꝫ non intelligit non elaboran-
tes fortissimum esse. Virtutem attamen habet magnam si digeretur sic come-
stum frumētum ⁊ nutriens est fortiter corpus ⁊ robur insigne exhibens vtenti-
bus ipso: hec Bale. Idem iudiciuz habe de ferculo dicto frumentaria quod fit
ex frumento elixo in lacte quo sepe gallici vtuntur ⁊ est cibus ꝛlectabilis ⁊ de
try ⁊ de macronibus italicorum. ¶ Dic tertio ꝙ triticum sub forma panis be-
ne fermētati ⁊ assati in clibano moderato igne est electus cibus. Jurta id Gal.
ca. de frumento primi alimentorum. Optimi autem panes pro digestione sunt
qui maxime fermentati ⁊ qui assationem habuerunt a cōmensurato igne in cli-
bano. Et iterum eodem ca. ait. Optimus igitur quidem panis ad sanitatem ho-
mini est neqꝫ iuueni neqꝫ laboranti qui plurimum quidem fermenti hꝫ ⁊ pluri-
mum sali ad plurimum autem a pistore formare elaboratus. Coctus autem in
clibano commensurate calido: qui vero penitus infermentatus nulli vtilis est.
¶ Alia autem ⁊c.) ¶ In tertia particula dicit Prin. ꝙ alia a cibis iam nomi-
natis ⁊ sibi similibus nō sunt respicienda neqꝫ assumēda pro cibis electis. Sed
conuenienter assumi possunt dum casus exigit cibi aliqui ex prohibitis via me-
dicine: vt si venter constipatus fuerit pruna comedi possunt ⁊ poma cocta ⁊ boz-
ragines ⁊ blete. Et si nimium laxetur cytonia ⁊ pira cocta. Possunt etiam sumi
gratia preseruationis vt in regionibus calidis ⁊ in estate sepe lumunt homines
lactucas acedulam poma arengie mala granata acetosa vt preseruentur ab im-
moderatis caloribus ⁊ lapsu in febrem.
¶ Fructus tamen nutrimenti ⁊c.) ¶ In quarta dicit primo ꝙ inter fructus:
fructus magis nutritiui ⁊ similiores seu propinquiores carnibus in nutriēdo:
sunt ficus ⁊ vue valde mature ⁊ dactili in regionibus ⁊ ciuitatibus in quibus
esse consueuerunt. De ficubus ⁊ vuis Galenus testatur secundo alimentorum
9. ca. 8. dicens. Vue autem ⁊ ficus opore ideſt succose quasi capitales existunt. Et
enim nutriunt magis omnibus oziris ideſt non custodibilibus fructibus hec:
⁊ minime sunt cacochima: ⁊ maxime quando fuerint bene matura. Eius qui-
dem igitur quod est nutrire ipsa maximū signum est: qꝛ qui custodiunt fructus
vinearum comedentes quidem in duobus mensibus quibus custodiunt aut so-
las semper ficus cum vuis aut modicuz quid interpentes panis impinguantur
satis: nō tamen fortis ⁊ compacta est caro ex ipsis generata: sicut que carnibus:
sed lara ⁊ vacua propter quod ⁊ celeriter contrahitur cessante edulio. Minus
autem ficubus vue nutriunt: ⁊ maximū bonum ineſt ipsis celeriter secedere pro-
pter quod si ⁊ retineantur aliquando ledunt satis nō habentibus hoc maturis
ficubus: si enim non secedant notabiliter digerantur autem in ventre bene nō
nociuum dant alimentum corpori. Palam autem ꝙ venter magis submittitur
sola carne racemorum simul cum succo absorpta sine acinis ⁊ sine tunica com-
posita extrinsecus. De dactilis vero ca. 24. dicit libri ait. Omnes autem dactili
indigestibiles sunt ⁊ leuiui capitis ampliores comesti. Qui autez ab ipsis distri-
buitur in corpus chimus grossus quidem semper est: habet autem aliquid ⁊
viscosuz qñ dactilus fuerit vnctuosus. Quādo aūt tali chimo dulcedo admisce-
tur: celeriter quidē ab ipso epar obstruitur. Leditur autez ⁊ flegmonizāt ⁊ tur-
gescens summe ab edulio ipsoꝝ: consequenter autem epati ⁊ splen oppillat ⁊ le-
ditur. ¶ Scdo dicit hic Princeps ꝙ si ex vsu nunc dictoꝝ fructuum superfluitas
prouenerit festinanter educenda est ne pariat egritudinem. Et ideo. j. §. fructus
preterea recentes regula. 4. ait. Quod si aliꝫ regatur rebus ⁊ non istis erit me-
lius. De ficubus quidem dicit Gal. c. 7. secundi alimentoruz q̄mplent vento-
sitate ventrem ⁊ epar ⁊ ipsas pediculorum multitudo sequitur: propterea neqꝫ
multum ex eis assumendum est neqꝫ assidue vel postea est bibenda vno mane.
3. §. dyacatholicon vel dyapruns dissoluti in. 4. 3. seri capruni ad mundificandū
anguinem genitum ex eis. De vuis vero ca. 8. ait. Neqꝫ enim digeruntur bene

a ¶ Verũtamen ꝛc. ¶ Hic remouet aliam dubitationem dicens: possum ego ne ꝛ istis multum comedere.

b ¶ Oportet ꝓterea ꝛc. ¶ Hic ponit alium cañ. ex parte hore. Iuxta qđ nota qꝫ dicit ꝛ nõ comedat nisi prius desiderũ. rõ huius ponit infra: qꝫ non dꝫ accipi cibus nisi precedẽs sit perfecte digestus quantũ ad oẽs digões ꝛ assimilatus: ꝛ qꝫ tunc nõ competit qñ digerit sed post sic: ideo ẽt non competit nisi post desiderũ. Dicit aũt mendosum: nã naturalis appetitus est est resolutione mẽbrorum: mẽdosus aũt non est ex hꝫ: sed potius est ex quadã ꝛlectatione: sicut ẽt habẽt quidam homines in bibendo vel est ex aliquo humore frigido existẽte in stomacho: qđcũqꝫ istorũ in causa fuerit bonum est differre. Rõ quare illud replet stomachũ putridis est: qꝫ stomachus tũc attrahit ꝛ alia mẽbra retinent bonũ ꝛ stomachum dant malum.

¶ Sed dices ꝛ habentiuꝫ fastidiũ: male dixit. qꝫ fastidium non est desiderium: imo est ablatio desiderij: ꝛ ideo male excepit a desiderio fastidium: qꝫ potius in ipso fastidio ipsum desiderũ est prostratũ. ¶ Dico qꝫ desiderium mendosuꝫ potest esse duplr fm qꝫ ego intelligo. Uno modo vt appetat anteqꝫ digerat: aut sit illud ex humoribus frigidis siue ex alio. Alio modo potest esse mendosum: qꝫ nõ appetat in hora qua debet: imo etiam nec post. Et modo tunc per illud qđ dicit vt ebriorũ: intelligo idem qđ antecedit horam. per illud qđ dicit ꝛ habentium fastidium intelligo illud mendosum aliud. ſ. quando non appetit in hora qua debet nec etiam post illam.

c ¶ In hyeme ꝛc. ¶ Hic ponit alium cañ. ex parte qualitatis actualis ꝛ prius ex parte qualitatis naturalis.

¶ Hic dices vꝫ qꝫ nullo tpe ꝛbeat esse actu frigidũ: qꝫ cũ postea ipm in stoma-

in quibus esse cõsueuerũt. ¶ Verũtñ[a] cũ aliquis hec comederit si superfluitas inde prouenerit ad ipsam festinet euacuandã. ¶ Oportet ꝓterea[b] ne aliquis comedat nisi post desiderium: neqꝫ in hoc tardetur cum desiderium ebullierit nisi fuerit mendosum vt ebriorum desiderium ꝛ habentiuꝫ fastidiũ: quoniã tolerare famẽ stomachum putridis replet humoribus. ¶ In hyeme[c] ꝓterea nutriẽs actu calidum comedat ꝛ in estate frigidum: aut qđ parue sit caliditatis: ꝛ neqꝫ caliditas neqꝫ frigiditas ad rem perueniat quã sustinere nõ possit. ¶ Scias[d] aũt qꝫ nihil est deterius saturitate in tẽpore sertilitatis quam fames sequitur in tẽpore sterilitatis ꝛ econuerso: sed tamẽ conuersio est deterior. Uidimus enim multos quibus in tempore sterilitatis cibus defecit: postea cuꝫ in tẽpore fertilitatis abũdauit repletos fuisse ꝛ mortuos: lꝫ vehemẽs repletio in qualibet dispõne sit pernecabilis: siue ex comestione sit: siue ex potu. Quot nãqꝫ homines superflue se repleuerunt ꝛ suffocati

d ¶ Scias ꝛc. ¶ Hic ponit cañ. ex pte quãtitatis ꝛ prius ex pte q̃litatis. ſ. vtriusqꝫ.

¶ Iuxta qđ videt male dicere qꝫ nihil est deterius ꝛc. qꝫ ipsemet statim ponet id qđ est deterius. Dico vno mõ qꝫ impropie fuit locutus nihil deterius: sed dixit illud: quasi vellet dicere qꝫ est valde malũ: vel dicit qꝫ dixit nihil est ꝛterius referendo ad ambo simul ita qꝫ etiam ad conuersionem.

¶ Sed dices vlterius ipse dicit qꝫ peius est multa repletio super multam inanitionẽ q̃ multa inanitio super multã repletionẽ. Dices videt esse oppositum. Et primo mõ fiunt egritudines ꝛ morbi ꝛ repletione. Scõ aũt mõ fiunt morbi ꝛ inanitione: sed morbi ꝛ inanitione sunt peiores q̃ illi ꝛ repletione: sicut peior est ethica ꝛ spasmus siccus q̃ putrida ꝛ spasmus humidus. ¶ Dico qꝫ peior est multa repletio sup multã inanitionẽ q̃ econuerso fm qꝫ Aui. dicit. Rõ aũt est duplex. Una est accepta ab ipsa repletõe: ꝛ est qꝫ repletio interficit suffocãdo: inanitio

illud Bal. 3. cõplerionũ. ca. 2. Ex potatione supflui vini fiunt apoplerie paralyses ꝛ subeth ꝛ epilentie ꝛ spasmi ꝛ tetani. Et ꝛ omnes egritudines frigide sunt. Et mendosa fames erercitari solet vt modo dictũ est ex frigidis ꝛ acetosis ouficio stomachi occurrentibus. ¶ Attende tertio qꝫ fastidiũ ꝓprie est defectus appetitus cibi qñ ꝛ vbiqꝫ opꝫ vt clare inuitur scõ pronostic. cañ. 60. illo. Ex signis huius que putribilia sunt coniecturabis. Tibi enim scribit in translatione a greco fastidiũ patiunt in trãslatione ab arabico scribitur non desiderant cibum. Et istud accidens ouficij stomacho dicit ab alexandro greco in signi. scõ practice sue anoreria: quã fieri dicit aut ex disperantia aut aliquo humore in stomacho residente. ¶ Sed queret aliquis ex quo fastidiuꝫ est defectus appetitus qũ in fastidiosis est mendosum desiderũ. Dic qꝫ dupliciter. Uno modo qꝫ non appetunt quãdo ꝛ vbi opꝫ vt inanito corpore propterea qꝫ os stomachi fumis vaporibus vel aliquo humore quasi plenum apparet. Sed instabit aliquis qꝫ in talibus non est tunc desiderũ ergo nec mendosum desiderũ. Nega cõsequentiam qꝫ locus a toto in modo ad suã partẽ invalidus est cuꝫ determinatione distrahẽte vt non sequit de aliquo qui interiit non est homo: ergo nõ est homo mortuus. Alio modo quia appetunt quãdo nõ oportet scilicet neqꝫ membris inanitis nec corpore egente cibo sicut crapulosi multi pleni vsqꝫ ad guttur vel cacochimia infecti circa os stomachi ꝛctari querunt postqꝫ surrexerũt nõ inopia alimẽti: sed vt ab orificijs suoꝫ stomachorũ humores excutiãtur inferius depressi per assumptum cibũ qui coꝛ ꝛ os stomachi laritate quadam prius afficiebant.

¶ In hyeme ꝛc.) ¶ In scõa dicit primo qꝫ hyeme cibus actu calidus est comendus ꝛ in estate frigidus actu vel remisse caliditatis. Cuius ratio triplex est. Prima est qꝫ cõmuniter delectabilius suscipit frigidus estate ꝛ calidus hyeme. Scõa est qꝫ corrigit sua actuali qualitate lapsum stomachi illatum a tẽpore. Tertia est qꝫ transiens iurta pectoralia mitigat impressum frigus ab aere eis attracto tempore hyemali ꝛ calorem impressum tempore estiuo. Secundo dicit qꝫ frigus cibi in estate ꝛ calor in hyeme non sint ita intensi qꝫ stomachus eos tolerare non possit sine dispendio seu nocumento. Naꝫ vehemens frigus ad instar nitis estiuo tempore facile penetrans particulas ꝛ poros rarificatos calorem digestiue nocet ꝛ magnum detrimentum ori stomachi infert quod est nerueum: ꝛ quandoqꝫ inducit spasmum: vt contigit Aristoteli primatum tenenti in peripathetica theorica qui persuasus a medicis sui temporis aquã frigidam in febre bibere contra propriã opinionẽ bibit ꝛ cito post spasmatus interijt vt memorat Bal. libro de virtute cõsuetudinis capi. 1. Sed calor nimius vrit ꝛ vellicat partes per quas transit. Idẽ scripsit Rasis quarto alman. cap. 4. dicens. Oportet ꝓterea vt in hyeme sit cibus actualr calidus ꝛ in estate actualiter frigidus. Est enim abstinendum a cibis calidissimis quales sunt tunc cum ab igne remouentur. Et ab his qui super niuem infrigidantur quibus nullus vti debet: cibo enim' super niuem infrigidato nullo modo vtendum est nisi in tempore magni caloris corpore quasi infl̃mato existente. Deinde subdit instruens nos qua hora ꝛ quo loco cibum in estate ꝛbemus sumere dicens. Obseruanduꝫ quoqꝫ est vt cibus in hꝫis edatur frigidis. Quod si frigide non possint esse hore manifestes saltem sint frigide.

¶ Scias ꝛc.) ¶ In tertia dat Pain. 4. regulas. Prima est in genere repletionis saturitas seu repletio ad saturitatẽ diu frequentata tpe fertilitatis est pessima quã sequitur fames tpe sterilitatis. Cuius cã est duplex. Una est debilitas virtutis ex mutatione cõsuetudinis ꝛ ettremo in ertremũ. Alia est debilitas virtiũ tam ex repletione saturatiua corpus aggrauante ꝛ pene suffocante innatuꝫ calorem q̃ ex subsequente penuria cibi qua corpus deficit precordia volent viscera videntur velut suspensa calor innatus primuꝫ incenditur: ꝛinde se resolvit radicale humidum abunde depascitur ꝛ pene deperit totum corpus tabefit mortis imago adest. Damnabilis ergo est consuetudo pluriuꝫ qui ante ieiuniũ quadragesimale crebra ꝛ copiosa ciborum ingluuie suos ventres farciunt credentes inde melius tolerare dictum ieiunium. Quibus esset melius paulatim assuescere parsimoniam cibi q̃ saltare repente ꝛ crapulosa plenitudine ad scabiam refectionem. Sed contra ex plenitudine que cũqꝫ egritudines fiunt euacuatio sanat: aphor. secunda. Fames ergo sequens saturitatem sibi esse videtur

Jacobus

si retineantur ꝛ fm eas que ad epar ꝛ venas distributiones crudum generant chimum non facile conuertibilem in sanguinem. Purgetur igitur humor inde genitus ꝓuocatione vel vrine vel sudoris vel eductione crudi humoris cum. ʒ. ʒ. oxafinicon. Sed de vactilo dicitur in aggreg. Serapionis. c. de eo. qꝫ calefit ꝛ generat sanguinem grossum ꝛ conuertitur cito ad choleram: ꝛ est malum illis quorum complexio est calida ꝛ epar calidum ꝛ cui cito aduenit colla ꝛ squinantia ꝛ bothor. Et colla est oppilatio in epate ꝛ in splene: ꝛ deteriores ex eis sunt magni ꝛ qui sunt dulciores ꝛ nõ sunt conuenientes aliquo modo illis qui sunt calide complexionis. Illi autem qui non sunt calide complexionis ꝛ non sunt debilis nature si vtuntur eis impinguantur ab eis: hec ibi. Quod si oppilauerint vel multiplicauerint choleram ventur. ʒ. j. ꝛ. ſ. reubarbari ꝛ. ℈. j. spice nardi conquassati ꝛ temperati per noctem in agua endiuie cum tantillo vini albi: deinde expressi fortissime per staminum in. ʒ. ʒ. seri caprini ꝛ mane bibatur tepidum hora quarta.

Oportet preterea ꝛc. ¶ In hac scõa parte ꝓio agit de hora abstinendi a cibo vel sumẽdi cibuꝫ ex absentia vel presentia desiderij. Scõo de qualitate ciborũ fm anni tempora. ibi (In hyeme preterea.) Tertio de malicia famis in sterilitate post saturitatem in fertilitate ꝛ ecõtra. ibi (Scias aũt qꝫ nihil est.) ¶ In. 1. parti. dat duas regulas. Prima est qꝫ nullus vnqꝫ comedat sine appetitu siue vera fame: qꝫ sequitur ex hoc im moderata repletio que est pregnans mater egritudinũ mãlium nisi ventris beneficio natura aut ars prouideat aut abstinentia corrigens hunc defectum subsequaf. His enim adiuti multi crapulosi sine fame sepe se cibo replentes pseuerãt sani. Scõa est: nullus tardet aut differat comestionem cum desiderium ebullierit. i. appetitus cibi manifeste insurrexerit: nisi mendosum sit illud desiderium: sicut in ebrijs ꝛ patientibus fastidium: qꝫ pati famem replet stomachum putridis humoribus. Eiusdem sententie meminit Rasis. 4. Alman. c. 4. dicens. Et preterea cauendum ne comestio postqꝫ appetitus fuerit tardetur: nisi appetitus mendax fuerit: sicut ebrijs vel fastidiosis accidere solet. Sed postqꝫ homo q ebriosus non est appetere inceperit ꝛ nutrimentum quod precessit nec multum nec grossum fuerit ipsa hora debet comedere sine dilatione aliqua. Sed hec precepta videntur prohibere omnino ieiunium quod in lege Christi multum commendatur: ꝛ de eo dicitur qꝫ mentem eleuat: vitia comprimit: virtutes largitur ꝛ premia: quodqꝫ salubriter institutum est animis corporibusqꝫ curandis. Verum ars medicine legi Christi se conformat in hoc qꝫ laudat sobrietatem ꝛ cibi potusqꝫ parsimoniam: sed non vsqꝫ ad macerationem corporum ꝛ tolerantiam famis acerbe: que choleraꝫ acuit: promificat ad iram caput dolere facit: ꝛ angit: vires debilitat ac robur corꝓis ꝛ stomachũ replet putridis humoribus. Quamdum sibi esurienti denegatur cibus attrahit humores a meseraicis ꝛ venis epatis. Iuxta illud Bal. tertio virtutum naturaliũ. c. 13. Si vero ieiunus cogit manere venter in hoc tempore a venis que in meseterio ꝛ epate habebit cibuꝫ. Et paulopost ait. Ita igitur ꝛ venter in quo tẽpore indiget quidem ipse cibo: comedit autem nondum animal in hoc a venis que fm epar rapit. Et cum epar hac hora sit inanitum non sinit abire sed sibi retinet laudabilem sanguinẽ. Transit igitur ad stomachum quod inutile aut corruptuꝫ est. Propterea suadetur vomitus ante comestionem post tolerantiam famis diuturnaꝫ: ne cibus receptus in stomacho sordido putrescat ꝛ corrũpat per malos humores attractos ad ipsum tpe famis. ¶ Attende primo circa hoc qꝫ dicit. Nisi mendosum fuerit qꝫ duplex est fames. Una vera est: alia mendosa. Veram Bal. ita describit apho. 2. cõmento. 16. illius cañ. Ubi indigentia non opꝫ laborare. Certa fames est cum homo cibo indiget vnde immensus sequitur appetitus. Sed mendosa fames est cibi appetitus corꝓre non indigente. Et sicut vera fames fit ex constrictione ꝛ corrugatione venarum ouficij stomachi procedente a suctione membrorum inanitorum cibo indigentium: sic mendosa fames solet ab his fieri que constringunt ꝛ corrugant ouficiũ stomachi mẽbris cibo nõ indigentibus vt ab actu frigidis stipticis pontꝫcis aut acetosis. ¶ Attẽde scõo qꝫ ebrij frequẽter in nocte ꝛ mane famescunt fame mendosa: vel qꝫ vinũ qđ in suis stomachis pre multitudine digeri nõ põt in stomacho acetosat: vel qꝫ conuertit in humores crudos. Iuxta

Universidad de Deusto Biblioteca

nitio autem resoluendo: mō citius interficiunt suffocantia q̄ resolutia: ꝛ ideo peior est inanitio q̄ repletio. Alia rō est accepta ab ipsa inanitione ad quam sequitur repletio: q: ex inanitione precedente virtus fuit debilitata: ꝛ quia repletio superueniens eam adhuc magis debilitat quia multa: ita q̄ repletio fit maior et debilitate virtutis: ita etiam q̄ addit ei nocumentum debilitatis virtutis: sed inanitio non addit ad nocumentum repletionis: imo potius de eo diminuit: ꝛ ideo propterea peior est repletio super inanitionez q̄ econuerso.

a ¶ Lū autē ꝛc. ¶ Post quā posuit cañ. de cibo ꝛ ex quātitate ꝛ qualitate ꝛ tempore siue hora hic: q: circa p̄dicta ꝛ maxime circa primum poterat accidere error: docet hic illum errorez euitare ꝛ potuisset valde bene ordiari. ¶ Iurta quod est intelligendum de eo qđ dicit (demū famem diu tolerat) q̄ illud dz referri ad interierunt. ¶ Cum autē[a] error acciderit in comedēdo aut bibendo aliq̄d medicinalīū nutrientīū regendū erit qūo digeratur ꝛ matureſcat: ꝛ ipse custodiendus a malitia ꝓpīonis q̄ ex eo timet: accipiēdū post ipm qđ sit ei ꝙtrariū donec digerat. Qđ ergo fridū fuerit sicut cucumer ꝛ cucurbita tēperet cū eo qđ ei existit ꝙtrariū sicut allia ꝛ porri. Et si fuerit calidū tēperet cū eo ét qđ ei fuerit cōtrariū sicut cucumeres ꝛ portulaca. Et si oppilatiuus fuerit sumat qđ aperiat ꝛ euacuet: deinde famen diu toleret. ¶ Et neq̄[b] ipse neq̄ omnes qui sanitatē custodire volūt aliq̄d comedant nisi desiderium fuerit certum: ꝛ stomachus ꝛ superiora intestina a primo nutriente euacuata fuerint. Quod enim in corpore est deterius est nutriens super nutriens quod non est digestum mittere. ¶ Et preterea[c] nihil est deterius q̄ fastidium. ¶ Iaco. apta medicina. Dic id verus esse si gradatim subsequeretur ꝛ modesta foret: sed repente veniens ꝛ ad extremum inanitionis deducta vires corporeas penitus eneruat nature inimica. ¶ Secūda regula est: in genere vacuitatis vel inanitionis pessima est diuturna fames tēpore sterilitatis quā sequitur vehemens saturitas tēpore fertilitatis. Cuius ratio est tripler. Prima est mutatio quasi subita de extremo inanitionis ad extremum repletionis. Nam tabida fame attriti venientes ad tempus aut locum fertilitatis nesciunt seruare modum. Secunda est q: virtus digestiua diuturna fame valde debilitata digerere non potest cibus copiosum voraciter assumptum. Tertia est q: inanita membra sibi trahunt auide indigestum nutriens quod calor eorū fame resolutus ꝛ debilitatus digerere non potest. Vel ergo succumbit ꝛ extinguitur vel in membris crescunt ꝛ multiplicant superfluitates quas regere non valet: corrumpuntur igitur ꝛ tandez corrumpunt. ¶ Tertia regula est: cōuersio est deteriorī. i. peior est diuturna fames tempore sterilitatis quā sequitur vehemens saturitas tempore fertilitatis q̄ sit saturitas hora fertilitatis quam sequitur fames hora sterilitatis. Hanc regulā probat Princeps experimento dicens se vidisse multos quibus defuit cibus tēpore sterilitatis post hoc abundante cibo tempore fertilitatis auide se eo replentes suffocati mortui sunt. ¶ Sed instabit aliquis q: statim dixit q̄ nil deterius est saturitate quā fames sequit: ꝛ modo dicit q̄ fames quam sequitur saturitas est peior ꝛ sic sermo eius implicare videt contradictionem. Item omne peccatū quodcūq̄ sit magnū sit maius in tenuibus q̄ in grossioribus dictis: vt ait Hyppocras aphorismorum prima apho. 5. Sed fames post saturitatem est velut attenuatio diete ꝛ saturitas post famem est vt eius ingrossatio: ergo fames post saturitatem est peior. Item saturitas post famem potest faciliter pharmacus corrigi educendo humores ex saturitate multiplicatos: sed ex fame forti continuata post saturitatē prouenit damnū irreparabile. s. superflua cōsumptio humidi radicalis qđ ita purum nunq̄ restauratur. ¶ Ad primū dic q̄ saturitas quā sequitur fames est pessima in genere repletionis. Sed fames quā sequitur nimia saturitas est pessima in genere vacuitatis. Et ita non implicat q̄ vtraq̄ sit in suo genere pessima ꝛ vna peior alia simpliciter. Vel si non a termino a quo: sed a termino ad quem denominationis facere mauis: dic transmutationem a saturitate in famem fore pessimā in genere vacuitatis. Et a fame in saturitatem pessimā in genere repletionis. ¶ Ad secūdū dic q̄ vbi excessus non est vehemens ꝛ ad mortē pronus minor error est in ingrossatione q̄ subtiliatione diete: q: per subtiliationē nimiam deijcitur virtus ꝛ per ingrossationem confortatur. Sed in vehementi excessu inclinante ad mortē citius perimit ingrossatio nimia q̄ subtiliatio: sicut vides in tendentibus ad mortē virtute iam pene resoluta dum astantes nituntur eos confortare vie anhelitus impediunt ꝛ protinus suffocantur egri. Simile videmus in lāpade cuius ignis debilis paratus extinctioni citius experit multitudine olei superfusa q̄ paucitate. ¶ Ad tertium dic similr. Mā saturitas vehemens cōtinuata post longā famē subito occidit. Fames vero post repletionez longo tractu temporis. ¶ Quarta regula est: omnis vehemens repletio siue ex cibo siue ex potu sit est perniciosa siue pernecabilis in quacūq̄ dispositiōe temporis ꝛ corporis: scilicet ꝛ tempore fertilitatis ꝛ tēpore sterilitatis ꝛ tēporibꝰ medijs ꝛ in corpore pingui ꝛ macro ꝛ in medio. Quot nāq̄ homines superflue se repleuerunt ꝛ suffocati interierūt q. d. tot fuisse q̄ eorum non est numerus. Mā calor innatus sub omni excessiua multitudine siue cibi siue potus siue humoris siue superfluitatum de facili extinguitur: sicut ignis lāpadis sibi superfuso excessiuo oleo vel vino vel aqua vel alio liquore.

Cum autem error ꝛc. ¶ In hac tertia parte primo agit de correctione malox cibox assumptorū. Scdo iterū agit de hora comedēdi. ibi (Et neq̄ ipse neq̄ oēs.) Tertio de malitia fastidij. ibi (Et preterea nil est deterius.) Quarto de correctione vnius cibi per alium sibi superassumptum. ibi (Verūtamen quādoq̄ necesse est.) ¶ In prima particula dat quinq̄ regulas. Prima est: si quis errauerit in assumptione cibi aut potus medicinalis intendere debet digestioni eius ꝛ maturationi: vt per digestionez spolietur a virtute medicinali qua corpus alterat ꝛ partes ipsius apte nutritioni fiant bonus sanguis. Et ad illud conferunt manere inquiete ꝛ nil supermittere qđ eius digestionē possit impedire nisi fuerit illi sicut medicina. Solet enim melius digestio fieri tempore quietis q̄ tempore motus propter fixionem ꝛ adherentiam maioris digerentis ad digestibile ꝛ natura soli illi intenta citius superat ꝛ digerit ipsum. Secunda est ille qui errauit in sumendo cibum aut potum medicinalē excessiue qualitatis preseruandus est a malitia completionis que timet ex hoc sumendo aliq̄d sibi contrariū donec digeratur vt si comederit carnes salsas ꝛ sinapij de quibus timet superflue calefieri vel hypocratē biberit supbibat ptisanā vel sugat de granis granati acetosi vel de granis berberis. Tertia est cibus frigidus medicinalis vt cucumer cucurbita corrigendus ꝛ tēperandus est cibo medicinali calido sicut allijs ꝛ porris. Ista nāq̄ sese prohibent ab impressione qualitatis excessiue ꝛ ex horū cōmixtione quasi quedam tēperies prouenit. Sed contra cucurbita cōmuniter generat humorem similez humori qui fit ex eo qđ ei miscetur. Iurta illud Princ. scdo huius ca. de cucurbita. Et de proprietate quidem eius est q̄ generatur ex ea nutrimentum homogeneū ei quod associatur. Nam si comeditur cuz sinapi generatur ex ea humor malus acris. Aut cum sale generatur ex ea humor salsus. Aut cum stipticis generatur ex ea humor stipticus. Et est omnino nocitiua quibus dominantur melācholia ꝛ flegma ꝛ bona cholericis: hec ille. Si ergo misceatur cum allijs ꝛ porris generabit sanguinem acutum cholericum. Concede illud: ꝛ dic q̄ allia ꝛ porri cucurbitis mixti non faciunt vt sanguis bone substantie generetur ex his: sed reprimunt earū frigiditatē ꝛ humiditatem ꝛ vehementiam nocumenti qđ inferre solet stomacho ꝛ colon. Teste Prin. ca. prefato de cucurbita dicente. Et est ex eis que generant egritudinem stomachi valde ꝛ ipsa vehementer nocet intestinis ꝛ colon etiam proprie. Quarta est cibus medicinalis calidus vt allia cepe porri corrigendus ꝛ temperandus est cibo frigido medicinali sicut cucumeribus lactucis aut portulaca quatinus prohibeatur ab impressione superflue caliditatis. Quinta est si cibus medicinalis fuerit oppilatiuus vt panis azimus caseus citonia escula sumatur post eos illud quod aperit vias oppilatas ꝛ quod euacuat oppilantem humorem vel per vrinam vel per secessum. Consequenter diu famem sustineat. s. tam diu donec humor genitus ex cibo grosso oppilatiuo fuerit vnitus mēbris ꝛ oppilatio pfecte soluta. Sed contra tolerare famem stomachum putridis replet humoribus. Concede id de fame vera cum inanitione venarum ꝛ membrorum ꝛ non de fame que est cum oppilatione ꝛ repletione venarum ex grossis humoribus. ¶ Attende circa hoc q̄ nō est tutū miscere diuretica subtiliantia ꝛ aperitiua cuz oppilantibus q: faciunt ea penetrare in vias strictas. Iurta illud Prin. 2. cañ. c. de caseo. Subtiliatiua quidē augmentant malicia eius qm̄ faciunt ipsum penetrare ꝛ impellunt eū. Sed post digōnē ꝛ penetrationē oppilatiox aperitiua ꝙueniunt sicut aq̄ cicer semen anisi carui vel feniculi vel cūatio ex reubarbaro vel agarico qbus inest vehemens virtus deoppilādi vias ꝛ educendi humores oppilantes eas cuz incolumitate sine grauamine. Adde sextā regulā si vis q̄ si cibus medicinalis sit nimis aperitiuus sicut grana iuniperi orobi ꝛ milij solis que q̄q̄ cogunt fortitudine sue apertiōis nimis sepe mingere cū his miscenda sunt vel danda post eos aliqua stiptica sicut rose sumach ibus ꝛ similia. Et hec satis innuitur in precedenti quam ideo forte Prin. nō expressit q: cibi medicinales frequentius leduntur oppillatione q̄ apertione.

a ¶ Et neq̄ ꝛc.) ¶ In. 2. partī. resumit vnuz quod premiserat in initio scde partis tanq̄ regulam valde conferentem in custodia sanitatis vt fortius imprimat mentibus audientium. s. q̄ neq̄ ille qui sumpsit cibum oppillatiuum nec aliquis quicūq̄ custodire volens suam sanitatem dz comedere aliquid nisi desiderium ei certū fuerit. i. vra fames ꝛ stomachus ꝛ tria gracilia intestina euacuata sint a preassumpto cibo. Cuius rationem reddit q: nil est deterius in humano corpore q̄ intromittere cibum super alium: qui non est digestus sed digeri incepit. Nam super assumptus cibus prioris digestionem inchoatam impedit ꝛ digestio prioris ante complebitur qui transiens ad epar per meseraicas ducet secum cibum superassumptum indigestuz: vnde crudi humores multiplicabunt.

b ¶ Et neq̄ ꝛc.) ¶ Hic resumit iterū er parte temporis siue hore aliquid addendo ꝛ aliquid omittendo: nam addit er parte corporis q: in distemperato: ꝛ etiā addit h̄ causam ꝛ illa alia diminuunt. ¶ Iurta qđ intelligendum q̄ ipse ponit duos descensus. s. de stomacho ꝛ de intestinis superioribus: signa aut horuz descēsuū sunt duo: vnū est allewiatio illoz mēbroz: secūdum est appetitus: ꝛ illud sequit ad primū ita q̄ ambo simul cōtingunt. ¶ Vlterius intellige q̄ illud est verū nisi supermitteret super aliū cibū gratia rectificationis vt statim dicet: q̄ nō ꝓpter hoc nihil est deterius q̄ indigestū super indigestum mittere.

c ¶ Et ꝓterea ꝛc.) ¶ Hic ponit cañ. ex pte quātitatis ꝛ marime malorum.

De parti. ¶ In. 3. dicit q̄ nil deterius est fastidio in regimine sanitatis marime cū processerit ex malis nutrientibus. Et intellige per fastidium defectū appetitus horis comedendi quo non obstante fastidioſus comedit horis suis solitis quātum solebat diu pseuerans in isto errore. Mā si hoc fastidiū pcessit er grossis nutrientibus vt porcinis carnib⁹ anguillis aut tēcis possidere faciet velut hereditatē arteticos dolores ꝛ dolores renum ꝛ respirandi difficultatem que dispnia dī ꝛ podagram que est gutta pedum sub artetica cadens ꝛ ingrossationē splenis ꝛ epatis ꝛ flegmaticos alios ac melancholicos morbos sicut quotidianas quartanas scliroses ꝛ vdimias. Nam si grossi humores ex nutrientibus grossis generari solūt paulatim in venis acervati vel accumulati fuerint ꝛ natura non sufficiat per solitas vias eos foras pellere mittit ad iuncturas ad quas solet mittere quasdam humiditates ne tempore motuz nimium exicentur: que q: superfluūt inducunt dolorē. Et si ad renes vrina ducente tendant eos oppilabunt ꝛ distendet ꝛ dolere facient. Et si ad pectus flurerint vel de cerebro descenderint asma vel dispniam ilicgenerabunt. Quod si sua grauitate flurerint ad pedes coadiuuantibus latitudine viarum ꝛ debilitate pedum facient podagram. Si vero fuerint in epate ꝛ splene fortiter incuneati timorē efficient ꝛ grossitiē in eis. Et si putruerint in paruis venis vel porositatibus mēbroz quotidianā inducent flegmatici ꝛ quartanā melancholici. Et si mēbrum vnicuz sua multitudine distenderint inde ꝙuenient scliroſis vel vdimia. Scliroſis quidē ex melācholicis. Vdimia vero ex flegmaticis. Et si fastidiū introductū fuerit ex subtilibus cibis vt piperatis ꝛ alliatis euenient inde febres acute ꝛ maligne sicut cauſon ꝛ tertiane ꝙtinue putrescentibus in venis humoribꝰ ex talibus cibis genitis ꝛ apostemata acuta maligna sicut herisipila formica herpes resudantibus humoribus acutis in aliquod membrum ꝛ facientibus ipsum intumescere.

a ¶ Verumtamen ⁊c. ¶ Hic ponit alium can̄. correctiuum in assumptione ciborum medicinaliū.
b ¶ Ampliꝰ ⁊c. ¶ Hic ponit aliū can̄. sumptum ex parte motus ⁊bentis fieri post ipsum.
c ¶ Accidētia ⁊c. ¶ Hic ponit aliū can̄. sumptū ex vehemētibus motibus tam aīalibus q̄ corpalibus. ¶ Jurta q̄ nota q̄ signāter dixit horribilia: quedaz. n. sunt accꝫua aīe ⁊ maxime gaudiū q̄ si sint parua non ꝓhibēt digōnez: sed si ipsa sint excedētia nedū ⁊ alia: imo ēt gaudiū ꝓhibent digestionē: ⁊ sic intelligit ꝑ horribilia excedentia. Nō aūt q̄re horribilia accidentia eam ꝓhibēt est duplex. Una est: q̄ in eis est subitꝰ motꝰ spūuz q̄ motus terre. facit nām ⁊ natura terresacta nō sic bñ digerit. Alia rō est: q̄ in accñtibꝰ aīe excedētibꝰ quecūq̄z sint calor trahit vel ad extra vel ad cor: ⁊ quocūq̄z istoz modorū fiant stomachus ⁊ epar remanent frida. Tertia rō potest esse: q̄ sicut dicit ibi Ā. in. 3. de reg. sa. in fortibꝰ accñtibꝰ aīe humores mali mouent ad stomachum. Corporei ēt motus illō faciūt. s. ipedimētū digōnis ꝓpō mouendo caloꝛē nālē ad extra. Itē ēt q̄ motꝰ impedit retētiuam ⁊ retētiua impedita impeditur digestiua. Item ēt q̄ motus cō mouet cibum in stomacho: ⁊ ex hoc etiam impeditur digestio.
d ¶ Et in hyeme ⁊c. ¶ Hic ponit alium can̄. sumptum ex temporibus anni. ¶ Jurta q̄ intellige q̄ cibus pōt dici pauci nutrimēti dupliciter: ⁊ rōne eius quātitatis que cōuertit ⁊ ēt rōne durationis tpis eius quo id est cōuersum durat: ꝓmo modo pauci nutrimēti est cibus qui parū hz de parte pura: scōo modo est pauci nutrimēti q̄ cito resoluit. mō tunc ego intelligo hic q̄ neutro modo debeant in hyeme esse pauci nutrimēti q̄ patet ꝑ illud q̄ dicit de granis ⁊ mari me frumenti: q̄ ipsum ⁊ sm multū nutrit ⁊ etiā satis durat. Itez intellige q̄ dum diū ⁊ proprie cum fuerit fastidiū ex malis nutriētibus: q̄n cū fastidium prouenerit ex grossis nutrientibus hereditare faciet iūcturarū dolores ⁊ renū ⁊ diniaz ⁊ podagram ⁊ splenis ⁊ epatis grossitiez ⁊ flegmaticas egritudines ⁊ melancholicas: sed cum ex subtilibus acciderit nutrientibus prouenient ex ipso febres acute ⁊ erratice ⁊ maligne ⁊ apostemata mala acuta. ¶ Verūtamen[a] quādoq̄z necesse est aliquem cibū aut rem cibo sibi similem mittere super alium cibum que sit ei sicut medicina. verbi gratia sicut illi qui nutrientia comedūt acuta aut salsa: deinde post tēpus in quo nōdum cōpleta fuit digestio: cōsequenter eis adiūgūt res humectātes ex nutriētibus sapore nō habētibus. Et istis quidez hoc sufficit regimē ⁊ exercitiū nō est eis necessariū. Et horū cōtraria dispositioni est dispō eorum qui

grossis cibarijs post aliq̄ tempus conseq̄ter admiscent q̄ velociter digeritur ⁊ est acutum. ¶ Amplius[b] paruus motꝰ post comestionē ipsam in stomacho quiescere facit ⁊ proprie cuz dormiēdi post ipsam voluntas affuerit. ¶ Accidētia[c] preterea anime horribilia ⁊ motus corporei fortes digestionem fieri prohibent. ¶ Et in hyeme[d] quidē cibi pauci nutrimēti nō sunt edendi sicut olera: sed nutriens magis est edēdū q̄ est ex granis ⁊ fortis ēt soliditatis: ⁊ in estate huius contrarium. ¶ Ex cibo[e] ēt nullus ita est replēdus vt nō sit ibi locus supfluus: sed ab eo est remouēdus reliquijs desiderij adhuc i aīa remanētibus: be enīz famis reliquie post horā vnā destruuntur. Et in hoc vsus est cōseruādus: q̄n deterior comestio est que stomachi facit grauitatē: ⁊ deterior potꝰ est qui tēperamētum egredit ⁊ in stoma-

bent esse duri ⁊ solidi: q̄ calor naturalis tunc est multū fortis: nam si essent subtiles adurerent: vel si essent adhuc magis ⁊ minus subtiles calor naturalis eos resolueret: ⁊ postea cōuerteretur ad humiditates naturales.
¶ Item dices ⁊ illo q̄ dicit (Et in estate erisit contrariū.) dices nō videt q̄ in estate cōpetant olera: q̄ ex eis fit sanguis subtilis ⁊ aquosus qui maxime est aptus putrefieri: sed tunc in estate maxime fit putrefactio: q̄ calor aeris est magis fortis quare olera tūc minus competunt. Itez ēt cū calor naturalis tunc sit ignitus si dētur tunc cibaria subtilia aduret ea. Dico q̄ in estate ⁊bent cibaria subtilia ⁊ nō multi nutrimēti. Et rō est: q̄ tūc naturalis calor est debilis: ⁊ ideo nō posset digerere cibos grosse: nec ēt multū nutrimētū ꝙuertere. Et q̄d tu dicis primo dico q̄ licz dicat q̄ in estate debeāt cōtrariū: nō ꝓpter hoc intelligo q̄ olera cōpetāt tunc vt substātialia nutrimenta: sz vt sic cōpetunt carnes gallinacee ⁊ hmōi. ¶ Ad aliud dico q̄ q̄n esset nimia caliditas nālis i stomacho sine nimia calitas acqsita ex exercitio q̄ tūc ipsa bene aduret cibos subtiles: sed caliditas accñtalis illō nō facit: imo potius caloꝛē naturalē ⁊ virtutē ⁊bilitat.
e ¶ Et cibo ⁊c. ¶ Hic ponit aliū can̄. de quātitate cibi q̄ debz assumi. ¶ Jurta q̄ nota ⁊ eo q̄d dicit facit stomachi grauitatē. s. ⁊cedētē: q̄ oīs cibus quantūcūq̄z paucus cū in principio sit cōtrariꝰ facit aliquā grauitatē. Itē intellige q̄ dz esse famelicus ⁊ vti somno: q̄ tūc calor nālis p cōstrictionē sui super stomachuz illud q̄d superfluū fuerat cōsumeꝫ ⁊ digeret. Item etiā si non potest dormire ⁊bet vti incessu: q̄ talis motus facit cibum descendere ad fundum stomachi ⁊ sic digeri: vel si non digerit melius est q̄ descendat ad intestina ⁊ expellatur extra q̄z si iret per meseraicas q̄d etiam facit ille motus.
¶ Sed dices cōtra illud q̄d dicit. (Sed ab eo est remouēdus.) aliqs dicet nō vt saltē

Jacobus

¶ Verūtamen ⁊c.) ¶ Jn. 4. parti. dat exceptiones ab illa regula sēde particule. Quod in corpe erisit deterius est nutriens sup nutriens q̄d nō est digestum mittere: dicens. Verūtamē q̄nq̄z necesse est. i. vtile ⁊ ꝙueniens vt cibus aliquis vel res cibo similis virtute ⁊ opere postea mittat supra alium cibi vt iuuet medicina corrigens maliciā cibi preassumpti. Et istud ⁊clarat duobus exemplis. Primū est de illis q̄ comederunt nutriētia acuta sicut alliata vel piperata vel nutrientia salsa puta carnes que diu iacuerunt in sale vel propter delectationem vel propter ⁊recundiam q̄ comedebant cuz maioribus se vescentibus talibus. Vel ex necessitate nō habentes aliud postea tpe lapso quo sua digestio nondum perfecta est cibos insipidos ⁊ humectatiuos superassumūt sicut cucurbitas melones aut cucumeres vel eoꝝ succos vel ipsoꝝ aquas. Hi nāq̄z reprimunt caloꝛē ⁊ acumen salsoꝝ ⁊ acutoꝝ ⁊ preseruant epar ⁊ sanguinez ab inflāmatione ⁊ incendio. Et istud regimen seu correctio sufficit eis. Nec indigēt exercitio: imo nocet eis concitans calores ⁊ coadiuuans ad incendium. In hoc casu puto tutius superbibere bonum haustum ptisane vel sirupum aliquem infrigidatiuum vel aquas dictoꝝ insipidoꝝ q̄z sumere eoꝝ totam substantiā in cuius digōne nā laboret tam aliunde satis occupata. Scōm exemplum est de illis quorum dispositio ⁊traria est dispōni nunc dictoꝝ scilicet qui sumpserunt cibos grossos vt caules carnes porcinas ⁊ caseum plurimū ⁊ post aliquod tempus eis ⁊ imiscuerunt acutum cibum velociter digestibilem vt feniculum anisum carui vel cinamomum vel superbiberunt nectar aut hyppocratem. Et his enim grossa preassumpta subtiliāt ⁊ prohibentur oppilare vias transitus eorum si conuenientibus tempore ⁊ mensura superaccipiantur.

Amplius paruus ⁊c.

¶ Jn hac parte. 4. primo agit de effectibus motuum ⁊ accidentiuz anime post comestionem. Scōo de quantitate nutritionis ciborum hyeme ⁊ estate. ibi (Et in hyeme quidem.) Tertio de quātitate ciborum ⁊ potuuz sm comprehensionem stomachi. ibi (Et cibo etiam.) Quarto de modo decubitus ⁊ cooperimentorum post comestionem. ibi (Oportet preterea.) ¶ Jn. 1. particu. dat duas regulas. Prima est q̄ paruus motus vt suauis incessus post comestionem facit quiescere cibum in stomacho. i. descendere ad fundum stomachi vbi celebratur digestio melior: quia carnosus est ⁊ maxime conuenit talis paruus motus duz voluntas adest bene dormiendi post comestionem. Per hunc enim clauditur orificium stomachi ⁊ prohibetur ascensus plurimus vaporum ⁊ fumoruz ab eo ad cerebrum conturbantium somnum. Secunda est q̄ passiones horribiles animi sicut terror timor ira furia rancor tristicia ⁊ motus corporis fortes perhibent digestionem fieri: quia diuertunt caloꝛem ⁊ spiritus a loco digestionis ⁊ cibos in stomacho receptos exagitant ⁊ non sinunt stomachum super os figi donec digerantur.
¶ Et in hyeme ⁊c.) ¶ Jn. 2. dat duas regulas. Prima est: cibi pauce nutritionis sicut blete caules atriplices spinargia borragines ⁊ alia olera non sunt comedendi tempore hyemali: sed potius cibi multi nutrimenti fortis soliditatis scilicet compacte ⁊ spisse substantie vt risum panicum milium triticum ⁊ grana similia. Cuius ratio est: quia innatus calor tunc est fortissimus ⁊ somni longissimi non parum iuuantes digestionem assumptorum. Teste Hyp. aphor. prima cañ. illo. Ventres hyeme ⁊ ere calidissimi sunt natura ⁊ somni longissimi. Et Gale. in cōmento dicente. Virtus naturalis actionis si cibum in stomacho bene digerit testat corpus in hyeme sm nālem cursum bñ se habere: q̄ hoc tpe augmentat calor in interiori corpe ⁊ somnus fit lōgissimus supfluitas tertie digestionis expellit quāuis non sentiatur. Fumosa. n. cū anhelitu grossa cum vri-

De paruis.

na egreditur. Hypostasis quoq̄z vrine feculētior est q̄z in estate ⁊ quātitas minoratur vrine corpus magis nutritur caro augetur sanguis multiplicatur ordinatione modum non excedente: hec ille. Et libro de virtute ciboꝝ cap. 3. de cibarijs grossis ait. Et melius est q̄ sumantur hec cibaria in hyeme propter aggregationem caloris in interioribus corporis ⁊ longitudinez somni. Secūda est in estate contrarium huius cōuenit. s. cibi multi nutrimenti fortis soliditatis sicut grana non sunt comedendi: sed potius cibi pauce nutritionis vt spinargia lactuce acedula portulaca blete borrago atriplices ⁊ similia. Ab his enim calor ex tēpore illatus corpori reprimit ⁊ sanguis modicus generari solet cuius custodie natura ⁊bilis ⁊ resoluta vacat attentius. Nō enim sufficeret sanguinem plurimum regere ⁊ protegere a corruptione ⁊ q̄d ex his remanet superfluū purgandum leue existens facile labitur ad inferiora. Prin. vero tract. 1. parti. 2. cantice canticoruz regimen ciboꝝ estatis latius descripsit dicens. Tēpore quidē estiuo est cibi q̄ntitas minuenda: estq̄z tunc ad subtiliter nutrientia declinandū vnde vitande sunt tunc carnes grosse ⁊ vtendū est oleribus ⁊ lactis speciebus ⁊ piscibus recētibus hedo ⁊ agno mediocris etatis pullis gallinaceis carnibꝰ quoq̄z capodarū. i. alaudarū ⁊ conturnicū. ¶ Jnstabit aliquis primo in estate maria fit resolutio q̄d ostendunt ⁊bilitas virū ⁊ macredo corporis sed cū cibus det ad reparationē resolutoꝝ q̄ntitas ipsius horum q̄ntitati respōdere dz: ⁊ substātia eius vix resolubilis ⁊ cōpacta fore. Item dixit prius Prin. primi secunda doc. 2. sum. 1. c. 6. q̄ hyeme est magis cōstringens materias ⁊ in ipsa est plus ne cessariū sumere ea que incidunt ⁊ subtiliant ⁊ q̄ egritudinū hyemalium plurime sunt flegmatice: ⁊ in ipsa flegma fit multum. Non ergo cōuenit hyemali tēpore nutriens ex granis fortis soliditatis cum tale fit oppilatiuuz. ¶ Ad primū dic q̄ licz estate maior fiat resolutio vnde maior cibus ⁊ nutritiuior ⁊ resolutioni resistentior: cōpetere deberet: virtutis tamen digestiua plurimum ⁊bilitata ferre non sufficit tantū ⁊ talē cibū: quare opz paucum ⁊ subtilē dari qui digeri posit. Sed frequentius dandus est vt resoluta reparet ⁊ resolutioni resistat. ¶ Ad secundū dic q̄ licz hyeme propter robur innati caloris ⁊ virtutis digestiue cibus nutritiuior ⁊ magis solidus conueniat expedit tñ in ea sepe vti subtiliatiuis ⁊ aperitiuis sicut petroselino nasturcio feniculo anisо ⁊ similibus vt oppilationes ⁊ multiplicatio flegmatis prohibeantur.
¶ Et cibo ⁊c.) ¶ Jn. 3. dat tres regulas. Prima est: nullus sic ex cibo est replēdus vt in eius stomacho non sit locus vacuus adhuc capax cibi: imo quisq̄z a cibo cessare debet ipso adhuc aliquid appetitus habente. Nam post horam vnam reliquie famis ideſt appetitus relictus cessabunt. Cauſaz regule dat q̄ deterior comestionum est quo ad mensuram cibi que stomachum aggrauat sicut illa que totam eius implet cōcauitatē. Et peior potius est qui excedens temperamentuz natat in stomacho. Maz per vtrūq̄z digestio leditur ⁊ caput grauat fumis ⁊ vaporibus: cum nec os stomachi bene claudi possit nec cibus ⁊ potus ad ipsius fundus libere descendere qui digestioni deputatus est sicut os ipsius appetitui. Sed causa cessationis appetitus relicti post horam vnam est q̄: fundus stomachi cessat trahere ab ipsius ore ⁊ epar stomacho sanguinez transmittit per propias venas ⁊ vapores cibi quos digerens calor elevat os stomachi replent vnde cessat fames. Et in hac regula Prin. interserit vnum documentum. s. Quod vsus in hoc est conseruandus. i. consuetudo circa modum repletionis ex cibo ⁊ potu conseruari debet omni tempore si bona fuerit: si vero mala sicut in multis est more brutorum vitam agentibus qui nō cessant edere donec saturi sint ⁊ facies repletus non subito relinquenda est. Omnis namq̄z consuetudo subito ⁊ sine gradatione ablata illum cuius est offendit: vt ait Prin. trac. 1. secunde parti.

cantice

Universidad Autónoma de Nuevo León

saltē illud ꝛ tēperato: qz ōptīa natura tantū appetit quātū digerere bene pōt ꝛ in eo nō dz in ea retineri appetitus. ℙossumus ad illud dicere vno modo qz illud dictū nō est sic vr verum: nam nō est verū illud in stomachis calidis vt credo: qz nedum qz in istis post remaneat appetitus: ymo nec etiā ante appetitum. similiter etiā nec illud habebit veritatem in tēperato; vt tu arguis ita qz illud primum qđ dicit nullus ita est zē. bene est vniuersalr verum: sed sm qz postea dicit sed est ab eo removendus zē. non habz vniuersaliter veritatē. Vel ēt posset dici aliter per illud qđ dicit nullus. ¶ Iurta qđ intellige qz desideriuz est triplex. naturale vt illud qđ est aliorū membrorū a stomacho vel preter stomachū. ꝛ animale sicut quādo aliquis desiderat pomū vel aliud cibarium. ꝛ tertiū est desideriū ex istis dictis compositum naturali. s. ꝛ aiali quale est desiderium stomachi. modo tunc qz quantū ad desiderium animale homines vt plurimū plus comedūt qz debeant ꝛ qz requirat ēt desiderium naturale membrorū ꝛ compositū stomachi: qz ex hoc qz stant in delitijs semp plus comedūt: ꝛ ideo dicemus qz illud dictum erit verum ꝛ desiderio animali: non autem ꝛ naturali nec ꝛ composito bene ordinato: qz talia desideria non sunt retinēda: ꝛ isto modo bene illud dictum erit vniuersaliter etiam verum.

ad res acutas ꝛ non diligit dulces nec vnctuosas. ¶ Attende primo q appetitus corruptus dupliciter dicitur. Uno modo de desiderio nimio supercedente ꝓpriam speciem. Iurta illud Gal. 4. morbi. c. 7. Corruptio autẽ desiderij si fuerit in vltimitate quãtitatis fit illa species que desiderium caninum nuncupat. Causa eius vel erit pessimus humor acetosus pungens stomachum: vel quia corpus vltima dissoluit dissolutione vnde cibus continue fit necessarius. Alio modo de desiderio maloruz ciborum vel rerum impropotionatarũ nutritioni ꝓpter humores corruptos inficientes stomachuz. Iurta illud Gal. ibi. Desiderium autez malorum ciborum esse dico cum mali humores inclusi sint in pellicu lis stomachi ꝛ coniuncti. Sed hoc desiderium habent pregnantes cum habent malos humores in stomacho: quandoq; enim amant acetosa ꝛ pontica: qnq̃z acuta: quãdoq; chimoleam carbones ꝛ testas olle ꝛ similia. Et de isto corrupto desiderio tertius presens intelligitur. De quo dicit Principes tertij. 13. tracta. 2. capi. 10. Quando in stomacho humor aggregatur malus diuersus a consueto in qualitate sua natura tunc requirit aliquid ei contrarium: quapropter accidit quibusdam appetitus luti: imo carbonum ꝛ terre ꝛ gypsi ꝛ reruz huius generis propter qualitatem que in eis est ericcantem aut incidentez contrariũ qualitati humoris. Et rectius ad quod alteratur iste appetitus est vt fit decliuis ad acetosum ꝛ acutum. Et illud quod est magis corruptũ est vt sit decliuis ad ericcandum ꝛ siccum sicut est lutum ꝛ carbones ꝛ teste. ¶ Attende secũdo q in hoc desiderio non diliguntur dulcia nec vnctuosa: quia non habent virtutem incisiuam ꝛ abrasiuam corruptoruz humorum a superficie stomachi sicut acuta: sed potius substantiam leuiter ab his corruptibilem. ¶ Attende tertio q salsi pisces ante vomitum comesti dupliciter cõferunt desiderio corrupto. Primo abstergendo sua nitrositate corruptos humores a superficie stomachi. Secũdo simulando sua acuitate stomachuz ad vomitum. ¶ Attende quarto q radix raphani oxymelli incorporata siue simplici siue diuretico siue squillitico vehementer confert in isto casu propter virtutes incisiuam abstersiuam ꝛ prouocatiuam vomitus que est in vtrisq;. Iurta illud Principis tertij. 13. trac. 2. ca. 11. Et ex regimine experto ad hoc est vt sumat pisces salitos ꝛ raphanũ ſusuz in oxymelle. ¶ Attende quinto q non solum in isto casu confert hoc remedium: sed etiam plurimuz valet quoq; mense datum ad expurgationez flegmatum multiplicatorum in stomacho ex debilitate digestionis qui nõ habet quod ipsum expurget sicut intestina choleraz. Iurta illud Gal. 4. de vtili. pti. capi. 28. Ego deniq; vidi aliquãdo quẽdam ita dispositz in raphanidibus que per oxymel multitudinẽ quidem incredibilez quãdam grossissimi flegmatis vomentez: confestim autẽ sanum corporaliter factum ꝛ nimirum tribus mensibus anteriorib⁹ neq; aliud quid bene habebat ei eorum que fm ventrem neq; digestiones. Quoniã igitur necessariũ est in ventre ꝛ intestinis generari talem superfluitatẽ per alia demõstratum est. Una aũt ipsoz est sanatio solum oblatio eoz que grossa ꝛ viscosa dividere ꝛ incidere ꝛ expurgare possunt: hec Gal.

¶ Qui autem ꝛc.) ¶ In quinta particula dicit primo q homines pingues nõ statim post balneum comedere debent: sed tardare comestionem ꝛ parum dormire paulisq̃z comedant: vt calor eoruz tunc occupet in diminutione sue pinguedinis ꝛ humiditatis superflue que pinguedinis causa est. Secundo dicit q pinguibus convenit solum semel in die comedere: quatinus ieiunio sue tollantur repletio pinguedo ꝛ superflua humiditas: quibus disponũtur ad subitaneaz ꝛ improuisam mortem suffocationis vel appoplexie.

Amplius non ilico ꝛc. ¶ In hac parte. 11. primo ꝓhibet somnũ statiz post comestionẽ. Secõ fortez motũ. ibi (Et a forti.) Tertio potum atque plurime. ibi (Neq; post ipsuz.) ¶ In prima pti. dicit q non est bonũ dormire statim post comestionẽ dum cibus nonduz descendit ad fundũ stomachi sed adhuc natat in eo: qa si tunc dormiatur

potum.

potum. ¶ Iurta qđ dicit (superioris ventris) non intelligas soluz leuitatē oris stomachi: imo leuitatē totius stomachi ꝛ oīuz membroꝝ supra femur: ꝛoia enim illa membra in descensu cibi ꝛ stomacho ad intestina alleuiantur.

¶ Sed dices postea non videt qꝫ sit bibēduz post cibū ꝛ nō in cibo: primo qa nō est in assuetudine holuz: imo illud faciūt boues. Itez ēt rōne: qꝛ digestio fit p cōmixtionē: cum ergo qñ simul in cibo bibit fiat melior cōmixtio cibi vi qꝫ debeat bibi in cibo. ¶ Dico ad hoc qꝫ potꝰ est triplex. s. cōmixtiuꝰ delatiuus ꝛ sitis extinctiuꝰ. ꝓmus solum fit in comestione. scōs oꝫ fieri solū iam facta digone ꝛ cōpleta. tertius pōt competere ꝛ ante cibū ꝛ in cibo: ꝛ post qñcunqꝫ adest sitis. Et bene nota istā distōnez potꝰ que est a pte sui finis. naz ipsa iuuat te in multis locis. mō tunc dico qꝫ hic Auic. loquit ꝛ potu delatiuo: ꝛ ideo sic dixit: ꝛ per hoc tūc pz rnīsio ad ea que dicis. ¶ Intellige qꝫ si sitis sit vehemens qꝫ oꝫ dari aq̄ pauca frigida: pauca quia multa faceret cibum natare. frigida vo vt ipsa meliꝰ sitim extinguat ꝛ vt melius repimat fumos qui eleuantur ex cibo ad caput ꝛ vt coadunet cibū in stomacho ꝛ vt constringat stomachuz melius super ipsum. debet autez bibi suggendo: qa ipsa sic magis refrigerat partes pectoris que ad sitim addunt. Item etiaz quia

> a' forti motu quātum plus possibile est abstinendum ne cibus anteqꝫ digeratur penetret: aut sine digestione labatur: aut propter inundationē corrumpatur: neqꝫ post ipm multa bibenda est aqua que inter ipsum ꝛ corpus stomachi separationē faciat ꝛ ipsum faciat natare: sed expectādum est ꝛ nō est bibēduz donec de stomacho descēdat. Et hoc qdez declarat superioris ventris leuitas: qꝫ si sitis' ei necessitatē fecerit modicū aque frigide suggēdo sumat: ꝛ q̄nto plus fuerit frigida tanto minus ex ea sufficiet. Et hec qdem quātitas stomachū alleuiat ꝛ colligit. Ad summuz vo opz vt post comestionez bibat aquis: ꝛ non in hora comedendi quātitatez aliquā que cibo conferat. Sitim aūt tolerare ꝛ cū ea dormire ifrigidatis ꝛ humectatis cōfert ꝛ febres ex cholera rubea habētibus nocet: ꝛ similr tolerare famē. Cholera preterea rubea abundantibus ex tolerātia famis accidit vt cholera rubea ad ipsorum descendat stomachos. Cūqꝫ aliquid comederint ipsoꝝ corrumpent cibi

¶ Et a forti ꝛc.) ¶ In scđa dicit qꝫ quilibet fortis motus statim post comestionem possetenus est vitandus vt cibus nō penetret antesui digōnē nec inferius descendat a stomacho ad intestina sine digone pp apertionē viaꝝ a motu ꝛ a caliditate que a motu fit nec in ventre corrūpat agitationibus ꝛ inundationibus ipsius in eo. Hec. n. accidētia fortis motus post comestionez operari solet. Iurta illud Gal. libro de virtute cibariorꝫ. c. i. Et in quo motus sequit cibū descēdit cibus de stomacho ꝑter digōnez suā ꝛ intrat venas sine mutatione ꝛ adducit in epate ꝛ renibus oppilationē ꝛ morbū in reliquis mēbris: ꝛ aliqñ est mēbrū debile vt stomachus: ꝛ natat in eo cibus cui nō iniungas somnū donec descendat cibus de stomacho. ¶ Sed instabit aliqs: qꝛ videmus laboratores grossis vti cibariis sicut fabis caulibus lardo bene salso caseo ꝛ tartis: ꝛ sup his fortibꝰ moueri motibus: nec ꝙqueri solitos de indigestione ꝛ oppilatione: imo videntur istos grossos cibos melius digerere qꝫ post cibuz quiescentes. Ad id Gal. i. de alimentis. c. de furmēto ait. Carnes vacue. i. mēbra inanita tota die laborantiū eripiunt ex ventre nō solū semidigestū: sed ēt penitus indigestū aliqñ humoreꝫ qñ post cibos laborāt. Et pp hoc egritudinibus gravissimis posterius isti egrotant ꝛ ante senectutē moriunt. Et hoc ignorantes multi beatificant ipsoꝝ robur corpis videntes comedētes ꝛ digerētes que nullus nostrū pōt inducere ꝛ digerere. Quoniā aūt in his q multū laborant somni pfundiores fiunt ꝛ hoc multū ipsis ad digōnez ꝙfert pp hoc minus a prauis edulijs ledunt. Si aūt cogas eos vigilare pluribus ꝙsequēter noctibus mox egrotabunt. Illi quidē igit vnū hoc solum bonū. s. somnū profundum hñt ad digōnem maloꝝ ciboꝝ: hec Galenus. ¶ Neqꝫ post ipsum ꝛc.) ¶ In tertia dicit primo qꝫ aqua plurima non est bibenda post comestionē ne defluens inter stomachū ꝛ cibuz a stomacho separet ꝛ ipsum in eo natare faciat: imo potus differendus est donec cibus descenderit de stomacho. Et scđa cantice tra. i. c. 4. ait. Et ēt vitandus potus aque in mensa nisi rōne adherentie ꝛ tardi descensus buccelle. Non est ēt sumenda aqua cū cibo nec in egressu a balneo. Et Auer. in cōmento ait. Causa quidē huius est: qū cum sumit aqua sup cibū priusqꝫ stomachus calefecerit ipsum infrigidat ipsum ꝛ incrudat. Est etiā cā quare supernatet cibus sumptus in stomacho: ꝛ quare ēt non adhereat ꝛ vniat eidem ꝛ conterat ipsum sicut exigit. Actio nāqꝫ stomachi super cibum sumptum fit conterendo ꝛ coquendo simul: vñ sicut cū infunditur simul ꝛ in magna quātitate aqua in olla ꝓpter hoc tardatur cibi decoctio in eadem: sic quidem contingit inde ipsi stomacho: hec Auer. Scō dicit qꝫ cibus a stomacho cognoscitur descendisse per alleuiationez superiores partis ventris que est regio stomachi: ita qꝫ pars illa leuis ꝛ vt vacua manifeste apparet. Tertio dicit qꝫ si sitis infestauerit ꝛ coegerit bibere ante cibi descensum sumat tunc modicū aque q̄si suggēdo. Et quāto frigidior hec aqua fuerit: tanto minus ex ea sufficit: qꝛ suo frigore sitim extinguit sicut humiditate. Quarto dicit qꝫ hec modica quātitas aque stomachum alleuiat ꝛ colligit. Alleuiat quidem a siti. Alleuiat etiam cooperando ad descensum cibi. Colligit autem sua frigiditate coadunans partes stomachi. Et scđa cantice trac. i. capi. 4. ait. Si tū quis ex modica potentia tolerādi sitim vigeatur: sumat ex ea parum. s. qꝫ declinatio ꝛ impulsio cibi ad inferius stomachi compleatur quatinus ibidem digeratur. Sed contra dicit Hip. tertio regi. acu. cañ. 42. Aque vero nullum inueni vsum nisi qꝛ in acutis bibitur morbis. Et paulo infra dicit. Rugitum facit in stomacho natat: qꝛ transire moratur eo qꝫ frigiditati pertinet ꝛ indigestibilis est': nec vrinā prouocat: non nutrit: qꝛ naturaliter non hz fecem. Et Gal. in commento ait. Hanc ergo aquā quāuis fit melioꝛ aquaꝝ: tñ inuenimus eam morari in stomacho tpe longo quare facit accidere in eo fm plurimuz rugitum. Et libello de aquis ait. Oīa aūt nō nutrit aqua: sed solū est vehiculū cibi Hippocrati ꝛ crisippo ꝛ Herasistrato vī. Et ꝓpterea neqꝫ vitalem virtutē putant eam ꝙferre. Et hec est cā quare iubent mellicratū ꝛ orimel ꝛ vinū dare in egrotātibus abscedendo ab aqua.

¶ Ad primū dic qꝫ Hyp. voluit aque non inesse virtutem aliquaz confortandi

> nus ex ea sufficiet. Et hec qdem quātitas stomachū alleuiat ꝛ colligit. Ad summuz vo opz vt post comestionez bibat aquis: ꝛ non in hora comedendi quātitatez aliquā que cibo conferat. Sitim aūt tolerare ꝛ cū ea dormire ifrigidatis ꝛ humectatis cōfert ꝛ febres ex cholera rubea habētibus nocet: ꝛ similr tolerare famē. Cholera preterea rubea abundantibus ex tolerātia famis accidit vt cholera rubea ad ipsorum descendat stomachos. Cūqꝫ aliquid comederint ipsoꝝ corrumpent cibi

isto modo aqua ipsa pārtibus mery magis adhæret: vnde magis tūc humectat mery: ꝛ per q̄ns melius sitis extinguit. ¶ Ulterius intellige qꝫ illis per famez attrahitur cholera: quia attrahitur illud qđ in eis abundat: sed abundat in eis cholera: quare ꝛc. Item intellige qꝫ illud est causa casus appetitus: quia appetitus fit ex inanitione ꝛ illud replet. s. cholera.

¶ Sed dices cum cholera calefaciat stomachuz ꝛ confortet digestionem: nō vꝫ fit causa corruptionis. cibi. ¶ Item dices cuz hic fit cholera ꝛ cholera marie sit apta purgari per vomitum deberet fieri vomitus ꝛ non secessus. ¶ Dico ad primum qꝫ cholera in stomacho est causa corruptionis cibi subtilis inquātuz ipsa ignit stomachum qui eas adurit: ꝛ ēt cibi grossi inquātuz ipsa cum eis miscetur ꝛ cōuertit eos ad se. Et qđ tu dicis dico qꝫ cholera que confortat digōnez non ingreditur stomachū sed manet extra pelliculas stomachi scilz in ꝓpleron: sed ista de qua hic loqmur ingreditur ipsum stomachuz. ¶ Ad aliud respōdeo qꝫ si ipse esset aptus ad vomendum qꝫ bene esset melius: sed quia pauci apti sunt ad illud: ꝛ iste habet stomachum debilem si amplius cogeretur vomere magis eū debilitabit ꝛ magis induceret abominationem: ꝛ ideo facimus sellam.

Jacobus

miatur calor interius fortificatus operans in cibum facit euz abunde effumare ad caput vnde somnus somnijs turbatur cerebrum replet ꝛ caput dolet. Sed huius ꝓrariū ꝛterminat ꝓm. partis scde cantice. 41. dicens. Est quoqꝫ imediate post comestionem dormiendum accumbendo donec ad locū digestionis pervenerit cibus sumptus. Dic qꝫ illud dictum ꝓncipis conditionaliter intelligitur. s. si aliquis dormiat imediate post comestionez dormiat accūbendo. s. non prostratus: sed capite ꝛ spatulis eleuatis. Iurta illud Auer. in cōmento dicti cantici. Congruit quidem vt cum quis dormit imediate post comestionem qꝫ dormiat accūbendo capite. s. erecto donec cibus ad inferiora corporis descenderit ꝛ hoc repletio capitis a fumis ꝛ vaporibus minuatur. Nam somnus imediate post comestionem factus replet caput fumis ꝛ vaporibus: hec ille.

De partibus.

ac nutriendi vt alijs potibꝰ: neqꝫ subtiliare aut aperire virtute aliqua activa: qꝫ si penetret ꝛ cibū cui cōmiscet penetrare faciat hoc sibi inesse ex subtilitate substantie. ¶ Ad scōm dic qꝫ aqua modica suggēdo bibita neqꝫ natat neqꝫ rugitū facit: sed plurima bibita. ¶ Ad tertiū cōcede qꝫ aqua nō nutrit ꝛ qꝫ vinū melius est aqua taz in sanis q̄z in egris nō vehemēter febricitātibus. ¶ Ad tertiū dicit qꝫ sicut cū cibo nō ꝙuenit aqua plurima: sic nec vinū ꝑm. Iurta illud Gal. lib. de virtute cibariorꝫ. c. i. Nec opz vnāqꝫ recipiat ex vino multū in ꝓncipio acceptionis cibi ne descēdat cibꝰ cū vino ꝛ ꝓhibeat digōnez ꝓpterea qꝫ separat inter sibam ꝛ primū cibū: qꝛ qñ nō tangit stomachus cibū nō mutat ipm in fibritudinē ꝛ cōuenientiā corporis: sed remanet in eo indigestus. Quinto dicit qꝫ ad summū. i. breuiter ꝛ summarie loquēdo nō omni hora comedendi: sed post comestionem oz sumi quātitas potus que cibo ꝙferat. s. primitꝰ modica quātitas q̄si suggēdo qui cibo prmirtus reddat ipm plus passibilez ꝛ capacē digōnis: ꝛ is potus permixtiuꝰ oī. Postea quātitas maior: duz cibꝰ in stomacho digestus fuerit vt ducat ꝛ faciat penetrare cibū: ꝛ is potus oī ductiuꝰ. Eiusdē snīe meminit Gal. lib. de virtute cibariorꝫ. c. i. dicēs. Et debent isti tales qui accipiunt cibū cū eo sumere de vino qđ tñ sedet sitim ꝛ abstineāt se cū quāntate qua pñt ꝛ quiescāt donec digestio fiat: postea sumant de vino post ista ꝑ put optant. Nam ipsuz adiuuat ad descensum cibi ꝛ subtiliat vt penetret ꝛ ingrediat in venas subtiles. Id hodie nō practicatur nec a sapientibꝰ nec a simplicibus: sed hodie prandy ꝛ cene bibūt satis ꝛ vltra satis ꝓ potibus permixtiuo ꝛ conductiuo.

Sitim autem ꝛc.

¶ In hac pte. 12. primo agit de vtilitate tolerantie famis ꝛ sitis ꝛ supdormitiōe in flegmaticis ꝛ nocumēto in cholericis. Scō de incōuenientibꝰ que cholericis accidūt ex tolerātia famis ꝛ de remedio vando priusqꝫ comedant. ibi (Cholera ꝑterea.) Tertio rndet tacite qōni. ibi (Lz corpora.) ¶ In prima pticula dat tres reglas. Prima est tolerātia sitis ꝛ somnus sup eā ꝙferūt frigidis ꝛ humidis. s. flegmaticis sive a nā sive ab accidenti fuerint tales: qꝛ taz' ex siti q̄z ex somno super hāc calor acuit in interioꝝ ꝛ fortificat: ꝛ cū reperiat illic humiditates indigestas plurimas partiz eas digerit ꝛ in sanguinē vertit partim resoluit: corrigit igitur vtrūqꝫ lapsum friditatis. s. ꝛ humiditatis. Scōa regula est: tolerare sitim ꝛ supdormire nocent patientibꝰ cholericas febres: qꝛ calorē acuunt: cholerā multiplicant: ꝛ oīa mēbra superfluefficant ꝛ ad ethicā disponūt. ¶ Sed cōtra: dicit Hippocras vbiter neminē accipiendo aph. 5. aph. 28. Quibuscūqꝫ est desiderū noctu bibere valde sitientibꝰ si sup hoc dormierint bonū est. Dic qꝫ Hip. ibi loquit de siti mendosa qualis fieri solet ex vino forti sine aqua bibito vel ex aliquo acuto aut salso comesto: vel ex flegmate salso qđ innacet stomacho. Talia. n. tolerantia sitis ꝛ somni auxilio vel digeruntur vel resoluūtur ꝛ post expergefactionem absq; siti se reperit tolerans. Sed in siti vera que ex pēnuria humidi roridi mēbroꝝ ꝓuenit expedit bibere nō supdormire. Iurta illud Gal. cōmēto dicti aph. Sanitas ergo custodit hoc mō. Si humiditas parua est cōpleat cōpetēter ne calor augmētatus extinguat. Si aūt sitis parua est nō est necesse bibendi detur licentia. Sed si ex parua sit humiditate: licētiā oꝫ dare. Si ex multo vino: nō indiget poto dando. Si enīz dormierit quiescit sitis. Tertia regula est tolerare famez: similr iuuat flegmaticos ꝛ nocet cholericis. Iuuat equidez flegmaticos: qꝛ tempore famis calor nālis digerit humores crudos ꝛ in sanguinē cōuertit pinguedinez minuit ꝛ aliqđ remittit de lapsu corporis in frigiditate ꝛ humiditate. Nocet autem cholericis plurimū: qꝛ choleram acuit corpus demacrat ꝛ ipsius caliditatem ꝛ siccitatem ad vlteriorem lapsum perducit.

¶ Cholera preterea ꝛc.) ¶ In scōa primo tangit nocumēta quatuor euenientia cholericis ex tolerantia famis. Primū est derivatio cholere ad stomachos eoꝝ. Naz fames facit ebullire cholerā: que qa levis est ꝛ facili stomachū petit ꝛ ꝑcipue oꝝ eius. Scōm est corruptio cibi sup famez accepti post derivationē cholere ad stomachū taz ex permixtione cholere cum cibo q̄z ex calore extraneo inducto per cholerā ꝛ famē. Tertiū accidens evenire solitū ex corruptione ciboꝝ in stomacho tam in somno q̄z in vigilijs. In somno quidez turbatio cerebri cū phantasys ꝛ somnijs horrendis ꝛ revolutione de latere in latus. In vigilijs autez dolores capitis ꝛ stomachi fetor oris ꝛ eructuationes fetide. Quartū est deperditio appetitus ꝓpter infectionē oris stomachi ex humoꝝ corruptis ꝛ eoꝝ fulginibus ꝛ extraneo calore. Scōo dat remedia cōtra ista nocumēta: ꝛ dicit qꝫ dādum est medicamen qđ deponat hoc. i. euacuet a stomacho tam cibū corruptuz q̄z choleram sibi infusam: ꝛ resoluat eoꝝ naturam. i. solvat ventrem patientium hoc: ꝛ sit illud medicamē lene seu lenitiuū vt totum inferius lubricare faciat ad intestina: ꝛ non sit fastidiens sicut cassia fistula vel manna ne natet in stomacho longo tpe: sed potius appetitū excitans: sicut pruna: aliqđ acetositatis habentia:

¶ Ex corpora humida.) ¶ Hic dices non videf esse verum q' corpora humida nō tantū tolerent famez q̄tū ficca: quia flegmatici sunt humidi ⁊ magis tolerant famez q̄ cholerici qui sunt sicci. Item illi qui per famez reducunf ad temperamentum melius tolerant famem q̄ illi qui per eam distemperanf: sed humidi per eam reducunf ad tēperamētum ⁊ sicci magis distemperanf: quare ⁊c. Rnde q' habētes corpora humida nisi abundent in superfluis humiditatibus indigestis q' ipsi peius tolerāt famez q̄ alij. Et ratio huius apparet ex sensu primo: ga pueri qui sunt humidi pessime sustinent iejunium q̄ senex qui sunt sicci. Et declaratio per causaz est: ga illi a quibus magis resoluf ⁊ magis appetunt ⁊ plus debilitanf in tpe famis minus pñt sustinere famē: ga illa duo. s. magis appetere ⁊ plus debilitari ex fame facit non sustinere famē: sed pueri magis appetūt ⁊ magis debilitanf ex fame q̄ senex ⁊ etiā humidi: ga cholerici non sic appetunt: quare ⁊c. Et quod tu dicis primo dico q' flegmatici habēt humiditates supfluas indigestas: sic etiaz ego dicebam. Item etiaz ga nos loquimur de humidis: sed flegmatici magis sustinēt etiam quia sunt frigidi. ¶ Ad aliud dico q' imo magis humidi distemperanf siue habeant illas humiditates superfluas siue nō habeant: ꝓpterea q' magis resolvūtur q̄ illi ⁊ magis consumif de humiditate nāli eoꝝ: ⁊ ideo nō valet.

¶ Sed dices male addit cum bone fuerint: quia ille humiditates si bone sint siue male semper adiuvant ad sustinendum famez: ⁊ ideo debebat generaliꝝ dicere quecūq; essent. Dico q' bene verum est q' utreq; adiuvant: ad sustinenduz famez: sed quia q̄ñ ipse sunt bone magis adiuvant: quia magis conuertātur in substantiaz membroꝝ: ideo appropriate specificant de bonis.

a ¶ Vinum quoq; ⁊c. ¶ Hic ponit cañ. de re. cibi comparati ad vinum. Vlterius intellige q' illa nocumenta vini vnum sequitur ad aliud. naz ex eo q' ipm citius digeritur q̄ cibus facit ipsum penetrare indigestum: ⁊ ex hoc facit oppilationes: ⁊ ex hoc postea sunt putrefactiones.

¶ Sed dices tu hic ergo nunq̄ potabimus vinum: non enim possumus bibere post cibum vt hic dicit. nec in cibo: quia ipsuz similiter citius digeritur q̄ cibus. nec etiam ante cibum: quia facit spasmuz ⁊ alia vt ibi in aphoꝝ. 11. scde parti.

Jacobus

⁊ parū riasset. i. rob de succis fructuū solubilium larantium ventrē: vt thamarindoꝝ ⁊ granoꝝ vtriusq; maligranati dulcis: vz ⁊ acetosi simul expressoꝝ cū suis pulpis. Tales. n. succi siue per se inspissati in forma rob seu non inspissati cū sua vi solutiua quadaz acetositate participant qua appetitum excitant ⁊ stomachum ad cibum delectabiliter suscipiendum preparant. Tertio dicit q' q̄ñ redierit eis appetitus post purgationem corrupti cibi ⁊ cholere: tunc statim comedant ne rursus ex fame nova deriuetur cholera in stomachum que cibum corrumpat.

¶ Licet corpa ⁊c.) ¶ In. 3. parti. rñdet huic tacite cōni: quis leuius famē tolerat vel humidus humiditate nāli vel siccus pauce humiditatis. Et rñdet dicens: q' hītes corpa humida humiditate nāli sunt apti velociꝝ resolutioni: nec tantum famis tolerant quātuz sicci corpe: nisi pleni fuerint humiditatibus alijs ab his que sunt in substantia suoꝝ mēbroꝝ bonis ꝙuenientibus ⁊ aptis vt per actus nutritionis a nā fiant nutrimentū cōpletū in effectu. s. cābiuz: ⁊ tandē pars mēbri per assimilationē integram. Cuius rei signū est q' pueri per naturā humidi difficilius ferunt ieiuniū q̄ iuuenes ⁊ senes per nām sicci. Et infantes nā humidissimi minime oium ferunt ieiuniū vt ait Hip. apho. prima cañ. 13. illo. Senes facillime ferunt ieiuniū. Et huius reddit rōnem Bal. cōmento huius cañ. primo particule apho. Et qui crescunt: dicens. Substantia aūt infantuli est parū terrestris. Et parte. n. maxima aerea est ⁊ aquosa iuuentus pfecta his ꝙtraria est: quicquid aūt de substantia humida dissoluif multomagis est q̄ñ q̄d de sicca etsi in calore sint paria vel equalia. Et ad id est rō: q' sicca corpora sunt humidis duriora. Durū vero plus molli resistit resolutione sui humidi radicalis sicut clare apparet in candenti ferro ⁊ lignis incēsis. ¶ Sed instabit aliqs q' simili rōne boies sanguinei minꝰ tolerare possent ieiuniū q̄ñ cholerici ꝙtra id Bal. 8. megategni. c. 8. Sed tñ hec corpa que calida sunt ⁊ humida tolerabiliora sunt cholericis in patiēda fame ⁊ siti. Et pp hoc cū iussuz erit triduanū ieiuniū sustinere nō nocet eis sicut cholericis. ¶ Dic q' sanguinei melius cholericis pp tria sustinent famē. Primo q' amplius habent de substantifico humido. Scdo q' plus habent de humido nutrimētali. Tertio ꝓpterea q' calor eorum nālis est remissior ⁊ minus acutus q' iunctus humido: sed si sanguineus ⁊ cholericus essent eiusdem etatis ⁊ similes in gradu caloris ⁊ equaliter prouisi humido nutrimentali sanguineus mollis minus famez toleraret cholerico puro sicut puer iuuene.

Vinuz quoq; ⁊c. ¶ In hac. 13. parte primo agit de nocumentis vini post cibū. Scdo de nocumētis rerū dulcium ⁊ oppilationū. ibi (Res ꝓterea.) Tertio de nocumentis grossitiei aeris ⁊ aque remedijs eoꝝ. ibi (Grossities ꝓterea.) Quarto de nocumentis grossoꝝ ciboꝝ in hūtibus ītestina calida. ibi (Et ꝓterea.) Quinto de nocumētis cibi grossi assumpti post cibū subtilē in stomacho vacuo iam prius receptū. ibi (Qui aūt stomachū.) ¶ In ꝑma parte phibet vinū dari statim post cibū dicens: q' vinū post cibū est ex rebus magis impedientibus. i. nocuis: q' facile digerif ⁊ penetrat pp propinquitatē eius ad sanguinē ⁊ ꝙuenientiaz eius cū humano corpe ⁊ subtilitatē substantie ipsius. Et ex velociꝝ penetratiōe eius tripliciter nocet. Primo quidē q' penetrare facit ⁊ secū ducit cibū cui ī mīscef nonduz digestum. Scdo q' hereditare facit. i. diu permanere oppilationes in vijs strictis: vt in venis capillaribus epatis ad quas perducat partes cibi grossas nondū digestas. Tertio q' est cā putredinis pp ꝙculcatioaez humoꝝ ꝓhibitionē libere euentationis eoꝝ in partibus oppilatis. ¶ Attēde ꝑmo q' nec statim ante cibū nec hora cibationis nec statim post cibū est plurimū vini vanduz p modū ductui potus. sed paz

Facilius est repleri potu: ergo nunq̄ ⁊c. Dico q' potest potari post cibum: ⁊ hoc quādo cibus est digestus: ⁊ simul etiaz in cibo: quia tunc facit ad melioꝝ cōmixtionem ⁊ digestionez: ⁊ etiam potest ante cibū sicut de mane: ⁊ hoc ꝓpterea primo vt cibuz digestum de sero precedenti assumptū vt faciat penetrare. Scdo etiaz vt si quis ex illo indigestum remāserat q' illud digerat. Et qd tu dicis dico q' non potest. s. anteq̄ sit digestus. Et qd tu dicis q' nec in cibo: quia ⁊c. Dico q' illud esset verum quando acciperetur quātitas vini nimis multa: quia tūc bñ faceret citius penetrare: sz accipiendo quātitatez paruam ⁊ sepe sicut fieri debet ad cōmixtionem illud nō facit citius penetrare: imo totum simul digeritur. Et qd tu dicis q' nec ante. dico q' quādo aliquis nō est famelicus ⁊ est ibi humiditas aliqua q' tunc bñ competit: sed post famē nō pp illud qd dicebas.

in effectu completū cōuertat. ¶ Vinum[a] quoq; post cibuz est ex rebus magis impedientibus: quoniā digeritur velociter ⁊ penetrat ⁊ facit penetrare cibum cū nōdum sit digestus ⁊ facit hereditare oppilationes ⁊ putrefactionez. ¶ Res preterea dulces[b] ad faciendas oppilationes sunt veloces: quoniam natura eas trahit anteq̄ digerantur. Et oppilationes quidem ad multas perducunt egritudines tales q̄lis est hydropisis. ¶ Grossities[c] ꝓterea aeris ⁊ aque ⁊ q̄ maxie est in estate est ex eis q̄ cibū corrūpūt. Ideoq; non est malū vt sup ipz vinū tēpatū bibāt aut aquā calidā in q̄ cocta fuerint xyloaloes ⁊ mastix. ¶ Et preterea[d] cui intestina ca-

b ¶ Res preterea dul. ⁊c. ¶ Hic ponit cano. de re. per cibos dulces.

¶ Sed dices superi° ipse dixit q' cibus ⁊ appetitus naturalis est dulcis. Item Gal. in de simplicib°. 4. distin. 3. c. 5. ⁊ in multis alijs locis dicit q' nihil nutrit nisi dulce. qd autem nutrit nō oppilat. Dico q' dulcedo est dupler: q̄dā est moderata ⁊ q̄daz est excedens ⁊ manifesta. Jtē dulcedo quedam coniungif cum substātia grossa: ⁊ quedam cuz substantia subtili. Modo tunc hoc debet intelligi de multum dulcibus: ⁊ qñ cōiungitur cum substantia grossa maxime: ⁊ tunc qd tu dicis pz.

c ¶ Grossities ⁊c. ¶ Juxta qd intellige q' aer grossus corrūpit cibū mediate: quia cū aer distemperatus ⁊ grossus sit pueniens ad cor debilitat calor: cē: ⁊ sic pessimus cibi digōnez ⁊ ita mediate: sed aqua illud facit īmediate: q' īmediate pueniat ad stomachū. hoc aūt est maxime in estate ꝓpter duo: q' tunc nos marie indigemus refrigerari per aerem ⁊ extinctionē sitis: ⁊ ideo tūc plus assumimus de istis malis ⁊ grossis q̄z in alijs tēporib°: ⁊ iō magis nocet. Tunc scdo ēt: ga calor nālis in estate magis est debilis q̄z in alio tpe: vñ ēt illa magis nocēt. Jtē docet remediari per illa eo q' ipsa aliqua corrōpūnt ⁊ aliq̄ stomachū. q' aūt dicit temperatū intellige ⁊ in quātitate ⁊ in pmixtione aque etiam.

d ¶ Et preterea ⁊c. ¶ Hic ponit cañ. de re. habentis intestina multum calida. ¶ Non videf q' ꝓpter grossuz nutrimēta fiant vētositates: q' supius habuimus

stomacho

Be partibus.

er eo tute dari pōt his qui cōsueuerunt hora comestionis mō permixtiui potus. Juxta illud Principis. c. sequenti. Sup cibū tñ duas bualas aut tres bibere nō nocet ei q' assuevit. Et est buala pondus. z. ℥. ¶ Attende scdo q' hoc vinū qd cuz cibo sumif nō est accipiendū in pncipio comestionis ne statim labaf indigestuz ad epar nec in fine ipsius ne supernatando cibo libere ⁊ abunde effumet ad caput: sed quasi in medio comestionis. ¶ Attende tertio q' huius ꝓtrariū practicant hodie nobiles ⁊ clerici marime in gallijs post grās bibentes vt cibi vias a micis abluant ⁊ cibi reliquias inferi° deducāt vel poti° vt fauces irrigēt ⁊ crapulosa voluptate demulceant: cōtra id Gal. 7. de inge. c. 7. Opz tñ nihil post cenaz bibi vt cibus digeraf. Cuz. n. bibif cibus natat in stomacho nō adherens se ad substantiā stomachi ꝓpter humiditatē inter ipm ⁊ cibū existentē. Sed Gal. visus quodāmodo lectatorib° cōpati statim subiungit. Sed cuz sitim hītes non bibant pena erit fine iuuamine vnde opz tantū potus dari quātuz in siti mitigāda sufficiat: cibo aūt digesto quātuz necesse est accipiant: hec Gal.

¶ Res ꝓterea ⁊c.) ¶ In scda dicit primo q' res dulces sicut muscadelluz ⁊ lac sunt apte de leui facere oppilationes: q' mēbra marie epar delectanf in eis plurimū: quare trahūt ea prius q̄ cōplete fuerint digesta. Ad id etiā iuuat q' dulcis sapor fundaf in substātia grossa sicut ait Pauli. 7. hui°. trac. 1. c. 3. ¶ Attende q' dulcia oppilant epar ⁊ splenem: q' trahunf ab eis cū fece sua pp delectationem anteq̄ digerant sed deoppilant pulmonē: q' ab eis in suo trāsitu p mery nihil nisi subtile ad ipm resudat: ⁊ sanguis genitus ex rebus dulcib° ad pulmonē venit iam putrefact° in epate prius ⁊ in corde subtiliat°. De epate gdez ⁊ splene q' per dulcia oppilenf fidē facit Hip. 3. regi. acu. dicēs. Dulcis potus viscera inflat splenē vz ⁊ epar. Et Gal. 13. megategni. c. 8. dis. 3. ait. Omne dulce cā est apostematis in epate ⁊ splene. Sed de pulmone q' per dulcia deoppilef ⁊ epar ⁊ splen nō. Bal. testaf. 3. re. acu. cōmē. illi° cañ. Dulcis potus: dicēs. ℔dembū cui aduenit nocumentū post epar ex vino dulci est splen. Res aūt nō est ita in egritudinib° pulmonis qñ est retētus in cānis que sunt in eo humor grossus. Qd est qa penetratio ei° in epate est ex venis que vicunf porta ampla ad venas strictas que sunt in latere ei° cōcauo. In pulmone aūt accidit ꝓrium illius: qd est qa qd ꝓuenit ad cānas ei° est post penetratiōē eius in venis multis ⁊ digōnē eius in eis. Scdo dicit q' oppilones pseuerātes tandē pducūt ad tales morbos qualis est hydropisis. Nam si oppilo in epate fuerit ipm debilitat nec p eū sinit libere trāsire chilum: si in porto fellis cholera redit ad epar: si in porto splenis melā: si in vijs vine sanguis aquositas: vñ multū ledif ⁊ debilitaf sanguifica virt° ⁊ superfluitas vel chimus aut chilus a suo ꝓhibit° nāli cursu circa epar ⁊ ventrē paulatiz aggregaf ⁊ in tumorē eleuat que sunt cāe ꝓpie ⁊ potiores hydropisis.

¶ Grossities ⁊c.) ¶ In. 3. primo q' grossities aeris ⁊ aque est de corrūpentib° cibū marie in estate: q' cōiter aer ingrossaf ex vapoꝝ cōmixtione q' calore estiuo vel de leui corrūpunf: vel ad corruptionē pni fiunt. Grossus igif aer imixt° cibo q̄ masticaf ⁊ cū eo transiens vsq; ad stomachū sua grossitie digōnem turbat ⁊ disponit cibuz ad corruptionē suis vapoꝝ. Idem efficit aqua grossa: ⁊ ꝓterea moratur ⁊ morari facit cibū in stomacho sua grossitie ⁊ indigestibilitate. Scdo dicit q' nō est maluz cōtra grossitiem aeris ⁊ aque bibere super cibuz vinū temperatū: vel aquā decoctionis ligni aloes ⁊ mastices: vt per alterū horū ꝙfortatus stomachus melius digerat ⁊ cibus qui in eo est a corruptione custodiaf.

¶ Et preterea ⁊c.) ¶ In. 4. dicit q' frequenter accidit habenti intestina calida ⁊ fortia dum comederit cibum grossum precipue melancholicuz sicut caules fa-

bas bouem

stomacho multum calido debent cibi multum grossi ⁊ tales bene digerũtur ⁊ non conuertunt in ventositates. Item cadez est ꝓportio intestinoꝝ multum caldorum ad cibaria multum grossa ⁊ temperate calidoꝝ ad temperate grossa: sed temperate grossa digeruntur in temperate calidis nec conuertunt in ventositates: igitur ꝛc̃. Dico ꝙ quia intestina sunt fortia ⁊ multũ calida subito ipsa agũt in cibum: ⁊ quia ille est multuz grossus resistit: vnde aliquas non potens digerere resoluit in ventositates. Et qđ tu dicis: dico ꝙ superius ipse loquebat de stomacho: cuius operatio est digerere. hic autez logt ꝛ intestinis quorũ opatio est ꝺferre ⁊ in illa relatione fit illud. Ad aliud dico ꝙ non est simile propter illud quod dixi.

a ¶ Qui autez ꝛc̃. ¶ Hic ponit cañ. ꝛ regi. eius qui habet stomachum multuz inanitum.

¶ Iuxta quod dices non videtur ꝙ grossus cibus debeat premitti cum superius posuerit cõtrarium. ſ. ꝙ subtilis premittat. Itez Hip. ⁊ Gal. 2. regi. cõmẽto 19. dicunt ꝙ ille qui famez sustinuit magis peccat qui dat ptisanã ꝗz qui dat succum: ergo succus siue cibꝰ subtilis debet premitti. Itẽ quia ex inanitione ipse est factus debilitatus: ideo ꝛ detur subtilis. Dico vt dicit Auicẽ. ⁊ hoc qñ fuit famelicus. Et quod tu dicis primo dico ꝙ superiꝰ ipse loqbat qñ nõ erat famelicus. hic aũt logt qñ ẽ famelicus. ¶ Ad aliud dico ꝙ ex illo non vult ꝙ succus debeat premitti: sed vult ꝙ si detur solum vnuz ꝙ melius est ꝙ detur solum succus. ¶ Ad aliud dico ꝙ bene debet diminui ⁊ attenuari cibus ⁊ in quantitate ⁊ in qualitate: ꝫ nihilominus si debẽt accipi duo vnus grossus ⁊ alter subtilis melius est ꝙ premittatur grossus.

lida fuerint ⁊ fortia cum grossum comederint cibuz frequenter accidet vt ipsius nutriens vẽtositates efficiet ⁊ stomachuz ⁊ partes eius tendentes: ⁊ egritudo myrachia inde ét ꝓcedit. ¶ Qui autez[a] stomachum habet vacuum cum rem comedit subtilem stomachus post ipsam stringitur: ⁊ si postea rem comedere voluerit grossam refugiet ab ea stomachus neqz eum digeret quare corrumpitur nisi inter ea tempus positũ fuerit. Et in hmõi quidem dispositioue melius est vt grossus cibus paulatim premittatur: quoniam stomachus tunc a subtili non terrebitur.

¶ Cum autem[b] in aliquo comedente repletio superfluerit: aut quia in eiꝰ stomacho aliquis inundauerit motus aut aliquis admiscebitur potus ad vomendum erit properandum. ¶ Qđ si hoc[c] ei defecerit aut vomere non potuerit aquam calidam paulatim bibat: quoniaz repletionem deponet ⁊ somnum afferet. Ad dormiendum ergo se prosternat ⁊ quãtuz voluerit dormiat. ¶ Qđ si hoc[d] non sufficerit aut ei non aduenerit considera si tenatura excusabit expulsione bonum erit: ⁊ si non iuua ipsum cum eo qđ ventrem suauiter soluit: ⁊ calefactum quidem cuz tali qualis est trifera ⁊ zuccharũ roſ ege/stionem faciens: aut mixtum cum origano murabato ⁊ infrigidatũ cuz tali quale est ciminũ murabatuz ⁊ seriezen ⁊ tambzi. Et potu quidez impleri melius est ꝗz impleri cibo. Et ex eo quod est cõueniẽs sumere est aloes post tale qualis est cibꝰ hic ad magnitudinem trium ciceruz aut mediam. ʒ. aloes ⁊ mediam. ʒ. masticis ⁊ sextam. ʒ. baurach. Et ex eo qđ est leue est sumere ex terbentina ꝑm quãtitatẽ duorũ cicerum aut trium: ⁊ est cuz ei admiscetur quãtũ ipsa est aut minus ex baurach. Et ex eo qđ cõueniens ⁊ vehementer laudatum est parum epithimi cum vino. Qđ si nihil horum sufficerit dormiat somnũ longum ⁊ die vna a comestione abstineat: ⁊ si alleuiatus fuerit balneet se ⁊ pãnum calidum ventri superponat ⁊ nutriẽs subtiliet. Et si cum hoc toto non digestus fuerit ⁊ grauitatez ⁊ tensionem ⁊ pigritiaz sencerit scias ꝙ iaz vene replete sunt ex suis superfluitatibus: quoniã nutrienti multo ⁊ superfluo: ꝫ accidat vt in stomacho digeratur: raro tamẽ digerit in venis: imo in ipsis remanet crudum ⁊ extendit eas: ⁊ quãdoqz scinduntur ⁊ generat pigritiã ⁊ laborem ⁊ alices ⁊ oscitationes. Ipse igitur medicandus est cum eo qđ ex venis expellit. Qđ si neqz hoc senserit: imo fatigationem tñ aliquo tempore qescat: deinde fatigationis speciem que accidit

b ¶ Cum autem ꝛc̃. ¶ Quia multotiens contingit errare in cibo, docet illud nocumentuz corrigere. Et quia ista pars esset nimis longa ꝓ̃o docet corrigere anteqz nocumentuz perueniat. Secũdo posqz iam peruenit ad membra. ibi (Et si cum hoc toto.) Primo docet corrigere per euacuatiuas. Scõo ꝑ alteratiuas ⁊ cõfortatiuas stomachi ⁊ digestionis. ibi (Qđ si nihil.) in illa parte.

c ¶ Qđ si hoc ꝛc̃. ¶ Hic ponit scõm regimẽ. ¶ Iuxta qđ dices ipse prius dixit ꝙ qñtuz voluerit dormiat: postea hic dicit ꝙ si hoc nõ sufficerit dormiat somnuz longum: quid est hoc dicere ꝙ si non potest dormire vel nõ sufficit ꝙ adhuc dormiat. Dico ꝙ ista duo dcã sunt referẽda ad diuersos dies vt. ſ. quia in prima die faciat illa remedia que dixerat: ⁊ si illa nõ sufficiunt faciat postea in sequentibus diebus ⁊ abstineat et dormiat.

d ¶ Qđ si hoc ꝛc̃. ¶ Hic ponit regimen tertium.

¶ Et si cum hoc toto ꝛc̃. ¶ Iuxta hoc intellige ꝛ ꝟ qđ dicit primo: ⁊ si cũ hoc toto non digestus fuerit: ⁊ postea dicit ꝙ sit digestus: quia dicit ⁊ ꝫ accidat vt digeratur: sed ista non stant simul ꝙ sit digestꝰ ⁊ ꝙ nõ sit digestus. Dico ꝙ vult dicere sic ꝙ ꝙ sumit nutriẽs superfluum ⁊ si in stomacho ipsuz digerat nõ tamẽ digeritur in venis: ꝙ̃ multo magis si digestꝰ nõ fuerit in stomacho faciet illud in venis. ſ. extensionez ꝛc̃. ⁊ sic non contradicit.

¶ Ulteriꝰ dices vt qđ nõ debuisset addere illas duas cõditiones. ſ. neqz ipsiꝰ corpus ⁊ eius nutrientia: qz ⁊ post iuuentutẽ: puta qñ tã ꝓcesserunt in annos: nec tantũ accipiũt ꝛ nutrimẽto vt prius: ⁊ etiã nutrientia fiunt superfluitates: cum ergo dixisset (in ãnis multuz ꝓcesserit) sufficiebat illud dicere ad ꝟ vt diminueret cibus ablqz ꝟ qđ adde-

Iacobus

bas bouem vel ceruuz: vt cibus ipsius generet ventositates extendentes stomachum ⁊ partes eius ex difficultate sue digestionis propter ipsius grossiciem ⁊ adustione quadã propter caliditatem viscerum: ita ⁊ conuertitur in melancholiam adustam quã plurima concomitatur ventositas: ⁊ inde procedit egritudo dicta melancholia mirachia: que est alienatio mẽtis prouenies ex fumis melancholicis ascendentibus ex mirach vel partibus ei prorimis ad medium cerebri ventriculum. Et huius morbi quadruplicem cãz assignat Princeps tertij prima trac. 4. c. 18. Primo quidẽ suam: dicens: ꝙ mirach est cã eius cuz in ipso adunantur superfluitates nutrimenti ⁊ vapores intestinoꝝ ⁊ adurunt humores ipsius ⁊ quertuntur ad genus melancholicuz ⁊ faciunt euenire apostemata aut non faciunt euenire ⁊ eleuatur ex eis vapor tenebrosus ad caput: ⁊ nominatur hec inflatio mirachia ⁊ melãcholia mirachia. Scõo assignat cãm Gal. dicens. Et ipsa multotiens eleuatur ab apostemate portanariorum epatis: ⁊ est illud qđ Gal. posuit causam in melancholia mriachia. Tertio causaz theophili: dicens. Et theophilo quidẽ videtur ꝙ eius causa est vehementia caliditatis epatis ⁊ intestinoꝝ. Quarto causam quorũdam aliorum quos non nominauit dicens. Et quidaz alij ponunt causam in ea oppilationes que fiunt in meseraicis etsi non fit apa. Gal. vero. 5. de interioribus. c. 10. sic describit causas melancholie mirachie. Sed multi ꝓpter malos humores in stomacho coadunatos vidẽt pessima somnia: quoꝝ somni disturbati sunt: ⁊ nõ solũ hoc vrũ etiaz fit alienatio mentis. Itẽ passio que vt inflatiua ⁊ hypocondriata nullus põt negare ꝙ nõ faciat infirmũ tristem ⁊ ab omni bono desperatuz: neqz minora his eueniunt ꝗz maniosis. Itẽ videmus hos suscepta crapula durius hac passione vexari quoꝝ plurimi sunt splenetici quocirca necesse est inuestigari. Nam de splene mali humores erugino si ad os stomachi fluunt: ꝓterea cã passiõis cerebro vel oculis ab ore stomachi ꝓtingẽtis sunt caputnosi fumi ab illis humoribus ascẽdẽtes: hec Gal.

¶ Qui autem ꝛc̃.) ¶ In. 5. dicit primo ꝙ quãdo cibus subtilis in alicuius stomacho vacuo recipitur stomachus se super eum stringit amplectens hunc ⁊ retinens auide: qz famelicus ⁊ vacuus eristens hunc ipsum recipit. Scõo dicit ꝙ si cibus grossus supermittatur cibo subtili taliter recepto resistabit stomachus: nec bene digeret ipsum: qz iam sibi de bono subtili prouisum fuit cuius digestio ⁊ distributio ad mẽbra a grosso supermisso impeditur: corrumpetur ergo grossus velut derelictus a regimine nature: nisi inter assumptiones grossi ⁊ subtilis tantum interuenerit spacium ꝙ subtilis sit quasi digestus ante aduentum grossi. Tertio dicit ꝙ in tali casu vacuitatis stomachi melius est vt grossior ex cibis leui preferatur: qz tunc a leui non terrebitur stomachus eo ꝙ grossior cibus in fundo stomachi recipitur auide propter famem vbi celebratur digestio melior: ⁊ ilic tam cito digeri poterit sicut cibus leuis superius receptus.

Cum autem in aliquo ꝛc̃.

¶ In hac parte. 14. primo agit de remedijs quibusdaz contra comestionem nimiam ⁊ inundationẽ cibi in stomacho ⁊ potũ superfluũ ſmixtum cibo. Secũdo ꝛ repletione potus ⁊ repletione cibi que harum est melior. ibi (Et potu quidem.) Tertio ꝛ remedijs alijs contra repletionem. ibi (Et ex eo qđ est.) ¶ In prima particula dat quattuor remedia cõtra repletionẽ sup-

De partibus.

fluam ex cibo modo accepto vel cõtra inundationẽ motus cibi in stomacho illius qui sumpsit eum aut cõtra aliquez potum ſmixtum cibo nimis abundanter. Primuz est festinanter prouocare vomitum vel per impulsionẽ satis ꝓfundam digiti in ore: vel per ẽmittere in os pẽnam oleo intinctam ⁊ titillare cuz ea radicez linguę: vel per bibere orimel cui fuerit impressa virtus raphani. Scõm est bibere paulatim aquaz calidam si vomitus ei defecerit aut vomere non potuerit: quia faciendo descendere cibum repletionez stomachi deponet ⁊ afferet somnum elongando cibum ab orificio ⁊ prohibendo multitudinẽ ascensus vaporuz a cibo ad cerebruz: adueniente ergo desiderio somni statim se prosternat ad dormiendum vt somno iuuetur digestio cibi: ⁊ dormiat fortiter quãtum voluerit. Aqua enim calida cum raro bibitur stomachũ lauat ⁊ ventrem resoluit: vt ait Pau. cap̃lo sequenti. Tertiuz est casu quo aqua calida non sufficerit vel somnus nõ aduenerit cõsiderare ⁊ attendere si natura expulsione. i. sua ꝙntanea purgatione excusabit medicum ab administratione medicine: qđ si fecerit bonum erit nec opus est alio remedio. Quartuz est casu quo natura non expulerit iuuare repletuz cũ suaui aliquo solutiuo ventris. Et hoc solutiuũ diuersificatur ꝑm cõplones patientiũ: vt si patiens calefactus fuerit solnat ipsius ventrem cũ trifera vel cũ zuccharo rosato laxatiuo. ſ. electuario ꝛ succo rosaz solo vel mixto cum pauco origano murabato. i. condito cum melle ⁊ zuccharo. Et si infrigidatus fuerit purgetur cum cimino murabato. i. cõdito cũ zuccharo aut melle. Et cũ seriezem. i. affodillo ⁊ cum cambri. i. caule seu aqua caulis.

¶ Et potu ꝛc̃. ¶ In secũda dicit ꝙ melius est. i. minus malum repleri potu ꝗz repleri cibo: qz potus facilius descendit aut resoluitur: nec ita oppilat nec adeo stomachũ suo pondere grauat. Et Hip. apho. scõa ait. ꝙ facile est. i. faciliꝰ est repleri potu ꝗz cibo. Et Gal. 5. ꝛ regi. sani. ca. 6. ait. ꝙ oppilationes que sunt a vino sunt moderate. Eas vero que a cibis quicũqz viscosum vel grossum operant humorem non facile est sanare. ¶ Attende tñ ꝙ ꝓtinuare excessum in potu vini periculosum est: ⁊ ad mortiferas perducit egritudines. Iuxta illud Gal. 3. cõplexionuz. c. 2. ad finem. Ex potatione superflui vini fiunt apoplexie ⁊ paralyses ⁊ subeth ⁊ alisturchay. i. lithargie ⁊ epilentie ⁊ spasmi ⁊ tetani.

¶ Et ex eo ꝛc̃.) ¶ In. 3. tangit primo. 4. solutiua cõuenientia his qui se nimis cibo repleuerunt. Primum est sumere ex aloe cicotrino ad magnitudinẽ trium cicerum. De quo dicit Dioscorides in primo simplicium ca. 1. Aloe est de melioribus ⁊ sublimioribus medicinis hñs ꝓrogatiuã super alias medicinas: ꝗz ꝗz. n. intẽtio solutiui ꝑm plurimuz fit debilitare virtutes ⁊ mẽbra que sunt minere virtutum ⁊ afferre illis nocumentũ ꝓp illud qđ diximus cadit hec intentio ab Aloe. Non. n. solum non nocet: imo inuenitur ad confortationez membroꝝ debilium addere ⁊ ad reditionem eorũ in proprias virtutes ꝙferre. Scõm est sumere. ʒ. ſ. aloes cicotrini ⁊. ʒ. ſ. masticis: ⁊. 6. partez. ʒ. j. baurach. i. spume nitri. Et hoc medicamẽ est melius prio. ſ. aloe simplici: qz aloe solũ ministratũ est de tarde soluẽtibus ⁊ operatio eius vix ptransit epar ⁊ aperit orificia venaz apertione sanguinem spargente. Mastix vero prohibet ipsum ab apertione venarum ⁊ baurach acquirit ei solutionẽ facilẽ ⁊ protentionẽ sue virtutis ad lõginquas partes. Tertium est accipere de terebinthina quãtitatem duoz aut trium cicerum. De qua

ret conditiones illas duas. Dico ad hoc q̄ bene ille conditiones due non ponuntur vt conditiones necessarie ad diminutionē cibi ſm q̄ etiam tu probas: ſed dico q̄ ponunt vt cause iſtius regiminis ꝛ diminutionis cibi: vt.q.d.q̄ in his qui ꝓceſſerunt in annos eſt cibus diminuendus: ꝛ ꝓpterea q̄ non tantum recipiunt q̄ꝫ priꝰ: ꝛ etiam quia nutrientia fiunt ſuperfluitates.

a ¶ Et cum ille ꝛc. ¶ Hic ponit quedam nocumenta eius qui permutat regimen conſuetum. ¶ Juxta q̄ nota q̄ illa lra (ꝛ egredietur ex aere in foramia) poteſt duplr itelligi. Uno modo vt.ſ. quia ventoſitas que fuit generata ex cibis groſſis intrabit ꝛ replebit foramina ꝛ loca debet implere, ꝓtes cibi ſubtilis ſic intelligendo ventoſitatem pro aere. Alio mō pōt intelligi: quia nos cōmuniter quando ſumus in aere amplo ꝛ ſpatioſo q̄ nos ſumus in aere: ꝛ per oppoſitum quādo ſumus in loco arto ꝛ parvo poſſumus dicere etiam q̄ nos ſumus in foraminibus. Modo tunc quia prius quando ipſe vtebatur cibo groſſo membra ſua erant groſſa ꝛ graſſa multum occupabant de aere: quia autem poſtea ſubtiliatur regimen membra diminuūtur ꝛ fiunt ſtricta ꝛ arta: vnde poteſt tunc dici ſic q̄ illud corpus īgrediaſ in foramina. ſ. aeris eo q̄ tunc parum occupat de aere. ¶ Ulterius ratio ꝓpter quā accidunt oppilationes eſt tripler. Una eſt ex parte viaruꝫ que implentur ꝓpter groſſitiē cibi. Alia ratio eſt ex debilitate caloris: cibaria autem graſſa calorem debilitant qui poſtea digerere non poteſt vnde fiunt ex illo indigeſtio oppilationes. Tertia rō eſt ex ipſis membris inanitis que attrahunt anteq̄ſ fit digeſtum: ꝓpter illa ola fiunt tunc oppilationes. ¶ Et calidoꝝ nutrientiuꝫ) quia circa p̄dictas regulas

medicetur cum eo qō modo noiabimus. Si vero aliquis in annis multum ꝓceſſerit neq̄ ipſius corpus ex nutrimēto tantum receperit quātum ſuſcipiebat dū eſſet iuuenis ꝛ eius nutrientia fiant ſupfluitates non tantum debet comedere quātum ſolebat: imo minus. ¶ Et cumª ille qui regimen īgroſſare conſueuerat regimen ſubtiliauerit ꝛ īgredietur ex aere in foramina: ꝛ hoc eſt quod regiminis groſſitudo impediebat: ſed iam nulla regimis groſſitudo impedit ea. In ſubtiliante ꝛo regimine cum ad ipſum īgroſſando redit accidunt oppilationes. Et calidoꝝ nutrientium impedimenta emendentur cū ſyrupo acetoſo ꝛ q̄ſmaxime de ſeminibº: qñ ipſe eſt magis iuuans q̄ꝫ oēs ſpecies ſyrupi acetoſi ſi fuerit de zuccharo: ſed ſi fuerit de melle ſimplex ſufficit. Et fridoꝝ que ex eis ſunt cum hydromelle ꝛ ſyrupo

Jacobus

dicit Pan. ſcō huius. c. de grano viridi. Et ꝓuocat ꝛ lenit ventrez cum accipit ex ea auellana vna aut nux in ieiunio abſq̄ nocumento ꝛ mundificat viſcera ꝛ abſtergit renes. Et Gal. 5. de regi. ſani. ca. 8. ait. Accipiunt aūt ex ea q̄ñq̄ quidez nucis muſchate magnitudinez: q̄ñq̄ vō duarū vel trium. Nec ſolum inocue ducere apta nata eſt: ſed ꝛ viſcera omnia expurgare epar ꝛ ſplenem ꝛ renes ꝛ pulmonem. Quartuꝫ eſt conueniens ꝛ vehementer laudatum. ſ. bibere parum epithymi cum vino. De quo dicit Meſue in ſimplicibus caplo de eo q̄ preroga/tiuam habet ſuper omnibus ſolutionē facientibº educere meliam. Educit enim facile ſine moleſtia. Scō tangit alia quatuor remedia caſu quo predicta nō cōtulerint. Primum eſt diu dormire ſuper ſumpto cibo ꝛ tota vna die abſtinere a cibo: vt attentius natura occupetur in digeſtione cibi paſſumpti ꝛ ad eā longo ſomno inuetur. Scōm eſt ſi repletus per hoc alleuiatus fuerit tunc balneetur in aqua calida vt per balneum ſuperfluitatuꝫ eductio fiat: ꝛ cibus digeſtus penetrationem acquirat. Deinde ſuperponat ſtatim ventri ſuo pānuꝫ calidum cuius calore confortetur ſtomachus pregrauatus cibo: poſtea vtatur cibo ſubtili quez ſtomachus grauatus faciliter toleret ꝛ bene digerat. Tertiuꝫ eſt aſſumptio fortis medicaminis trahentis a venis ꝛ educētis ab eis humores: ſicut diagredū vel pulpe colloquintide: vel lapidis lazuli ſi cum ſuffragijs omnibus predictis cibus nondum fuerit digeſtus: imo induxerit grauitatē in hypocundrijs: ꝛ tenſionem in venis ꝛ pigritiam in toto corpore. Per hec eniꝫ ſcitur q̄ vene iam replete ſunt ſuperfluitatibº illius cibi: quia ꝫ cibus multus ſuperfluº in ſtomacho capiat digōnem: raro tamen bene digeritur in venis ꝓpter ſui multitudinem ꝛ paruitatem venaruꝫ: ꝛ quia non eis aſſiſtunt tot membra digeſtionez eaꝝ coadiuuantia ſicuti ſtomacho: imo manet in eis crudus īdigeſtus ertēdens ea q̄ñq̄ intantuꝫ vt ipſe findanſ ꝛ in toto corpore pigritiaꝫ inducit ſua grauitate ꝛ laborem. i. laxitudinē extenſiuam aut apoſtemoſaꝫ opprimendo lacertos ꝛ extendendo ſua multitudine: ꝛ alices. i. extēſiones brachioꝝ ꝛ alioꝝ membroꝝ motuuꝫ: ꝛ oſcitationes multitudine ventoſitatis aſſociantis ipſum ex opere caloris debilis in eum. Quartum eſt caſu quo non ſenſerit hec. ſ. grauitatem tenſionem pigritiam alices oſcitationes: ſed ſolum fatigationem ꝛ quieſcat aliquāto tempore. Deinde ſuccurrat fatigationi ſue ſpontanee cum remedijs eius inferius dicendis, ſ. capi. 16. doctrine preſentis.

Si vero aliquis ꝛc.

¶ In hac parte. 15. primo agit de ſubtiliatione regiminis ſenum a ſenio. Scōo de illo q̄ō ſequitur ad īgroſſationē regiminis. ibi (Et cum ille qui regimē īgroſſare conſueuerat regimen ſubtiliauerit.) Tertio de malo q̄ō ſequiſ ad ſubtiliationez regiminis. ibi (In ſubtiliante vō regimen.) ¶ In prima particula dicit q̄ ſi quis multum in annis proceſſerit vt ſener a ſenio neq̄ nutrimentum tantū receperit ſeu ſuſtinuerit quātuꝫ recipiebat ꝛ bū ferebat dum iuuenis erat ꝛ cibus quez recipit fiat ſupfluitas ꝛ non bonus ſanguis non tantū ſed minus comedere debet q̄ꝫ ſolitus erat: vt calor ipſius debilis claudicans extinctioni aptus id modicum cibi q̄ō ipſe aſſumit digerere valeat ꝛ ex eo aliquid ſanguis generet. ¶ Attende q̄ ſener a ſenio debent parum ꝛ ſepe comedere ꝛ cibis euchimis ꝛ facillime digeſtionis vti ſicut vitellis ouoꝝ aqua carnis colaticijs carnium caponibus perdicibus pullis faſeanis. Parum quidem ꝓter debilitatem ſui caloris in digerendo. Sepe vō ad ſuccurrenduꝫ virtuti cadenti. Uti aūt cibis euchimis facillime digeſtionis vt natura non vretur aut laboret in eorū digeſtione. De regimine horum dicit Gal. primo apho. cōmē. 13. illius canonis. Sener facillime ferunt ieiunium. Decrepiti neq̄ faciliter ieiunia ferunt: neq̄ ciboꝝ multam quātitatez accipiunt: qñ ſener eſt ſicut lucerna ad extinguēdum parata: que cum fere extinguatur parum olei debet adminiſtrari: qñ ſi plus nimio abundauerit citiſſime eam extinguet. Ideo hec etas parum ꝛ tantilluꝫ cibi ſibi poſtulat: neq̄ ad capiendum multum indurat. i. tolerat.

emēdat sicut sunt castanee t grana myrti t siliqua ō syria t alnabac t zarur t amaro sicut ennla muraba: t salso t acuto sicut cauguamec t allijs t cepis t ecōuerso. ¶ Cum vero [a] alicuius corpus malis fuerit repletum humoribus cum subtilitate ipsuz nutriētibus laudabilibus copiose refice. ¶ Et illum [b] cuius corpus ad resoluendum facile fuerit nutri humido qō velociter digeratur. Gal. inquit humidū nutriēs est qō ab omnibus qualitatibus est seperatū t est quasi insipidū: quoniaz neq̄z est dulce neq̄z acetosum neq̄z amarū neq̄z acutum neq̄z ponticum neq̄z salsuz.

¶ Rarum [c] preterea est magis tolerans nutriens grossum q̄z solidum. ¶ Nutriētia [d] quoq̄z sicca assidue comedere fortitudinez cadere facit t calorē corrūpit t nāz siccat. Et ex vnctuoso fit ociositas t aufertur desiderium. Ex frigido fit ociositas t subtilitas t ex acetoso fit senīū: t similiter ex acuto t salso fit stomacho nocumētū: t salsum etiā impedit oculuz. ¶ Amplius [e] cum vnctuosuz nutriens t cōueniens comedere post malum nutriens corrūpet ipsum. ¶ Nutriēs [f] quoq̄z viscosum est tardus ad descendendū. t silr citruli cū suis cortib⁹ velocius descēdunt q̄z excorticati.

a ¶ Cum vero tē. ¶ Hic ponit casū. de re. habētis malos hu. Iuxta qō nota. q̄ hoc qō dicit cum subtilitate potest cōponi triplr. Uno modo cuz eo q̄ immediate precesserat humoribus. q. d. humoribus subtilibus. Alio modo pōt componi cum eo qō precesserat corporis. q. d. q̄ illud corpus sit subtile t macruz. Tertio modo potest componi cum eo q̄ postea dicit refice. q. d. q̄ iste debet refici cum subtilitate t cautela: q̄ paulatiz t non subito illos humores euacuādo. omnibus istis modis exponendum est verum id qō dicit.

¶ Sed dices recte oppositum habemus ibi in secūda parti. apho. 10 apho. Nō pura corpora. nec vz qō aliquis dicit q̄ loquitur hic de nutrimento sustentatiuo: quia ipse dicit copiose. Item illud videtur ratione: q̄ postq̄z sunt ibi mali humores nutrimentū conuerteretur ad eos. Dico sicut superius etiā dicebam q̄ intelligo q̄ illud fiat ad prouocationē vomitus. dz autem illud fieri cum cibis laudabilibus: q̄ si ex eis aliquid retineretur qō non posset vomi melius est q̄ illud fit bonum q̄z si esset malum. Alio etiam modo posset responderi ad illud p illas diuersas dispositiones quas diri de eo qō est cum subtilitate: puta q̄ posset fieri s. cum cautela vel etiam propter contemperandos hu.

b ¶ Et illuz tē. ¶ Hic ponit casū. de re. fm diuersitatē compositionis corporis. Intellige q̄ nutrimentum pōt esse humidū ex pte sue substātie q̄ sit liquidū: t ex parte sui effectus. s. nutritionis velocis: tūc fm hoc patet ratio dicti sui: q̄ cuz a tali corpore multuz relaxatur multum sibi debetur de nutriente tē.

c ¶ Rarum tē. ¶ Intellige q̄ rarus magis sustinet nutriēs grossum ppea: q̄ in eo non fic fiunt oppilationes: nec etiā superfluitates ita retinentur.

d ¶ Nutriētia tē. ¶ Intellige q̄ hic dat casū. de nocumētis quorūdā ciborum vt euitent. Intellige q̄ nutriētia pōt dici ficca. vel a pte cōplexionis sicut sunt cibi pōtici t stipitici. vel a pte substātie vt sunt cibi duri. vel a parte artificij vt sunt affata. quocūq̄z istorū modoz sicca verificant illa que dicit. nā ex eo q̄ ipsa bene nō penetrāt ad mēbra faciunt cadere virtutē. silr ēt pp idē corrūpitur color: q̄ sanguis ex quo calor causaf nō bene vadit ad mēbra. ¶ aūt per ea stipticef venter pz. vnctuosa faciunt ociosuz: q̄ relarando neruos destruunt appetitum: q̄ relarant villos stomachi. ex frigido aut ē fit ocium: q̄ frigidū vt superius habuimus mortificat t paralyticū facit acetosa t acuta faciunt senīū: ex eo q̄ sunt ficca sicut senium t siccant.

e ¶ Amplius tē. ¶ Hic ponit casū. de assumptione ciborum malorum t bonorum.

f ¶ Nutriens tē. ¶ Hic ponit de cibis malis curationem specialem.

a ¶ Laboriosi

Jacobus

sinthium amigdale amare nuclei prunoruz t perficorum: enula muraba. i. radix enule campane condita. Tertio per salsa sicut sunt salsi species t pisces t carnes in salmuris diu custoditi: vel sale plurimo ptius cōsparsi: t caugamach. i. cibaria simplicia t composita que comeduntf post cibuz sicut capares t oliue. Sic eniz exponitur in synonymis Auicēne: t in marginali glosa littere p̄sentis. Et sub nomine caugamach cadunt etiam acuta que post cibum comeduntur vt cōposita quadragesimalis: anisum conditum: cynamomum conditum: t similia. Quarto per acuta: vt per allia t cepas zinziber t piper: garioflos t sinapium.

¶ Attende q̄ nocumenta vnctuosorum sunt fedare appetitū: inducere nauseam aut fastidium: aut natare in stomacho t esse cā natationis alioz ciborum tarde descendere cito inflāmari. Istis incōmodis primo obstant pontica: q̄ sua ponticitate deprimunt inferius cibos vnctuosos t orificium stomachi relaxatum per eos rugant t tnaniunt per viā expressionis t sua frigiditate t terrestreitate prohibent eos inflāmari. Amara vero vehementer abstergunt crassiciez vnctuosorū a superficie stomachi. Salsa t acuta incidunt t vias referant vnctuosis cibis t reprimunt horum vnctuositatem: sicut clare apparet dum lingue offeruntur vnctuosa mixta salsis. Tunc enim tollitur abominatio vnctuositatis t sapor eoruz fit gratus gustui. Secundo dicit t econuerso. i. sicut sapor vnctuosus comendatur pontico t amaro salso t acuto: sic ponticum amarum salsum t acutum emendari solent vnctuoso cibo: q̄ cibus vnctuosus reprimit austeritatem pontici t fortitudinem sue contractionis t expressionis t vehementiaz absterssionis t exasperationis amari t fortitudinez absterssionis t ablutionis t deficcationis salsi: t superabundantiam acuminis t resolutionis t incisionis acutorum.

¶ Cum vero tē.) ¶ In. 6. particula resumit vnum quod equiualenter premisit. ℞. illo septime partis capituli presentis. Et sepe etiam conceditur ei in cuius corpore mali habentur humores vt rem bonam largiter comedat t propter cuz non patitur ventrem sibi solui propterea q̄ est debilis. Resumit inq̄z vt addat quibus humoribus corpus repletum copiosam exigit t sustinet refectionem. Et dicit: refice copiose cibis laudabilibus corpus repletuz malis humoribus subtilibus t cholericis. Cuius ratio tacta est super. ℞. predicto.

¶ Et illum tē.) ¶ In. 7. particula dicit primo q̄ homo de facili resolubilis est nutriendus nutriente humido facilis digestionis. Humido quidez ad reparationem vberem resolutorum t facilis digestionis q̄ rarum corpus est debile t debilis digestiue impos digerere grossa difficilia. Vel quod verius est q̄ nutriētia subtilia facilis digestionis sunt conformiora raris corporibus. Et intellige sub hominibus raris pueros t molles delicatos teneros medij caloris: t cholericos vehementer extenuatos. Secundo declarat auctoritate Gal. quid est hoc humidum nutriens quo isti debent refici. dicens. Quod humidū nutriens sm Gal. est id quod est seperatum seu elongatum ab omni excellenti sapore: ita q̄ nec est dulce magne dulcedinis neq̄z acetosum neq̄z amarum neq̄z acutum neq̄z ponticum neq̄z salsum: sed quasi insipidum vel dulcedinis remisse. Nam qualitas excellens plus attinet medicine q̄z nutribili humido. Tertio dicit q̄ homo rarus melius tolerat nutriens grossum q̄z solidus compactus. Et hoc tertium dictum cum primo dicto particule presentis fuit prius tactum. ℞. illo particule septime capitulli istius. Cum vero alicuius corpus rarum fuerit t ad resoluendum facile nutriendus erit ex nutriente humido quod cito digeraf: iz rara corpora magis tolerare possint nutriētia grossa t diuersa. Sed hic ea repetit vt addat scdm dictū declarans auctoritate Galeni quid est hoc nutriens humidum.

Nutrientia quoq̄z sicca tc. ¶ In hac parte. 19. prio agit de nocumentis assidue comestionis siccorum t vnctuosorum t frigidorum t acetosorum acutorum t salsorum. Secundo de cibis tarde aut velociter descendentibus. ibi) Nutriens quoq̄z.) Tertio de necessitate flebothomie laboriosorum grosse dietatorum post subtiles regimen t iratorum. ibi (Laboriosi preterea.) Quarto de nocumento vulcium. ibi (Scire preterea.) ¶ In prima particula dicit primo q̄ assidua comestio ciborum succorum primo facit cadere fortitudinem virtutum vel robur

De partibus.

corporis marime virtutū naturalis t vitalis: q̄ vegetatio t vita in calido t humido consistunt: quibus debilitatis per assiduationem succoruz impossibile est non debilitari virtutem animatam que ab eis recipit sanguinem calorem t spiritus vitales ac naturales. Secundo corrumpit calorem corporis eis naturalez: q̄ floridus calor t vivificus cutis vel superficies corporis pcedit ex affluētia sanguinis exterius t lenitate cutis quas minuit aut tollit assiduatio siccor. ¶ Attēde q̄ cibaria ficca t his qbus cōpetūt sic describunt a Gal. lib. de virtute ciboz. Cibaria ficca cōueniūt ei in cuius corpore tpe t regione t loco dominaf humiditas. Quorū sunt lētes caules sanich. i. hordeū nouū tostū ante maturitatē: cicera t omne qō assatur t qō frigif: t omne illud in quo est plurimū vini almuri aceti t sinapij t caro omnis animalis antiqui. Scdo dicit q̄ ex nutriente vnctuoso sicut pinguedine t oleo fit ociositas. i. pigrities corporis t laxitas motuū q̄: per assiduationē vnctuosoz relaxanf t remolliunf chorde t ligamenta. Et per tale nutriēs aufertur desiderium: q̄ t natat in stomacho t natare facit que cuz eo ibi sunt. ¶ Attēde q̄ Princeps cap. 3. tractatus primi secūdi canonis sic describit opera vnctuosi. Et operationes vnctuositatis sunt lenificatio t lubuficatio t decoctio parua. Tertio dicio q̄ ex cibis frigidis fit ociositas. i. pigrities t tarditas ad motū t subtilitas. i. multiplicatio aquose humiditatis p viaz indigestionis. Sicut eniz motuū perfectio t agilitas a calore procedit: sic torpor t segnicies a frigiditate. Et sicut digestio que calore innaf insinsando pcedit: sic indigestio que fit a frigore sepe sibi sociat subtilē aquositatē. ¶ Attende q̄ Gal. lib. de virtute cibariorum cap. 16. cibaria frigida cōcedit calidis dicens. Cibaria frigida debēt ministrari ei qui calidi est corpis in tēpore t regione t loco calidis. Deinde tāgit hec dicens. Quorū est hordeū t omne qō de eo fit multum panicum bateca. i. melo cucurbita: citruli pruna perfica tē. Quarto dicit q̄ ex acetoso fit senium. i. assidua comestio aceti t acetosorū facit accelerare senium t mortē: q̄ suis frigiditate t siccitate diminuūt radicale humidū t calorē innatum que sunt principia vite: t introducunt paulatim propriā senij cōplexionē. Et de operibus acetosorū dicit Princeps secūdo huius tracta. primo cap. 3. Operationes acetositatis sunt infrigidatio t incisio. Quinto dicit: t ex acuto simiter. i. sicut ex assidua comestione acetosorū fit senium: sic ex assidua comestione ciborū acutoz q̄ cibi acuti sicut piperata alliata t species coquine vehemēter calide violētia sue caliditatis calorē innatum superflue resoluūt t humidū substantificū tam suo calore q̄z sua siccitate excessiue cōsumūt: iz ergo acuta primo occursu calefaciant: tandē tñ infrigidant t siccant. Sexto dicit q̄ assidua comestio salsorū nocet stomacho t oculis. Stomacho quidē super fluitate sue absterssionis t deficcationis t punctionibus quas infert orificio eius. Oculis vero vaporibus t fumis acutis nitrosis quibus minuuntur humiditates eorum t tunice siccantur t corruganturr: vnde prodeunt perturbationes vitiosi vtilem t veluti necessariam. Et de operationibus salsorum dicit Princeps secūdo huius capitu. 3. Operationes salsedinis sunt absterssio t ablutio t exiccatio: t prohibet putrefactionem. Septimo dicit q̄ cibus vnctuosus ex se laudabilis t conueniens quando comeditur post malum nutriens corrumpunt ipsum: quia t natat in stomacho t malum premissum quodāmodo subleuat quo fit vt vteraq̄z male digeratur. ¶ Sed cōtra: dictum est parte. 18. capituli presentis nocumentum vnctuosi emendari pontico amaro salso t acuto t ecōuerso: ergo cū his nutrientibus que sunt mala: q̄ disperata conueniunt vnctuosa quatenus corrigant sue qualitatis excessum. ¶ Dic primo q̄ per malum nutriens potest hic intelligi nutriens paratum putrefactioni: sicut lac maluz: ouа t pisces nō bene recentes. ¶ Dic secundo q̄ si sub nomine mali nutrientis comprehendantur ponticum amarum salsum t acutuz: adhuc verificatur q̄ vnctuosum super aliquod horum ilico receptū corrūpit ipsum propter rationem dictam: sed preassumptum vel ocenter ei admixtum cum moderamine corrigit ipsum propter contrarietatem eius cum pontico amaro salso vel acuto tam in qualitatibus q̄z in operibus.

¶ Nutriens tē.) ¶ In secūda dicit primo q̄ nutriēs viscosuz vt carnes porcine caseus anguille tardius descendit in stomacho t a stomacho q̄z non viscosuz.

Cuius

a ¶ Laborioſi ꝛc̃. ¶ Hic ponit cañ. de quibuſdã nocumentis quorũdam ciborũ in quibuſdam corporibus. cauſa autez huius nocumenti eſt: qꝛ ex labore ꝛ ira extinguitur calor ꝛ exacuuntur humores.

¶ Sed dices vnde puenit minutionis neceſſitas. dices ex ſubtili dieta ꝛ ex diminutione ipſius non competit nutritio ſanguinis. Item competit minutio ratione ebullitionis ſm qꝛ infra habebitis. Dico qꝛ ſatis eſt dubium illud regimẽ ſ. qꝛ fiat flobothomia: ſz poſſumus dicere qꝛ per minutionẽ nõ intelligamus flobothomiã: ſed euonez malox humoꝛ. nã prius fuerũt generati ex cibis ſubtilib⁹ hũores mali cholerici ſubtiles: ꝛ poſtea ex cibis groſſis ſunt generati mali humores flegmatici q ambo debẽt eũari. ſi aũt pur velimus intelligere flobothomiã: ſz primũ ſit melius dicemus qꝛ flõmia nõ ſtatiz oz fieri poſt irã: ſz poſt diuqñ iaz acceperit multos ex alijs cibis: ita qꝛ ſit multiplicatus ſanguis.

b ¶ Scire ꝛc̃. ¶ Hic ponit regulã de nocumento ciborum vulcium.

c ¶ Nutrientiũ ꝛc̃. ¶ Hic ponit cañ. de regi. nutrientiuz ratione cõiunctionis ciborum. ¶ Juxta qð intellige qꝛ ratio cõiunctionis illoꝝ ciborũ non põt bene reddi. ꝛ hoc pz p illud qð dicit (indi expimẽtatores) ſinunt enim p illud hoc. q. d. ſz ratio nõ poſſit haberi expimẽtatores ſic dixerũt niſi nos velimus inuenire illã cauſaz generalẽ. ſ. diſproportionẽ a forma ſpecifica que inſit rõne cõiũctionis ꝛ cõpoſitionis: ꝛ nõ rõne alicuius ſimplicium: ſicut ẽt dicit Aui. in. 5. de tyriaca. Ratio tamẽ aliquoz poteſt vari. nam nõ oz dari lac cũ rebus acetoſis: qꝛ lac cõuertitur in acetoſitatẽ faciliter. nec piſces cũ lacte: qꝛ vtrũqꝛ eſt frigidũ: ꝛ etiam qꝛ vtrũqꝛ eſt facile corruptibile: vnde facere habent egritudines ꝛ nocumenta:

Jacobus

Cuius ratio eſt dupler. Una eſt tarditas ꝛ difficultas digeſtionis eius: qꝛ ſua viſcoſitate fortiter reſiſtit diuiſioni eius a calore digeſtiuo. Altera eſt: qꝛ ſua viſcoſitate adhæret lateribus vaſis ꝓtinentis: ꝛ ſicut nutriẽs viſcoſuz eſt tardi deſcenſus a ſtomacho: ſic chilus eius tarde penetratiõis ad epar ꝛ humoꝛ eius tarde penetrationis ad mẽbra. Secundo dicit qꝛ citruli cuz ſuis corticibus comeſti ſunt velocioꝛis deſcenſus qð excorticati. Cuius ratio eſt: qꝛ in corticibus citrullorum eſt quedam vis abſterſiua cooperans ad deſcenſum facilem ꝛ penetrationem. Cuius rei ſignum eſt: qꝛ ſi cum corticibus citrullorum fricueris maculas cutis earum fetidas minuetur. Tertio dicit qꝛ panis comeſtus cum furfure ſuo velocius deſcendit qð cribellatus. i. confectus ex tenui farina a ſuo furfure per cribꝝ mundata. Huius rationem reddit Gal. primo de alimentis ca. de furmento dicens. Et ſi quis frumenti molitis ſequeſtraverit ſubtiliſſimam farinam ꝛ ex reliquo fecerit panes qui nominantur furfurei: paucitatem nutritionis ipſorum experietur. Superfluum autez facient in ventre multum ꝛ propter hoc ſecedunt de facili: ſimul autem ꝛ qꝛ abſterſiua virtute participat furfur: merito ſegregatio ipſorum fit vel inteſtinis prouocatis ad egeſtionem.

¶ Laborioſi ꝛc̃.) ¶ In. 3. dicit prio qꝛ quando homo laborioſus fortis exercitij ſubtiliat in primis ſuum regimen ita vt ſepe fameſcat: poſtea comedit ſuper famem eius groſſum nutriens vt rizum cuz lacte: generatur inde ſanguis acutus ꝛ ebulliens in ſe propter caloris acumen tam a fame qð a labore. Et hinc eſt neceſſaria minutio ſanguinis dato qꝛ ex primo fuerit flobothomatus: qꝛ qñ ſanguis ebulliens acutus in corpore incipit multiplicari niſi minuatur ꝛ eueniet cito febꝛ generat. Scõo dicit qꝛ ſicut laborioſus groſſe dietatus poſt ſubtile regimen indiget flobothomia: ſic hõ iratus: qꝛ ira eſt ebullitio ſanguinis circa cor leuiſſime pducens ad febrẽ: niſi aliqd inflãmati ſanguinis minutione extrahaf.

¶ Scire preterea ꝛc̃.) ¶ In. 4. dicit qꝛ natura rapit auide dulces cibos a ſtomacho ad epar priuſqð digeratur: quod in eis eſt vtile chilificationi ꝛ anteqð maturetur eorum ſuperfluitas propter delectationez eius maximam in connaturalitate dulcium: ꝛ ideo dulce nutriens corrumpit ſanguinez: qꝛ replet ipſum aquoſitate indigeſta ex qua reddit aptus ebullitioni ꝛ putrefactione. ¶ Attende primo qꝛ opera dulcis ſic meminit Princeps ſecundo huius cap. 3. Operationes autem dulcis ſunt digeſtio ꝛ lenificatio ꝛ multiplicatio nutrimenti: ꝛ natura diligit ipſum ꝛ virtus attractiua attrahit ipſum. ¶ Attende ſcõo qꝛ dum dr̃ hic qꝛ dulce nutriẽs corrũpit ſanguinẽ intelligit id de dulci in ſummo: qualia ſunt gelatum vue permature ꝛ mel: ꝛ vinum qð vulgo muſcadellũ dr̃. Nam dulces cibi moderate dulcedinis ceteris ſunt aptiores ad generationẽ boni ſanguinis.

Nutrientium quoqꝫ ꝛc.

¶ In hac parte vigeſima prio agit de iudicijs nutrientiuz ex parte compoſitionis vel conſſumptionis vnius cum altero ꝛ modoꝝ preparationum ſuarum. Secundo de duobus modis nocumentoꝝ diuerſoꝝ ciborum ꝛ qualiter veteres circa hoc ſe habuerunt. ibi (Libaria quoqꝫ.) Tertio de melioꝛ hoꝛa comedendi in eſtate. ibi (Et in eſtate.) Quarto de nocumento tolerantie famis. ibi (Famem quoqꝫ.) ¶ In prima particula dicit primo qꝛ iudicia nutrimentum quandoqꝫ trahuntur ex parte compoſitionis vel preparationis ipſorum. Et circa hoc dat ſex regulas. Prima eſt: lac non eſt comedendum cum rebus acetoſis ſicut experimẽtatores indie ꝛ alij experientys edocti certificant. Et id nobis ſenſibiliter apparet. Nam modicum aceti lacti intromiſſum velociter diſſoluit ꝛ coagulat ipſum. Secunda regula eſt: piſces non debent comedi cum lacte: quia generantur inde manſiue egritudines. ſ. habituate ꝛ inſanabiles ſicut lepra: quia ſeinuicem corrumpunt: ita vt ad quartaz digeſtionem peruenientes non ſint immunes ab omni corruptione: ſed paulatim alterent colorem ꝛ ſubſtantiam cutis ꝛ membroꝝ. Et hac de cauſa multiplicantur leproſi in partibus flandrie zelandie ꝛ hollandie cooperantibus ad id ſalſis ꝛ acutis balneis ſtuphis poſt comeſtionem: quibus ſepe vtuntur. Tertia regula eſt: meſt. i. lac acetoſum coagulatum non eſt comedendum cum raphanis. Neqꝫ meſt eſt comedendum cum carnibus volatilium. Ratio primi eſt: quia lac acetoſum coagulatum eſt groſſum oppilatiuum difficilis digeſtionis: tardi deſcenſus: ſed raphani virtus eſt calida ſubtiliatiua aperitiua pungitiua. Juxta illud Galeni ſecundo de alimentis capitulo. 66. Radix vero eſt eorum que comeduntur quotidie vt obſos. i. ſalſamentum magis qð alimentum ſubtiliative virtutis ens ꝛ non tamen forte tantũ qꝫ facerent lepram. nec lac ꝛ acetum cum raphano: qꝛ cuz lac aceto ſit multum terreſtre: qꝛ extractum eſt butyrum: raphanũ eſt fortiter caliduz non fit cauſa generationis lapidis. Ratio aũt quare non in vaſe eneo iſta datur ab Almãſore in de venenis: dicit enim qꝛ cibaria ex ere recipiunt ventoſitatem. nec etiã dixit comedi aſſatum ſuper prunas reſine ꝓpter viſcoſitatem illius ligni vnde aſſatum efficitur malum.

d ¶ Libaria quoqꝫ ꝛc̃. ¶ Hic dat cañ. de regi. ex parte numeri ciboꝝ. ¶ Juxta qð nota qꝛ diuerſa cibaria non debent ſimul cõũgi: ꝛ qꝛ magis fatigant virtutem in digerendo ex eo qꝛ diuerſa ſunt: ꝛ ẽt qꝛ vnũ ſ. qð citius digeritur facit aliud penetrare indigeſtũ. ¶ Intellige ergo qꝛ illud qð dicit (vna earuz) poteſt intelligi dupliciter. Uno modo vt ibi tangũtur due cauſe. ſ. ille quas ego modo tetigi. Alio modo vt ſoluz tangatur vna ꝛ ſic vna ſeqꝫ tur ad aliam.

tionis ipſoꝝ. Experimẽtatores nãqꝫ indi ꝛ alij iam dixerũt qꝛ lac cuz rebus acetoſis edendũ nõ eſt neqꝫ piſces cuz lacte: qñ inde ad egritudines puenit pmanẽtes ſicut lepra: neqꝫ comedi oz meſt cũ raſanis neqꝫ carnibus volatiliuz neqꝫ ſanguis poſt rizũ cũ lacte: neqꝫ in pulmento ponaf oleũ aut res vnctuoſa que in eneo ſtetit vaſe: neqꝫ comedatur aſſatura q̃ fuit aſſata ſuper prunas reſine. ¶ Libaria[d] quoqꝫ diuerſa a duabus impediunt par

¶ Sed dices videf qꝛ non noceant diuerſitates ciboꝝ. primo experientia: qꝛ cõiter quaſi oẽs comedunt ſimul diuerſa. ſ. vinum ꝛ panem ad minus: qꝛ vt plurimũ etiã aliquid aliud. ¶ Item ratione qꝛ illud regimen qð eſt magis delectabile videf minus nocere ſm qð habuimus ſuperius: ꝛ ſm qð dicit ibi l ſecũda parti. apho. 38. apho. Parũ exterioꝝ: ſed regimen plurium ꝛ diuerſoꝝ ciboꝝ eſt delectabilius: ideo ꝛc̃. Item illud regimẽ a quo ſumũtur cibi magis conueniẽtes oſibus mẽbris minus nocet. ſed hoc eſt regimen diuerſoꝝ ciboꝝ: qꝛ mẽbra cũ ſint adinuicem multũ diuerſa: ſi etiã cibaria erunt diuerſa illa magis cõuenient mẽbris. ¶ In oppoſitũ eſt Auic. hic ꝛ Gal. primo re. acu. cõ. 18. de pti ſana. ꝛ ẽt. 5. de re. ſa. de ſeipſo. Dico ad hoc qꝛ diuerſitas ciboꝝ poteſt eſſe dupler.

De partibus.

ipſa videlicet cum hoc qꝛ calefacit manifeſte: prevalet enim pungitiua qualitas in ipſa. Si igitur raphani cum lacte acetoſo coagulato edantur facient ipſuz deſcendere ante ſui digeſtionẽ: ꝛ penetrare in vias capillares quibus ſua viſcoſitate adhærebit ꝛ vehemẽter oppilabit eas ita vt vix poſſit oppilatio ſolui vnde fortaſequef icteritia vel hydropiſis. Eſt ꝛ aliud in raphano malum: ſcz qꝛ in eo eſt ſubſtantia que eſt velor ad putrefaciendũ vt dicit Princeps ſecũdo cañ. c. de eo.

¶ Sed inſtabit aliquis qꝛ de raphano cõmuniter dicitur qꝛ non digeritur ſed digerere facit: cum igitur meſt ſit valde difficilis digeſtionis raphanus ei permixtus ſubtiliando ꝛ incidendo ipſum cooperabitur ad digeſtionem eius. Item mos eſt apud plurimos comedere raphanos poſt cibos groſſos vt digeſtio eoꝝ inde iuuetur. ¶ Ad primum dic qꝛ licet raphani cuz meſt comeſti ſubtilient aliqualiter ꝛ incidant ipſum: non tamen ſufficienter ꝛ preter hoc ingerunt mala ſuperius tacta. ¶ Ad ſecundum dic qꝛ mos ille reprobatur a Gal. 2. de alimentis capitu. 66. dicente. Admirari aũt eſt ꝛ medicoruz ꝛ ideotarum illos qui poſt cenam crudas comedunt ipſas bone digeſtionis gratia. Ipſi quidez enim. aiũt habuiſſe ſufficienter huius experientiam. Qui autem imitati ſunt ipſos omnes leſi ſunt. Sed ratio quare meſt non eſt edendum cum carnibus volatilium eſt: quia carnes volatilium ſua ſubtilitate prius digeſte ſunt qð meſt incipiat digeri. Aut igitur penetrabunt ꝛ tunc ducent aliquid er meſt indigeſtum: aut prohibebuntur penetrare poſt obſtaculuz meſt: ꝛ tunc corrũpentur ꝛ corrumpent meſt. Quarta eſt qꝛ ſanich ideſt hordeatũ non eſt comedẽdũz poſt rizum coctum cum lacte. Cuius ratio eſt: qꝛ rizum in lacte coctum eſt groſſum oppilatiuũ difficilis digeſtionis. Hordeatum vero ſubtile lubricuz cito digeſtibile. Quod cum ita ſit quare corrumpitur ꝛ corrumpit ipſum. ¶ Attende primo qꝛ ſanich generali nomine dicitur de quolibet grano panico ꝛ fructu comeſtibili fracto ꝛ macerato in aqua plurima. Juxta id inuenies in pluribus locis cañ. iſtius ꝛ aliox librox medicine ſanich tritici: ſanich hordei: ſanich rizi: ſanich milij: ſanich pomoꝝ: ſanich piroꝝ. Sed ſanich ſm Alman. capitu. de fluxu ventris fit quando hordeum fractum operitur aqua ꝛ bullit vſqꝫ ad ſpiſſitudinez aque: deinde colatur: ꝛ quod deſcendit eſt ſanich. Et iſtud eſt hordeatum ſeu hordeum mundatuz: qð valde laudatur in acutis paſſionibus. Januenſ. vero ſuper illo verbo ſanich ait. Verum vt accepi a peritiſſimis orientalibus ſanich vocatur cum accipitur hordeum nouum anteqð plena maturitate induretur ꝛ ponitur in vaſe eneo vel terreo ꝛ ſuper ignem leuiter torrefit: deinde tuſum ventilatur donec totus cortex abſcedat: deinde frangitur in fruſta ſicut id quod ſar dicimus. ¶ Attende ſecũdo qꝛ cõmuniter vbi in libris translatis ab arabico ſanich ſcribitur: in translatis a greco loco eius ſcribitur polenta: que etiam grece alphita dicitur. Quinta eſt qꝛ oleum vel alia res vnctuoſa ſicut arungia vel butyrum que ſtetit in eneo vaſe non ponatur in pulmento nec imiſceatur cibis gratia friture vel aliter. Huius rationẽ reddit Pain. ſecũdo huius cap. de ere dicens. Oportet quidez vt caueatur vſus dimittẽdi illud in quo eſt ſalſedo aut amaritudo aut pinguedo: ſicut ſunt olea ꝛ carnes aut acetoſitas aut dulcedo in vaſis eris ꝛ bibendi ex eis. Ipſa enim. ſ. vaſa eris tranſmittunt proculdubio zinzariam. i. diffundunt in ea que continent ex dictis eruginem eris: ꝛ zinzar. i. erugo eris eſt venenum. Serta eſt aſſature non ſunt comedende neqꝫ ex carnibus neqꝫ ex piſcibus que fuerunt aſſate ſuper prunas reſin. i. pentadactili ſeu cathapucie maioris que ꝛ herua dicit. Et eſt arbor in magnitudine ficus parue habens folia ſimilia folijs vulli: ideſt platani: vt ait Serapion capitulo de ea. Hec arbor eſt de genere medicinarũ laxatiuarum venenoſarum: cuius prune diffundunt aliquid ſue venenoſitatis in carnes aut piſces qui ſuper eos aſſantur.

¶ Libaria ꝛc̃.) ¶ In ſecunda dicit primo qꝛ diuerſitas ciboꝝ in eadẽ menſa vt plurium carnium differentium multũ vel plurium piſcium vel pluriuz fructuum nocet duobus modis. Uno quidem ꝓpter diuerſitatez maſſe cibalis ex qua duo ſurgunt. Primum eſt difficultas maioꝛ in digeſtione ipſius. Secunduz eſt digeſtio quarũdam partiũ eius longe ante alias vnde ſefe mutuo impediũt. Alio modo quia cõmuniter plus comedunt homines ex diuerſis cibarijs qð ex vno: reuiuiſcit enim quodãmodo appetitus nouis ſibi preſentatis ferculis. Secundo dicit qꝛ tempore antiquo homines exercitijs dediti ita attẽte fugerunt a diuerſitate cibarioꝝ qꝛ contentabantur comeſtione ſolius carnis in mane. ſ.

Una vt vnusq3q3 ciboꝝ diuersoꝝ accipiat vt principalis ad nutriendū. Alia vt vnus accipiat vt principalis ⁊ alter vt coadiuuās. ſ. ad magis ſapiēdū vel ad mitiā corrigēdū. Itē ēt pōt iſta diuerſitas eſſe duplex. nā q̄dā eſt diuerſitas carnis bouine ⁊ pulli. mō dico q3 diuerſitas ciboꝝ quoꝝ vnus ſit ad nutriēdū principaliter alter vt coadiuuās nō nocet. ſi aūt ſit diuerſitas ciboꝝ quoꝝ vnuſq3q3 ſit p̄ncipalis ad nutriendū: ſi eoꝝ diuerſitas ſit ꝓpinqua. dico q3 talis diuerſitas non nocet diuerſitati de q̄ ſit curandū. ſi aūt illa diuerſitas ſit magna diuerſitas iſta bene nocet. Rō primi ptz: q3 magis ſapere ⁊ corrigere malitiā alteri9 cibi eſt iuuatiuū. Rō ſēdi ēt ptz. ſ. q3 ſi ē diuerſitas parua q3 nō nocet: q3 magis ꝓſunt eo q3 magis delectāt q3 noceant ex diuerſitate eoꝝ. Rō ēt vltimi pz: q3 tūc ſequunt̄ nocumenta que ipſe dicit. Et q̄ tu dicis dico q3 bonus panis ⁊ bonū vinū ⁊ bona caro nō h̄nt diuerſitatem magnā. Itē ēt vinū accipit vt adiuuans ad digōnē: q3 vt cōmiſcēs. ſilr ēt caro vt coadiuuans ⁊ magis delectās ⁊ malitiam panis corrigens. ¶ Ad aliud dico q3 verū eſt ſi ſit diuerſitas magna. ¶ Ad aliud dico q3 nō ꝓpter illud opz q3 cibaria ſint multū diuerſa eo q3 ex eis quātūcunq3 ſint diuerſa fit chilus vnus ſaltem ſm ſenſuz: qui poſtea ſm diuerſas partes ſuas inſenſibiles attrahitur a diuerſis.

tibus. Una earum eſt ꝓpter diuerſitatez eoꝝ in digerendo: ⁊ q̄ quod ex eis eſt digeſtū ei admiſceť q̄ non eſt digeſtum. Et ſecūda quoniam aliquis plus pōt comedere ex vno cibario. ¶ In tempore[a] quoq3 antiquo q3 exercitabant̄ iam fugierūt ab hoc. Cōtenti. n. erāt ſolius carnis comeſtiōe in mane ⁊ ſolius panis i cena. ¶ Et in eſtate[b] quidē melior comedendi hora exiſtit que eſt frigidior. ¶ Famem[c] quoq3 tolerare ſtomachū q̄q3 malis replet humorib9. ¶ Amplius[d] ſcire debes q3 alcubeb cū digerit multi exiſtit nutrimenti: ſed tarde deſcendit ⁊ in monoculo moram facit. ¶ Et ſurabez[e] eſt nutriens bonū cūq3 in ipſa fuerit cepe vēoſitates expellit: ⁊ cum cepe non fuerit cōmouebit ventoſitates. ¶ Ex hominibus[f] p̄terea ſunt q3 putant vuas poſt capita aſſata vtiles exiſtere: ſed non eſt quēadmodum exiſtimant: imo vehementer ſunt male ⁊ ſimiliter nabit. Sed ⁊ comedenda ſunt talia qualia ſunt grana mali granati abſq3 ſuis oſſibus. ¶ Scire[g] quoq3 debes q3 tabim eſt ſicca ⁊ ventrem ſtringens: ſz pullus eſt humidus ⁊ ventrem ſoluens.

a ¶ In tēpore ⁊c. ¶ Hic querit vtrū ſit melius comedere carnes ꝛ ſero vel de mane. Et videť q3 de ſero p̄ño aucto. G. primo re. auctoꝝ cōmē. 18. q3 dicit q3 ꝛ ſero. Itē aucto. ipſius in. 5. ꝛ regimine q3 ꝛ ſeipſo dicit q3 ꝛ mane comedebat ſolū panē ⁊ nō bibebat. ꝛ ſero vero comedebat carnes ⁊ bibebat. Itē rōne ille cibus ꝛ quo plus aſſumiť debet accipi ꝛ ſero: ſed carnes ſunt hm̄oi q3 ſunt magis delectabiles q̄ panis ſolus: quare ⁊c. ¶ In oppoſitū eſt Auic. hic qui dicit q3 ꝛ mane carnes ⁊ ꝛ ſero panē. Itē rōne q3 ille cibus qui eſt difficilioris digeſtionis dz accipi ꝛ ſero ſz panis eſt hm̄oi. ideo ⁊c. ¶ Dico q3 cōiter magnates melius comedūt ꝛ mane ſed ſcholares melius comedūt de ſero: ſz aūt quidaz diſtinguēdo ſoleāt dicere q3 in eſtate melius eſt ꝛ ſero bene comedere: ſz in hyeme melius eſt ꝛ mane. Dico tn̄ q3 vlr in quocūq3 tpe ⁊ regulariter ille cibus ꝛ quo plus aſſumiť: ⁊ qui principalr aſſumiť gratia nutricationis dz de ſero aſſumi: ille aūt ꝛ quo minus accipiť: ⁊ ita nō gratia nutricationis dz aſſumi ꝛ mane ita q3 ſi intelligať de iſtis q3 aſſumerēt carnes rōne nutricationis p̄cipalr: ⁊ intelligo ēt q3 alīq aſſumebant ꝛ panc: dico q3 illud dz fieri in ſero. ⁊ ratio primi eſt tripler. Una eſt: q3 maius tp̄s eſt ꝛ ſero ad tertiam ſequentis diei q̄ ſit ꝛ mane ad ſero: ⁊ ideo melius pōt digeri. Scda rō eſt: q3 ꝛ ſero ⁊ ꝛ nocte eſt obſcuritas. ⁊ frigiditas in aere que ambo faciūt ad digeſtionē: ⁊ in die eſt lux ⁊ caliditas que digeſtionē impediūt. Tertia rō eſt: q3 ꝛ nocte fit ſomnus qui iuuat digeſtionem: ⁊ ꝛ die ſunt vigilie que impediūt eam. Et ſimilr rō alterius patet per oppoſitū. Et q̄ dicis de Bal. dico q3 ipſe parū valde comedebat ꝛ ſero autem poſtea comedebat ad ſufficientiā. Alie rationes procedunt ſuis vijs: ⁊ ideo per eas non diſcurro: ⁊ ſic ꝛ illo.

b ¶ Et in eſtate ⁊c. ¶ Hic ponit caſ. ꝛ hora aſſumendi cibum.

c ¶ Famem ⁊c. ¶ Hic dat aliam regulā ꝛ hora aſſumēdi cibum ⁊ dicit quando q3: q3 illud eſt quando humores mali abundant in epate ⁊ corde: ſi autez abūdarent boni: tunc impleretur ſtomachus bonis.

d ¶ Amplius ⁊c. ¶ Hic ponit caſ. ꝛ re. per quēdam cibuz. ſ. per aſſata: ⁊ dicit cuz digerik eo q3 caro ſit cocta eſt difficilioris digōnis: ⁊ ratio eſt: q3 ſic imediate poſita ad ignē ipſa adurať ⁊ iſpiſſatur: ⁊ ita fit magis difficilis digeſtionis. Itez etiā ipſa acquirit caliditatē igneā ſiccā que digeſtionem etiā impediť: nam digeſtio fit a calido humido ⁊ vaporoſo. ¶ Item intelligē q3 dicit multi nutrimēti: q3 iſta caro eſt multi nutrimēti dupl'r: ⁊ a parte tēporis durationis: q3. ſ. multum durat ſuū nutrimētū: ⁊ etiā a pte quātitatis eius q̄ querik ⁊ nutrit: q3 etiā illud eſt multū eo q3 q̄ caro eliratur humiditas carnis exiccať ⁊ erit in aqua: ſz q̄ aſſať humiditas carnis recludik intus: ⁊ ſic eſt ibi multa: ⁊ per cōſequens multum nutrit: nam hic duobus modis nutrimentū dicik eſſe multū ſm q3 dictum fuit ſupra. Dicit autē ſed tarde deſcēdit: q3 vniuerſalr cibus tantū debz in ſtomacho retineri quousq3 digerať ⁊ in inteſtinis ſubtilibus quousq3 attrahať per meſeraicas eius humiditas: cū aūt ille cibus ſit durus ⁊ difficilis digeſtionis: ideo multū moratur in ſtomacho ⁊ in inteſtinis ſuperioribus anteq3 deſcendat. Dicit aūt appropriate de monoculo: ſed etiam ego intelligaz ꝛ colon: q3 cū iſte cibus ſit cibus grauis ⁊ monoculus habeat tantū vnum orificiū ſicut ſaccus difficilius egreditur ⁊ deſcendit de monoculo q̄ de alijs.

e ¶ Et ſurabez ⁊c. ¶ Hic ponit caſ. ꝛ taphxa. Intellige hic q3 taphxa ē duplex vt dr̄ in ſynonymis. ſ. alba ⁊ viridis: alba ſit ꝛ carnib9 ⁊ aqua: ſz viridis eſt q̄ ſup addik coriandrū: ⁊ eſt taphxa vel ſuccus carnium vel forte ad moſellatum. ¶ Item dices cū allia magis diſſoluant ventoſitates: vt. 12. de inge. capi. vlti. q̄ cepe: quare non dicit ꝛ allijs ſicut de cepis. Dico q3 ideo quia ipſa non ſunt ſic delectabilia in cibis ſicut cepe.

f ¶ Ex hoibus ⁊c. ¶ Ponit ordinē vuarū ad capita aſſata. Ulterius illi q3 putāt ſunt vulgares q3 cōiter comedūt vuas poſt cibū: ſed neſcioſi fuerit aliquis auctor ſed iſti errāt q3 ſicut ſupius dixi cibus ſubtilis dz premitti ⁊ non poſponi. Item etiam q3 cibi humidi ⁊ maxime ſolutiui debent premitti.

g ¶ Scire ⁊c. ¶ Hic ponit caſ. de quadā aue. ¶ Iuxta q̄ intellige q3 dicit de illis auibus q3 illud eſt generalr verū in oſibus auibus. ſ. q3 pulli eius ſunt humi diores

Jacobus

hora prandij: ⁊ comeſtione ſolius panis in cena. Sed mos inoleuit iſtis temporibus cum ſingulis ferculis comedere panem: nec ſapere videtur cibus ſine pane: immo qui q3 cibus cum pane cenſetur velut vnum ferculum: ⁊ in his maxime conſuetudo attendenda eſt ⁊ obſeruanda.

¶ Et in eſtate ⁊c.) ¶ In tertia dicit q3 hora melior comedendi tempore eſtiuo eſt hora magis recens ſeu minus calida: videlicet anteq3 ſuper noſtrum hemiſpherium ſol multum eleuetur. Tali namq3 hora magis viget appetitus virtus digeſtiua validior eſt nondum reſoluta calore ſolis. Et per cibum tunc ſumptuz aptius occurritur caloribus vēturis ſuppoſito q3 tempus heſterne comeſtionis ſic fuerit ordinatum q3 hora diei recentior digeſtio cibi heſterni completa fuerit ⁊ iam inſtet tempus noue cibationis.

¶ Famem ⁊c.) ¶ In. 4. dicit q3 tolerare famem q̄q3 replet ſtomachuz malis puribus. i. ſanioſis humoribus vel putridis aut aliter corruptis: q3 ſtomachus renegato ſibi cibo ab extra trahit a mēbris que cibo egentia ſicut ſtomachus nō ſinunt abire bonos humores ſed malos putridos ſuperfluitates. Idem memoratū eſt parte ſcda pūtis. ca. ſub iſtis verbis. Tolerare famē ſtomachū putridis replet humoribus. Et hic repetik vt altius menti hereat. Et addik q̄q3 ꝓterea q3 ſepe tolerantia famis flegmaticis prodeſt: ⁊ cauſa huius ſupra tacta eſt.

Amplius ſcire ⁊c.

¶ In hac parte vigeſimaprima primo agit ꝛ alcubeb. Scdo ꝛ ſurabes. ibi (Et ſurabes.) Tertio ꝛ prohibitione vuarum ⁊ permiſſione granoꝝ granatorum poſt capita aſſata. ibi (Et hoſbus.) Quarto de tanz ⁊ pullo eius. ibi (Scire quoq3 debes.) Quinto ꝛ meliori mō aſſationis gallinarū. ibi (Et gallinis.) Serto de iuribus pulli ⁊ galline. ibi (Et ēt ſcire debes.) Septio ꝛ hedo. ibi (Hedus ꝓterea.) Octauo ꝛ agno. ibi (Et agnus.) Nono de zebrabegi. ibi (Zebrabegi quoq3.) Decio ꝛ allues. ibi (Allues quoq3.) Undecimo de cōparatione nocumenti panis ad nocumētū carnis. ibi (Amplius ſcire debes.) ¶ In pria particula dicit q3 alcubeb eſt multe nutritionis dū bene digerik: ſed deſcenſus ipſius eſt tardus ⁊ protrahit morā in inteſtino menoculo. Et eſt alcubeb nomen arabicum ſignificans carnez ſuper prunas aſſan. Et eſt cibus plurimū vſitatus in his baſſis regionibus apud caupones ⁊ tabernarios ad quos affluentes mane leccatores vt deſiderium bibendi excitent laminas tenues porcine carnis dictas carboneas prunis ſuperponunt: quas non bene coctas cū pane comedunt ⁊ vino ſepelliunt. Et tarde deſcendunt: tum q3 groſſe: tum q3 viſcoſe: tum q3 difficiles digeri. Et q3 morank in monoculo. ſ. in primo groſſoruz inteſtinoꝝ: q̄ ⁊ ſaccus dr̄ manica ⁊ orbus: non cōpetunt ꝓſtipatie neq3 diſpoſitis ad cholicā. De hoc dicit Raſis. 4. Alman. Caro ſuper prunas aſſata multū nutrit: corpus namq3 roborat atq3 velociter nutrit. Nec ēt eis qui multū ſanguis fluxum perpeſſi ſunt confert. Tarde iñ digeritur atq3 vix vnq3 tota omnino digeritur. Que neq3 poſt aliū ſumenda eſt cibum neq3 cum ea alius ſumi dz cibus: ſed ſola omnino eſt ſumenda. Et

De partibus.

donec digeſta ſit nullus alius ſumatur cibus. Poſt cuius comeſtionem potus ſumendus non eſt niſi in parua quantitate maxima tamen cogente neceſſitate.

¶ Et ſurabez ⁊c.) ¶ In ſcda dicit primo q3 ſurabes eſt cibus boni nutrimenti tn̄ aliter taphea: ⁊ eſt ius carnū aut piſcium cōditum ſine ſuccaro ⁊ alio dulcore aneto ⁊ ſale imiſſis cum oleo pauco: quod a Bal. quarto de regimine ſa. c. 15. ius album dicitur. Scdo dicit q3 ſi iſti brodio cepe fuerit imixtuz educet ventoſitates ſi non: cōmouebit ⁊ ſuſcitabit eas. Et scdo huius. c. de cepe ait. Et zicubiza cum cepe minus eſt inflatiuum eo quod eſt ſine cepe. Et per zicubiza intelligit ſurabes. Cuius ratio eſt q3 cepe lenit ventrem ⁊ comeſtū expellit nocumētuz ventoſitatis venenoꝝ vt ait Dūn. dicto. c. ¶ Sed contra: cepe generāt ventoſitates vt ait Serapion in aggregatore. c. de cepe auctoritatibus Bal. ⁊ Dyaſcoridis: ergo mixtum ſurabes reddet ipſum magis multiplicatiuū ventoſitatū. Dic primo q3 cepe coctū in ſurabes eſt minus ventoſum multo q̄ ſit crudū. Dic ſcdo q3 lz cepe, eiuz in ſurabes generēt ventoſitates aliquas ipſas tn̄ larando educit.

¶ Et hoibus ⁊c.) ¶ In tertia primo dicit aliquos putaſſe q3 vue cōmeſte poſt capita aſſata vt vituli aut hedi ſunt bone ⁊ vtiles: ſed non eſt ita: imo vehementer nocent: q3 capita animalium. ſ. cerebrum ⁊ carnes circumuicine ei aſſata ⁊ comeſta ſunt flegmatica ⁊ viſcoſa difficilis digeſtionis ⁊ tardi deſcenſus. Et vue ſupercomeſte cito digeruntur ⁊ nequeuntes tranſire propter capita precomeſta ſupernatant alijs ⁊ corrumpuntur ⁊ corrumpunt alia ⁊ effumant ad caput ſuſcitantes dolorem capitis ⁊ inquietudinem. Et ſi aliquando fuerint inuente contuliſſe per accidens fuit ſcilicet dum ſibi viam inuenientes inter parietes ſtomachi ⁊ capita comeſta lubricabant inferius cum capitibus ⁊ per fluxum ventris alleuiabantur ſtomachus ⁊ viſcera. Secundo dicit q3 nabit ſimiliter eſt malum poſt capita aſſata ſicut vue. Et eſt nabit potus qui fit ex dactilis vel ficubus vel ex alijs ab vuis. Talis autem potus ſua vnctuoſitate natat in ſtomacho ⁊ natare facit capita comeſta quibus ſuperbibitur: ⁊ ſua dulcedine oppilat ꝑ ſicut ⁊ chilus ex capitibus genitus: ⁊ ſic addit in malitiam. Tertio dicit q3 poſt capita aſſata comedenda ſunt ſine ſugenda grana granatorum acetoſorum ſine tranſglutione ſuorum oſſium ſeu lapillorum: q3 cerebra comeſta cum carnibus mollibus que ſunt iuxta ea faciunt nauſeam ⁊ tollent appetitum; ⁊ ſuccus granoꝝ granatoꝝ acriū tollit virtūq3 horum os ſtomachi roborat fumos a capite phibet ⁊ cooperať ad deſcēſuz cibi. Preterea ineſt ei mirabilis ꝓprietas in phibendo corruptiones ciboꝝ ⁊ humoꝝ in ſtomacho. ¶ Sed cōtra: iſte ſuccus eſt ſubſtātie ſubtilis facilis digōnis: digeret ergo priuſq3 capita ⁊ cū trāſire nō poſſit corrūpet ⁊ corrūpet alia. Dic q3 hic non ſumiť via cibi ſed in pauca quātitate via medicine ⁊ cū expleuerit iuuamenta ſua vel faciliter reſoluentur vel imiſcebitur alijs abſq3 corruptione propter ineptitudinem eius ad eam.

¶ Scire ⁊c.) ¶ In. 4. particu. dicit primo q3 tanz eſt ſicce complexionis comparatione ad hominē qui pro cibo ea vtitur ⁊ cōſtringit ventrē. Et eſt tanz auis

in palato

diores q̄ matres ⁊ q̄ que sunt antique: ⁊ ex hoc q̄ sunt magis humide sunt etiā aliqualiter ventrem soluentes magis q̄ antique preter q̄ in gallis qui quādo sunt multum antiqui solutiui ponuntur: iuuenes autem non: sed illud in eis est ꝓpter quādam virtutem medicinalem quā acquirit ex antiquitate que est aliq̄lis nitrosi: non autē est ꝓpter humiditatem nutritiuam: licet autez illud sicut dictum est fit generaliter verū in omnibus auibus: tamē posuit specialiter de ista aue appropriata: q̄ illō fortē maxime reperitur ⁊ est in ea.

a ¶ Ex gallinis ⁊c. ¶ Hic ponit ⁊ modo assandi gallinā. ¶ Iurta q̄ dices cū ex pullis plus resoluatur ⁊ humiditate nutritiua in aquam q̄ ex gallinis eo q̄ ipsi sunt teneriores videl q̄ brodium pullorū fit magis nutriens q̄ gallinarū. Dico q̄ ius gallinarū magis nutrit. Et hoc duplr: ⁊ q̄ eius nutrimentū diutius morat q̄ nutrimentū pullorum eo q̄ est nutrimentum solidius: ⁊ etiā a parte quātitatis: q̄ ipse gallinę sunt magis pingues: pulli aūt vtplurimū sunt macri: ⁊ ideo faciūt malū ius ille autez quia pinguiores sunt faciunt melius ius: ⁊ per consequens maius nutrimentum.

b ¶ Hedus ⁊c. ¶ Ponit cañ. de actuali caliditate hedi ⁊ agni. ¶ Iurta q̄ dicit elige q̄ ex hedis qui comedunt debent comedi frigidi: ad hoc vt quidam fumus

¶ Ex gallinis[a] vero assatis melior est q̄ in ventre hedi aut agni assatur: qm̄ eius cōseruatur humiditas. Et etiam scire debes q̄ ius pulli vehementer tēperat humores ⁊ plus q̄ ius gallinarum: sed tamen ius gallinarum est magis nutriens ¶ Hedus[b] preterea cum fuerit frigidus erit melior: propterea q̄ eius quiescit vapor: ⁊ agnus cū est calidus est melior: ꝓpterea q̄ ipsius malus odor resoluitur. ¶ Zebrabegi[c] quoq̄ cū calefactis datur non oportet vt sit in eo crocus: sed nō calefactis in eo esse debz crocus. ¶ Allues[d] quoq̄ bz ex zuccaro fiant sicut pheludez: male tamē sunt ꝓpterea q̄ oppilationes faciunt ⁊ sitim. ¶ Amplius[e] scire debes q̄ impedimentum panis cū non digerit est multum. Sed carnis nutrimentū cuz non digeritur est minus hoc.

Iacobus

in palato habens dentes. s. anser aut auca: ⁊ est de genere auium aquaticarū cuius carnes grosse superfluice sunt difficilis digestionis ꝛclinantes ad melancholiam. Secūdo dicit q̄ pullus tanz. s. anserulus est humide cōplexionis ⁊ soluens ventrem: ⁊ hec humiditas ⁊ solutiua vis insunt ei ex humiditate cōnaturali adolescentie seu prime etati. sicut enim boue vitulus ⁊ hirco hedus humidiores sunt ⁊ labiliores: sic anseruli aucis: hoc excepto q̄ anseruli quadam zmatoti vi scositate participant propter naturam sue aquacitatis.

¶ Ex gallinis ⁊c.) ¶ In .5. particu. dicit q̄ meliores ex gallinis assatis sunt hę que assank in ventre hedi aut in vētre agni: q̄ ꝓ hunc modū prohibent a desiccatione superflua ignis: ⁊ conseruatur in eis sua nālis humiditas. Sed attendere opz q̄ venter agni vel hedi sit optime mūdatus. Et id maxime fieri conuenit in macris gallinis nō hābētibus pinguedinē ⁊ humiditatē sufficientes protegere eas a penetratione violenta ⁊ arefactione ignei caloris. Et sub gallinis intelligę si vis famellas perdicum ⁊ faseanorū que sunt galline deserti.

¶ Et etiā ⁊c.) ¶ In .6. particu. dicit primo q̄ ius pulli .i. colaticiū vel aqua ꝛcoctionis eius vehemēter tēperat humores sic q̄ calefacit infrigidatos: ⁊ infrigidat calefactos: ⁊ ex se generat tēperatū sanguinē bonū clarū mundū. Secundo dicit q̄ ius pulli plus tēperat humores q̄ ius galline: q̄ minus habet de inflā mabili pinguedine: ⁊ calor pullorū est minus acutus ꝓpter humiditatem etatis hebetantem eum. Et ideo ius pulli magis conceditur in acutis febribus q̄ ius galline. Tertio dicit q̄ ius gallinarū est nutritiuius q̄ sit ius pulli: q̄ est carnosius spissius ⁊ pinguius sicut docet experimentum.

¶ Hedus ⁊c.) ¶ In .7. parti. dicit q̄ hedine carnes sunt meliores esui frigide q̄ calide: ꝓpterea q̄ in frigidis tam vapor quiescit ⁊ resolutus est. ¶ Attēde q̄ hoc totū genus animalis abūdat in fumis aut vaporibus fetidis: ⁊ id maxime manifestat in hirco ⁊ sanguine eius: postea in capra: minus vero in hedo. Et talis vapor se plus manifestat in carnibus horū q̄ calide sunt ⁊ pori aperti.

¶ Et agnus ⁊c.) ¶ In .8. parti. dicit q̄ carnes agni sunt meliores esui calide q̄ frigide: q̄ calor ignis relictus in eis tollit ⁊ resoluit odorē malū ꝓpter substātie similē pinguedini refrigerate reperti in eis ex abūdātia humiditatis ⁊ vnctuositatis sanguis. Et talis odor nō inuenit in substātia carnū hedi q̄ sicce sunt de se: sed in humiditatib[b] fluentibus earū: ꝓpterea calor detegit fetorē harum: frigus vero tollit vel occultat: ⁊ ecōuerso fit in mutoninis seu agninis carnibus.

¶ Zebrabegi ⁊c. ¶ In nona particula dicit q̄ in zebrabegi non debet misceri crocus quando datur supercalefactis vel febricitātibus: augmētaret enim discrasiā ipsorū. Sed nō calefactis cū croco dādum est: q̄ crocus cordialis est ⁊ hominem hilarē reddit. Sed sub pauca quātitate bz imitti cibis vel per se assumi: q̄ multum ex eo est venenū. Iurta illud Principio. scōo huius. c. de eo dicit q̄ tres aurei de ipso interficiūt letificādo. Et est aureus pōdus. z. j. ⁊. ß. Et est zebrabegi caro cocta cum aqua cui postea admiscentur acetū ⁊ crocus. Et est frigida q̄ sanguinem ⁊ cholerā reprimit rubeam. Atq̄ caliduz habentibus epar necnon his qui in epate oppilationem atq̄ icteritiam ⁊ febres patiuntur confert: flobothomatis quoq̄ auxiliū prestat. His vero qui catarticū hauserunt vel qui in neruis lesionem patiuntur: siue qui corpora habentes macra ⁊ debilia necesse habēt ea corroborare atq̄ impinguare nocumētum tribuit: desiccat enim ⁊ subtiliat. Carnium vero ⁊ sanguinis habentibus multitudinez atq̄ his quibus sanguinis ⁊ cholere rubee multitudo nocet congruit: ventrē stringit: teste Rasi quarto Almansō. cap. de virtutibus carnium ex artificio.

¶ Allues ⁊c.) ¶ In decima particula dicit q̄ allues sunt male ꝓpter oppilationes quas faciunt: ⁊ sitim quā inducunt: licet ex zuccaro fiant pheludes idest penidie que conficiuntur ex zuccaro cocto multum elaborato cum floze amidi donec sit protensum ad instar chordę tracto eo ex clauo parieti affixo. Tūc quidē inciditur cū forcipibus per petias paruas similes glādibus: ⁊ sic reseruatur a pecie tales penidie vocantur: que multū valent in asperitate gutturis ⁊ tussi ⁊ pleuresi ⁊ peripleumonia maturantes materias pectoralium ⁊ facilitantes sputum. Sed allues sunt confectiones ex pasta azima ⁊ zuccaro aut melle sicut nebule oblate crispule que ex pasta sua azima vias oppilant: ⁊ ex facili conuersione earum ad choleram propter suam nimiam dulcedinem sitim efficiunt.

acutus qui est in eis ex matre resoluatur postq̄ autem resolutus est magis sapiunt: sed agni debent comedi calid.: q̄ ipsi habent quandam viscositatem que si frigida comederetur fastidiret: ⁊ etiam habent vapores nimis grossos que viscositas per caliditatem dissoluitur ⁊ fit minus fastiditiua: ⁊ eius etiam vapores minus subtiliantur.

c ¶ Zebrabegi ⁊c. ¶ Hic ponit cañ. alium de quodam sapore.

d ¶ Allues ⁊c. ¶ Hic ponit cañ. de confectionibus dulcibus.

e ¶ Amplius ⁊c. ¶ Hic ponit cañ. de nocumento quorūdam ciborum cū nō digerūtur. ¶ Iurta quod intellige q̄ nocumētū carnium est minus q̄z impedimentum panis eo q̄ carnes ipse sunt nobis magis familiares q̄z panis. Item etiaz sunt subtiliores: ideo facilius corrigitur earz impedimentum ⁊c.

¶ De regimine aque ⁊ vini. Lap. 8.

Emplexiōibus

c tēperatis[f] aqua queniētior est q̄ in fridꝛtatis fortitudine tēperata existit: ⁊ cui[c] infrigidatio cū niue de facili fit pcipue si nix mala fuerit. Et in niue ēt bona hmōi existit dispō: qm̄ q̄ ex ea resoluitur neruis ⁊ mēbris anhelit[e] nocumentū facit ⁊ oibus interioribus: neq̄ tolerat eaz nisi vehemēter sanguineus: q̄ si nō ilico nocumentū alicui fecerit ꝑm longitudinē dierum faciet: ⁊ cuz in annis processerit. Empericoruz autē quidā dixerunt q̄ inter aquā putei ⁊ fluminis non est faciēda cōiunctio nisi cū vna earz descenderit. Et aque quidē electionē iam demōstrauim[e]: ⁊ similr emendationē eius que ex ea mala est: sz tñ si aceto misceatur rectificatur.

¶ De regimine aque ⁊ vini. Lap. 8.

f

Omple

c rionibus ⁊c.

¶ Prius deter mi. de regi. per cibum: hic deter. de regi. p potum. Et pmo de reg. p potuz aque. Scōo p potū vini. ibi (Vinū vero albū.) Prima in duas. Primo ostēdit que aqua cōpetit corpori temperato. Scōo docet modum approximādi ipsaz. ibi (Scias aūt.) Et hec in tres. Mā sicut habetis in .3. thegni.

De partibus.

¶ Amplius ⁊c.) ¶ In .11. particula dicit primo q̄ nocumentum ex pane proueniens qm̄ non digeritur est plurimuz: vnde dici solet. Omnis repletio mala: panis aūt pessima: q̄ stomacho diu iniacet grauans ipsuz plurimū: ⁊ opprimit pectoralia. Quod si descenderit tandē ꝛ stumacho non bene digestus oppilabit epar ⁊ meseraica. Scōo dicit q̄ nocumentū ex carne proueniens cum non digeritur est multo minus nocumento panis: q̄ carnes plus proportionanf humano corpori ⁊ minus premunt pectoralia. Et si transeant indigeste ad epar vel miseraicas minus stabiles ⁊ magis curabiles oppilationes inducent q̄z panis trahentibus mēbris auidius succum carnis propter similitudinez q̄z succū panis.

¶ De regimine aque ⁊ vini. Lap. 8.

Emplerionibus ⁊c.

c ¶ In hoc capitu. 1. agit de regimine aque. Secundo de regimine vini. ibi (Vinum vero album.) Prima pars est presens textus. ¶ In prima parte agit ꝛ aqua que conuenit cōplexionibus tēperatis. Secundo tangit opinionem quandam circa mixtionem aquarum remittens nos ad priora super electione ⁊ correctione aquarum. ibi (Empericoruz autem.) Tertio de nocumento aque bibite quando non conuenit: ⁊ de modo succurrendi necessitati eius ⁊ occurrendi suis nocumentis. ibi (Scias autem q̄ bibere.) Quarto de remediis contra mendosam sitim ⁊ malo quod sequitur obediendo ei. ibi (Et siti qui dē mendosa.) Quinto de effectibus aque ꝑm qualitates eius primas actiuas. ibi (Adultam quoq̄ aquam.) ¶ In prima particula dicit primo q̄ aqua plus conueniens temperate complexioni est que temperata est in fortitudine frigiditatis idest nō frigida vehementer vt nix: nec veluti tepida sed sensibilis frigiditatis: ⁊ illa cuius infrigidatio facta est cum niue nō aque mixta: sed adhibita ꝛ foris per medium vasis: maxime si mala est huiusmodi nix: vel q̄ fit ex vaporibus corruptis: vel qua cecidit supra malas plantas vel in locis infectis. Secundo dicit q̄ in niue etiam bona talis est dispositio vel ꝓprietas q̄z aqua resoluta ex ea nocet neruis ⁊ membris anhelitus ⁊ omnibus interioribus: nec sustinet aliquis intrist. nter sine nocumento talis aque potum nisi vehementer sanguineus fuerit. Et si cui alteri vtentium nunc non nocuerit in processu temporis nocebit plurimum. De talibus aquis dicit Gal. libello de aquis ca. 5. Quecūq̄ vero sunt a glacie ⁊ niue dissolute male sunt. Nam quando congelantur exprimitur ab eis id quod est subtilissimum: ⁊ sunt dure ⁊ in frigiditate excedentes. Dura autem aqua ⁊ frigida neq̄ ad digestionem neq̄ ad vrinationem est idonea: mala vero est pectori ⁊ lateribus ⁊ spasmos suscitat: ⁊ tetanos ⁊ ruptiones in stomace ⁊ spuitiones sanguineas ⁊ empimata ⁊ permanet ꝑm ventrem multo tempore gurgulationes ibi operans.

¶ Opꝫ tri ꝛē.) ¶ Jn. 3. dicit q̄ in electione lactis dandi senibus cōsiderandus est locus pascue alalium a q̄bus lac sumit. s. q̄ herbe que crescunt ibi quas hec alia comedunt non sint pontice neq̄ acute neq̄ acetose neq̄ salse plurimum. Quia lac concipit aliq̄d de nā herbarū q̄bus nutriunt. Teste Gal. 3. de re. sani. ca. 7. dicente q̄ nō parū ꝓfert in h̄ pascua alalis cuius vsuri sumus lacte. Verū quidā ꝓtēnunt pascuā vt nihil pficientē lactis virtuti. Sed aperte videmus alia lia pascentia scamoneā vel tutimallorū aliq̄d purgatiuū habere lac si illud sumpserimus. Manifestum igit q̄ ꝛ grauiter olens ꝛ acidus ꝛ austerum in malis pascuis erit: assimilatur. n. semp nāe herbe quā comedit. Et neq̄ grauiter olentes neq̄ acidos neq̄ austeros multū opꝫ esse cibos alalium: quoꝫ lacte vsuri sumus vt valde euchimo. Alt vero ꝛ quoniam fm etatē iuueneſcens esse opꝫ ꝛ fm habitum corporis inculpabile animal manifestum est: hec Galenus.

Olera vero ꝛc. ¶ Jn hac parte. 4. dicit q̄ olera conuenientia senibus sunt sicla. i. bleta ꝛ apiuꝫ ꝛ parū porroꝝ: que comedenda sunt cū oleo ꝛ almuri condita: ꝛ maxime in principio comestionis eorum gratia lenificationis ventris. Nam per siclam cū adiutorio almuri ꝛ olei laratur venter. Et per apiū ꝛ parum porroꝝ prouocatur vina ꝛ prohibentur oppilationes ꝛ ꝓfortatur digestiuus calor. Et intellige per almuri liquorem salsum quo multi pro salsamento vtuntur. Et est duoruꝫ modoruꝫ. Unum dō fit ex piscibus salitis. Aliud ex farina hordei ꝛ sale facto pane. Et dicitur arabice muri ꝛ almuri: ꝛ grece obsoma garum ab obsomo quod est salsamentū: ꝛ garo q̄ꝫ est muria. ¶ Attende q̄ Gal. 4. de regi. sani. capi. 8. sic breuiter scripsit olera legumina fructus ꝛ carnes conuenientes senibus. Jn oleribus malua ꝛ bleta ꝛ attriplices ꝛ scariola ꝛ non caules. Jn leguminibus ptisana ꝛ nō lenticula milium ꝛ non faba: zea. i. milium ꝛ non panicū. Jn fructibus vero amigdala ꝛ malagranata: sed ꝛ mora ꝛ mala magis q̄ꝫ cucumeres ꝛ cucurbite ꝛ peponia. i. melones. Jn carnibus vero domesticorum animalium ꝛ non siluestrium ꝛ recentes ꝛ non ficce senibus dande sunt: hec Galenus.

Eis quoqꝫ ꝛc. ¶ Jn hac parte. 5. dicit primo q̄ confert senibus his horis dormire quibus consueuerunt precipue si nocturnis horis dormire sint assueti. Si vero diurnis adhuc ꝓfert eis. Et cuꝫ iuuenibus graue ꝛ molestum sit assueta relinquere quāto magis senibus debilibus ꝛ inueteratis magis in consuetudinibus suis: quas velle mutare est incipere discere cum receditur a scholis ꝛ veterem canem in laqueo de nouo ducere. Jurta illud Gal. 5. de regi. sani. ca. vlti. Senex autem etsi poterit tempore continuo paulatim transmeare a malis consuetudinibus tamen non habebit tempus in quo vtatur melioribus ꝛ laborabit inaniter ac si artez incipiat discere cedi ꝓtinuus existens. Scō dicit q̄ zinziber muraba. i. ꝓdituꝫ q̄ꝫ viride zinziber solet appellari est ex medicinis conuentibus senibus q̄ ꝓfortat eoꝝ calorē iuuat digōnem mundificat pectus. Et similiter ꝓferunt eis plurima ex muraba. i. conditis calidis vt anisum ꝓditum feniculū carui cinamomū ꝓditum. Tertio dicit q̄ predicta ꝓdita debent ministrari sub tali mensura qua solūmodo calefaciant mediocriter ꝛ digerant ꝛ non qua corpus exiccent: q̄ cibi senuꝫ debent esse humectatiui qui non suscipiant a predictis conditis nisi virtutem qua calefiant ꝛ facilius digerantur ꝛ non qua deficcent. ¶ Sed queret aliquis cum virtus siccandi sicut calefaciendi p̄dictis insit q̄ō calefacient sine exiccatione. Dic q̄ cuꝫ aqua pulli vel aliquo tali pōt obtundi siccitas eorum remanente sibi sua caliditate. Item paruꝫ ex eis potest leuiter transeundo calefacere sine h̄ q̄ deficcet: q̄ calor est agentior ceteris qualitatibus primis ꝛ breuius explicans suā actionez.

Ex eis vero ꝛc. ¶ Jn hac parte. 6. dat nouem regulas super laratione ventris senum. Primum est volubilis cocta cuꝫ aqua ꝛ sale condita cū almuri ꝛ oleo vt sit boni saporis est ex eis quibus nu-

De partibus.

triuntur senes ad larationem ventris ꝛ que conueniunt corporibus eoꝝ. ¶ Attende q̄ volubilis multas hꝫ species fm quas nomē multis plantis attribuit. Nam large sumpta pro omni planta que circūuoluitur cuicūq̄ arbori vel herbe dici pōt. Et arabice dī lubleb ꝛ alubleb ꝛ lebleb ꝛ alebleb. Sed hīa presens de volubili minori intelligitur que nascitur vbiq̄ꝫ tam in cultis q̄ꝫ non cultis locis ꝛ hꝫ lac ꝛ est de facilioribus laratiuis ita q̄ datur in febre acuta. Et almuri est liquor salsus quo multi pro salsamento vtunt. Et est duoruꝫ modoruꝫ. Unum q̄ꝫ fit ex piscibus salsis. Aliud ex farina hordei ꝛ sale facto pane. Secunda regula est: radix polipodij posita ꝛ decocta in iure galline vel galli veteris vel in iure blete vel in iure caulium valet similiter ad larandum senes. Et est polipodium radix plante cuius ortus est super arbores ꝛ super lapides. Et vocauit eam grecus philicem arboris. Et quod nascitur in lapidibus hamiditatem habet superfluam indigestam causam ad ventositatē ꝛ nanseam. Verum melius ex eo est arboruꝫ ꝛ propriē q̄ꝫ nascitur super arbores ferentes glandes. De quo dicit Mesue in simplicibus cap. de eo auctoritate hamech. Loquitur cum iure gallorum ac gallinarum ꝛ fit solutiuum bonum. Et est dosis eius a. 3. 2. vsq̄ꝫ ad auf. 4. qui sunt. 3. 6. ꝛ. ß. Tertia est ficus ꝛ prima tēpore estatis sunt ex fructibus quibus via cibi senes vtuntur ad larandum ventrē ꝛ conferunt etiam suis corporibus humectādo ea. Et si tempus fuerit hyeme conueniunt eis ficus ficce cocte in aqua ꝛ melle. Oportet tamē vt omnia predicta laratiua dentur ante comestionez quatinus libere transeant leniendo ventrem. Et ex prunis meliora sunt nigra damascena mollificando larant atq̄ꝫ leniendo ꝛ ad id caadiuuant lacticinium quoddā occultatū in eis q̄d maxime apparet in caudis recentiuꝫ quādo rumpūtur. Quarta est: si nature idest ventres senū sic se habuerint q̄ vna die larētur alia non ita q̄ ex cōsuetudine assellent de tertio in tertiū diem excusatur solutiuū ꝛ lubricatio tertiana: hoc est dicere q̄ non est corpus dare solutiuuꝫ aliq̄d vel lubricatiuū tertio die cum natura ex se solutionem faciat. Quinta est: si nature seu ventres ipsorū senū vna die lenificenk ꝛ constricti maneant duobus diebus sic q̄ cōmuniter ipsi nō assellēt nisi de quarto in quartū sufficiet eis ad frequentius assellādum aliq̄d quattuor solutiuoꝝ sequētium. Primum aut volubilis data mō tacto in prima regula. Scōm est aqua caulū. Et sumenda est prima aqua decoctionis eorū. Nam in foljs cauliū est virtus quedā nitrosa abstersiua debiliter inhērēs ꝛ facile separabilis per decoctionē que sparsa per aquā reddit ipsam laratiuaꝫ. Tertiū est medulla seminis chartami cū kist hordei. Et est carthamus crocus ortulanus cuius semen inter laratiua ponit. De quo dicit Mesue. cap. de eo. Et dixit Gal. decoquatur medulla in iure galli vel gallinarū cum speciebus ꝛ propinet vbi oportet. Et dixit ibi q̄ dosis eius est a. 3. 4. vsq̄ꝫ ad auf. 5. Et kist hordei est farina hordei macerata aut cocta in lacte acetoso. Quartuꝫ est terebinthina data ad magnitudinem vnius auellane vel duarū ꝛ vt multum. i. ad plus trium q̄ mollificat sua proprietate ventres senum ꝛ sine lesione abstergit mēbra eoruꝫ interiora. Et est terebinthina refina terebinthi arboris que arabice dicitur glutem albotim. Et illa qua vtūtur arabes est dure substantie terribilis vt innuit Plin. in pluribus locis sui magni cañ. Sed que huc defertur est viscosa mollis similis glutini: que ori imposita sic palato adhæret vt vix transglutiri possit: ideo dum per os alicui eam dare volo consulo q̄ inuoluatur in oblata vel in nebula intincta in vino. Sexta est: medicina composita ex medulla carthami incorporata cum decuplo ipsius ficuum ficcarum cum longa tritura confert senibus larādo his ventrem dum datur in potu cum iure galline vel cum iure cauliuꝫ vel cū hydromelle. Et si dosis eius quātitas vnius nucis ex grossitudinibus. Septima est enema. i. clystere cū oleo cōfert senibus ad larationē sui ventris. Quia cuꝫ hoc q̄ euacuat feces ab intestinis remolliēdo eas mollificat ꝛ lenit superficietenus

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶De vino senum. Capim. 3.

a v **Jnum eis melius tc.** ¶Intelligit iterum q̄ illud (nisi) non excipit a nuo: sed excipit illud quod dicit albo. s. subtili.

¶Sed dices maxime videtur q̄ tunc competat vinum grossum nigrum dulce: q̄ illud maxime impinguat t non subtile album. Dico q̄ si nos intenderemus post comestionem ex vino habere impinguationem: bene illud q̄ dicis esset verum q̄ melius esset grossum dulce: sed nos tunc accipimus vt faciat cibus penetrare t non vt nutriat principaliter: penetrare autem maxime facit vinum album subtile: t ideo tunc datur. ¶Item q̄ sitiz dicit habuerint non superfluet illud dicit quia maxime tunc competit quādo sitim habent.

i **Jaco.** nte stina: quare feces facile lubricāt ab eis: maxime si oleum clysterizatum sit olcum dulce ex oliuis maturis t domesticis. Tale nāq; oleū caret stipticitate t remollitiuum ac lenitiuū est. Potest autem t oleum hoc solum sub quantitate lib. f. clysterizari mediocriter calidū t ī mixtum cū lib. j. t. f. alicuius liquoris vt aque omasoū vel aque hordei vel iuris galli vel iuris vituli vel iuris caulū vel iuris maluarū t pauco sale. Et hoc remediū clysteris humidi t pinguis ad latādum senes est tutius t cōfortātius t efficatius ceteris cum sola queritur lenitio ventris t eductio fecū absq; attractione humorum a longinquis partibus t cuz sua lenificatione humectat senes. Sed senes vitare debēt clysteria acuta: q̄ frequens taliū vsus siccat vel fecat horum intestina sicut illa que recipiunt pulpam colloquin. vel esulam vel scamoneam vel elleborū vel laureolam vel euforbium: vel etiam acuta nō laratiua sicut piper piretrum. Octaua est: alie sunt medicine lenientes ventres senum que dicentur quinto huius. s. in antidotario sum. i. tractatu. 2. qui est de hieris t tertio qui est de electuariis solutiuis t non solutiuis t 9. qui est de decoctionibus t pillulis. Nona est senes t decrepiti euacuandi sunt lenitiuis medicinis absq; minutione sanguinis seu flobothomia quantū possibile fuerit: q̄ sanguis est thesaurus nature quem cuz perdiderint senes difficulter recuperant meliorē ppter magnam debilitatē suarū naturarū. Et flobothomia plus alios eūonibus debilitat pp multā spirituum resolutionē concomitantē tū sanguinē. Et temperate soluere ventres eorum maius prestet iuuamentuz q̄z flobothomia: q̄ superfluitates educit t bonū relinquit t corpora humectat dū per lenitiuas medicias id fit vel p cibos lubricos. ¶Attēde q̄ hec materia est putilis in practica q̄ Gal. 5. de reg. sani. c. 8. modos purgationis senū sub. 11. regulis ptractat. Prima est: q̄ flegmatice t serose superfluitates in senū congreganf corpore assidue vrina ꝓuocāda est nō p pharmacosa: sed apio t melle t vino diuretico. Scōa est: vēter subducēdus est eis per oleum maxime obsorbētes t illud ante cibū t p oleosa oia ante alios cibos comesta cū oleo t garo. vēter senū assidue mouēdus est ad assellationē t assidue sufficiēter id facit oleū ante cibū sorbitū t oia olera ante cibū sūr sumpta. Tertia est: ficus cū fuerit mitte cū carthamo t quecūq; alia. i. alij fructus lenitiui estate t autūno vegetant vētres senū lemūt. Quarta est: hyeme vēter mouēdus est caricis t pamascenis prunis vel coctis vel simplr infusis t mellicrato plurimū hīte mellis: accipiāt t oliuas et aq̄ salita. Et ea pruna que ab hyspania deferunf magis subducūt ventrē q̄z damascena. Quinta est: si q̄nq; senes habuerint siccū ventrē nō sumere dēt aloen: vt faciūt quidā ex succo caulūfacientes inde pillulas: alij ipm solū seminātes humido alicui vel aque vel mellicrato: alij vero diuites faciunt inde hierā quā qdē hīt siccā t aspergunt potui: quidā vero cōficiunt cū melle moderate cocto. Sed nullo hoz est opus senibus nisi magna necessitate aduenīēte t si obedierit ꝑdictis. Sexta est: si senes nō quotidie: ſz die post diē egresserint nullū vlr pharmacosum offerre opz. Septima est: si vēter nō tertia die eiciet iam duobus diebus retēta tūc t mercurialis senibus sufficiēs est: t que vocaf thalassotinibus. i. marina brassica seu marinus caulis t cruto. i. carthamus cū ptisana datus t quecūq; alia moderate pharmacosa sicut terebinthi prima resina. Accipiunt autez q̄nq; ex ea quidā nucis muschate magnitudinē q̄nq; vero duarū vel triū. Nec solum inocue ducere apta nata est ſz t viscera oia expurgare epar t splenē t renes t pulmonē. Octaua est: varie opz vti pharmacis que diximus subducere aluum senū. s. nūc vno nūc alio t nō vnum eligentes illud soltū offerre. Assuefacta enim eis tpe ꝓcedente accipientis natura cōtēmt pharmaci virtutez subalterari igit opz pharmaca. Nona est: pharmacū qd̄ construit ex caricis purgat senes: sint aūt pingues t auferat que circūiacet exterius eis cutis: silr t crocus. i. semē eius qd̄ cartamus dicit. Deinde ambo mixta iunganf: pōdere vero fit multipler croco carica. Possumus aūt t hoc tēptantes pharmacū qualr hz ad accipiētis naturā q̄nq; minus: q̄nq; vero plus miscere de croco. Accipiēdū aūt magnitudinē duarū caricarū vel triū. Et ipso igit experimēto sibīpsi invenit quis mēsurā in talibus oibus. In quibusdā enim magis in quibusdā vero minus obediet pharmacho venter. Decima est: sufficiēter copiosum. i. ergsite eūans nullū vnq̄z opz ꝑdictoz accipere pharmacū: t si quidē tūc cū multū euacuanf letenter: sed quātūcūq; amplius euacuantur in tantū magis eis venter continebitur in his qui deinceps sunt diebus. Undecima est: nihil prohibet sanis senibus infundere oleum cum clysteri quādoq; ventre detento: etenim infundūtur dure superfluitatū: t quedam lubricitas in eritibus fit t ipsum corpus senum mollitur duris similiter corrigus ſnduratum. Hec Galenus.

¶De vino senum. Capim. 3.

v **Jnum eis tc.** ¶In hoc ca. primo agit de vino q̄d semper conuenit senibus vel vt in pluribus. Secundo de illo q̄d quādoq; conuenit eis t quādoq; non. ibi (A nuo autez.) Tertio de illo quod nunq̄z eis cōuenit. ibi (Ab illo vero.)

¶De aperiendis senum oppilationibus. Capim. 4.

b s **J eis acciderint tc.** ¶Hic ꝑter. de cura oppilationū q̄ senib⁹ accidūt. Et primo ꝑter. de cura oppilationis mēbroū interioꝝ. Scdo spiritualiuz. ibi (Et si oppilatiua fuerit in pulmone.) Primo q̄n oppilatio est facilis. Scdo q̄n est difficilis t dura. ibi (Q; si oppilatio petrosa.)

¶Be vino senum. Capim. 3.

v **Jnum a eis mel** lius est vetus rubeuz vt vrinam prouocet t calefaciat simul. A nouo autē t albo vino sibi caueāt nisi se post comestionem balneauerint t sitim habuerint. Tunc enim dabitur eis vinū albū t subtile pauci nutrimēti: ideo vt sit loco aque. Ab illo vero q̄d ex vinis est dulce t oppilatiuum sibi caueant.

¶De aperiendis senum oppilationibus. Capim. 4.

s **J eis b acciderit** oppilationes quaruz facilioz est ea que ex vini prouenit potatione erunt

¶Sed dicet hic diatritō. pipereō facit ad vigōnem: nō aūt facit ad eroppilationē t penetrationē: sed hoc facit diacalamētū vt. B. 5. dic de re. g̃ male posuit hic diatritonpipereon ad aperiendū. Dico q̄ diapipereon ꝓcipalr faciat ad digestionē nihilominus etiā ratione sue caliditatis aliq̄d facit ad apertionē: licet nō tm vt diacalamētū: vñ q̄n esset oppilatio debilis bene competit.

De parti.

¶In prima parte dicit q̄ antiquum vinum rubeum est melius senibus vt vinā prouocet t calefaciat simul. Nam q̄ vetus est a fece penitus est depuratuz t viride ipsius ꝛsum est in vinuz: quare cito penetrās vinā prouocat. Et quia rubeum est calefacit nutriens t confortans corpus. De vino quidem dicit Gal. 5. de regi. sani. ca. 5. q̄ sicut vinū pueris contrariissimuz ita senibus est vtilissimū. Et iterum dicit ibi q̄ vinum cum substantia quidē subtilissimū colore subrubeū t ochzum bonum est senibus. Et per ochzum colorem subcitrinum intendit. Et rursus ibi ait. Quod vinuz prodest senibus q̄ calefacit omnia mēbra eoꝝ t per vinam purgat serum sanguinis. Ideo optimū est eis vinum subtile: q̄ vinam mouet t tantum. i. rubeum calore q̄ b̄ color calidi vini propius est.

A nouo tc. ¶In seda innuit duas regula cuz vna exceptione. Prima est q̄ senes abstinere debent a vino nouo: q̄ neq; in distributione facili nutrimenti adiuuat nec vinaz ꝓuocat sed in ventre diu permanet torsiones inducit. Iuxta illud Gal. ca. nunc dicto. Noua existētia neq; in redditionē incedūt neq; vinā mouēt: sed multū in ventre morant torsiōes faciētia. Et id precipue de musto verificatur cui fex grossa plurima terrestris permixta manet. Et paulopost dicit q̄ vinū amplius morans in ventre nullum vnq̄z familiare est senibus. Scda regula est senes debent sibi cauere a vino albo q̄ minime nutrit t etiam minime calefacit inter vina. Iuxta illud Gal. c. nunc dicto. Calidissimū quātū ad colorē rantū. i. rubeū minime vero calidū albū. Et id intelligit de vino albo subtili aquoso. ¶Sed ꝑtra dicit Gal' ca. nunc alle. q̄ senes ad multū opus habent diuretico vino: q̄ superabundat in eis aquosa superfluitas t vinū album est ceteris diureticus. Teste Hip. 3. regi. acu. cañ. 8. dicente: q̄ transitus albi vini in vesicā facilior est q̄z cuiuslibet alterius potus cū quo t vini aperitiuā habere dignoscit. Dic q̄ vinū album ꝓfert senibus vt diureticū. Nec voluit Gal. penitus interdicere senibus vinū albuz: possunt. n. interdum semel de eo bibere ante alia vina gratia apertionis viarum t venarū: sed cōmuniter t vt in pluribus vinum rubeum vetus est eis melius vt plus calefaciens t magis confortans t nutriens eos. Exceptio vero quā facit h̄ Princ. a scda regula est q̄ si senes se balneauerint post comestionem t sitim humerint tunc vinum album subtile pauci nutrimenti exhibendum est eis. Ideo vt sit loco aque pro siti pacificanda t prohibeat ab oppilationibus que ex balneo post comestionem euenire timentur, Iuxta illud Gal. cap. nunc alle. Si vero comederit antez q̄z balneetur t venter eius nulla potione indiget albo t leui vino post balneum vtendum.

Ab illo tc. ¶In. 3. dicit senes sibi debere cauere a vino dulci t oppilatiuo. Et Gal. vbi supra dicit. Grossum vero t dulce t nigrum vt oppilans viscera fugiendū. Et rursus ibi ait q̄ vinū nigrum grossum nō est vtile senibus neq; ante cibū neq; multomagis alio tpe: q̄ nullus panchimarū. i. grossum in substātia est vtile senibus. Oppilant. n. ex eis t epar t renes t splen vnde alij quidē hydropici fiunt; alij lapidē patiunf si eis amplius senes vtanf. ¶Attēde primo q̄ Gal. c. ꝑdicto ꝓcedere vī senibus claretuz seu nectar: dicens. Non phibeo neq; vino per mel facto vti senes t maxime quibus suspicio est lapidis in renibus generatio vel podagre vel artetice molestatio. Vinum aūt in tali mellis compositione optimū est sabinuz vel ei simile. Immittitur aūt ei petroselinum t solū sufficit hoc arteticis. In lapidem vero habentibus betonicam miscemus t saxifragam: quidam īmittunt spicam nardi: alij alia quedaz vinam mouentia. Sed simplicē potuz ex vino t melle multi componunt rute t piperis habentē parum. Nec Gal. qui si nectar ꝓcedit senibus non dz eis negare potum qui dī hyppocras. ¶Attende scdo q̄ Auer. 6. colliget. c. 9. ꝓcedit senibus in potu aquam mellis vinū t ceruisiam de passulis: dicens. Et aqua mellis existit vtilis senibus t maxime istis qui neq; vinū neq; ceruisiā bibunt. Sed vinum vtilius pōt existere inter alios potus. Et ceruisiarum que fiunt ex passulis meliores ille existunt que ex passulis carētibus nucleis fiunt. Et hoc ideo q̄ res que nobiliores sunt senibus sunt ille in quibus virtus cū stiptica nō reperif: eo q̄ resistunt ambabus suis qualitatibus ei quod queritur in eis. Et dz esse vetus ceruisia vsq; ad finem sue perfectionis t colorsuus sicut color vini. Et ceruisia qua in terra nostra fit vetus non appellatur nisi spacium ser mensium transcendat t in minori tempore non est conueniens conseruationi sanitatis: hec ille.

¶De aperiendis oppilationibus senum. Cap. 4.

s **J eis acciderint tc.** ¶In hoc c. ꝑmo agit de apertione oppilationum. Scdo de balneo oleo t nutrientibus conuenientibus post apertiones earum. ibi (Ipsi vero.) Tertio de iuuamēto quod prestat eis hydromel: t de medicinis miscēdis cū eo fm diuersitates oppilationū. ibi (Quod si biberint.)

¶In ꝑma parte dicit ꝓlo q̄ si senibus superuenerint oppilationes inter quas facilior est q̄ ex vino ꝓuenit aperiri debent cū diacalamēto mane sumpto ieiuno stomacho vel cū diatriōpipereon vel cū pipere pulverizato sparso sup vino t bibito. Huius

¶De fricatione senum. Capitulum. 5.

o **Portet** ꝛc. ¶Hic determinat de regimi. senum per alia scilicet per exercitium et quoddam sibi annexum scilicet fricationem. Et primo de regi. per fricationem. Secundo per exercitium. ibi (Exercitiuz senum.) ¶Competit fricatio mediocris inter multam et paucam mollem et duram: qz cū multa et mollis nimis resoluant et exiccent carnez mediocris prohibet cōsumptionem illam carnium et illud in eis est necessariuz s. conseruare carnem.

¶Sed dices Gal. dicit in 5. de re. q membra debilia bene non debent exercitari: sed fricari debent plus ꝯz membra fortia: et sic dicit oppositum huius. Itez saltem fricatio dura potest fieri: quia cum dura prohibeat dolorem vt ibi Gal. dicit. et hoc patet ratione: qz inspissat membrum et confortat ne recipiat causaz facientem dolorem. patet q saltem duram ipsa mēbra debilia et dolorosa requirāt. Dico q in mēbris debilibus et dolorosis fieri fricationē pōt intelligi vupliter vel in tpe egritudinis qñ ipsa mēbra debilia egrotant: vel i tēpore sanitatis qñ soluz sunt debilia et nō egrotant.

aperiende cuz diacalamento et diatriton pipereon et puluerizatione piperis super vinum. Et si allia et cepas comedere consueuerint comedant. Tyriaca quoqz eis multum confert et proprie cum oppilationes acciderit: et similiter athanasia et homozusia. Ipsi vero post eas mollificandi sunt cum balneo et oleo et nutriētibus: sicut aqua carnis in spelta et ozdeo: et si biberit hydromel confert eis et securos eos faciet ne eis accidant oppilationes et dolozes iuncturarum postqz in ipso additū fuerit si oppilationem in aliquo senserint membzo: aut preparationem ad ipsam illud qd̄ sit ei proprium sicut semen apij et eius radix membris vine. Quod si oppilatio petrosa fuerit apiatur ex eo qd̄ est fortius istis sicut petrosillinum. Et si oppilatio fuerit in pulmone aperiatur cū alio quo qd̄ sit sicut hysopus et capillus veneris et cassia lignea et his similia.

Primo modo. s. quando egrotāt nō debet fieri fricatio ꝓpterea q attraheretur plus materia ad membrū et faceret egritudinem maiozē: et sic intelligit hic. Secundo modo. s. in tēpore sanitatis bene potest fieri: et sic intelligit Gal. ibi eo q et fortificat et inspissat membrum vt tu dicis.

Jacobus

bito. Huius sententie prememinit Gal. 5. de re. sani. c. 6. dicens: q oppilationes que sunt a vino sunt moderate: eas vero que a cibis quicūqz viscosum aut grossum operant humorē nō facile est sanare. Et paulo post ait. Oportet quidē maxime senes abstinere ab oppilantibus cibis. Si autem contigerit quandoqz ex necessitate vti amplioribus illis mox offeratur diacalamentuz vel si hoc non inuenietur diatriōpipereon ꝑpharmaco vtenduz. Sed si neqz hoc aderit teratur et cribelletur diligenter vt puluis fiat piper album et cū pulmentis comedatur et suppseminetur et aspergatur potui. Secūdo dicit q si senes comedere consueuerint allia et cepas comedāt eas ad apertionē suarū oppilationū. Et Gal. vbi supra dicit. Et cepe tunc comedere confert et allia si his assuetus fuerit. Tertio dicit q tyriaca plurimū cōfert senibus precipue cuz iam oppilati fuerint et similiter athanasia et homozusia que sunt ex confectionibus magnis et describuntur a Pāu. 5. huius sum. 1. trac. 1. ca. propriis. Et Gal. vbi supra ait. Et tyriacam nō inconuenienter senibus dabimus: et maxime cum de oppilātibus cibis rursus et aperitivis cōuenit offerre. Optimū eniz tūc est tyriace auxilium. Et ventre a talibus subducto vtillimum erit in crastino dare tyriacam non minus ea et athanasiaz et homozusiam et quecūqz alia antidota ex talibus fiunt aromatibus.

Ipsi vero ꝛc. ¶In secda dicit q post eas. s. tyriacam et athanasiā et homozusiā et diacalamētū et diatriōpipereon et allias et cepas senes mollificādi sunt. i. humectādi et leniendi cū tribus. Primo quidē cū balneo dulcis aque mediocris caliditatis. Secdo cū inunctione totius corporis ex oleo olinarū dulci. Tertio cū aqua carnis puta caponis vel vituli et spelta que est genus frumenti et hordeo mundato comestis. Quia medicine aperitive oppilationū modo dicte siccant corpora senuz quibus nocet plurimū excedens siccitas: quapropter expedit obuiare sibi cum dictis humectantibus. Teste Gal. 5. de regi. sani. cap. 8. dicente: q oleum et balneum calidum dulcium aquarum et vinum: qz humectant sunt vtilia senibus sicut et moderate moueri et somnus. Et paulo post dicit. Quod si ob suppositionem oppilationis transfuerimus ad aperientia cibariorū vel pharmacorū non opz omnino neqz illo die neqz posterioꝝ abstinere ab humidis cibis condrum idest genus frumenti simul cuz melle dātes vel cum aceto id miscentes sicut ptisanam construimus vel vinum mellicratum vel vinum salernum id offerentes vel lac vt diximus dantes vel ptisanam bene coctam de pipere diligenter trito imittes.

Quod si biberint ꝛc. ¶In tertia dicit primo q hydromel bibitum cōfert senibus et securos reddit eos ab oppilationibus et doloribus iuncturarū dūmodo sibi fuerit additum quid appropriatū oppilationi membri illius in quo sentiūt oppilationez vel dispositionem ad eam: vt si fuerit in vijs vine hydromelli addātur semen et radix apij. Secundo dicit q si oppilatio non solum fuerit humoralis sed etiam petrosa. s. ex lapide in vijs vinalibus comprehenso tunc aperienda est cū fortiori medicamine ꝯz sit semen aut radix apij. s. cum petroselino maxime macedonico: ipsum enim frangit et educit lapidem. Tertio dicit q si oppilatio fuerit in pulmone. s. in arterijs duris aut mollibus disseminatis per ipsum vel in venis nō pulsatilibus aut porositatibus eius aperienda est cū hysopo vel capillo veneris vel cassia lignea vel similibus vt prassio liquiricia enula cāpana yreos calamēto miscendo aliquid horū cū hydromelle vel conficiēdo cū zuccaro sub forma electuarij vel sirupi vel cū melle sub forma lohoc. ¶Attende q Gal. 5. de reg. sani. ca. 5. post descriptionē vinorū cōuenientiū senibus permittit eis vinū mellis dicens non prohibeo neqz vino p mel facto vti senes: et maxime quibus suspitio est lapidis in renib⁹ generatio vel podagre vel arteritice molestatio. Vinū aūt in tali mellis cōpositione optimū est sabinū vel ei file. s. subrubeū subtile. Immittit aūt ei petroselinū et solū sufficit hoc arteticis. In lapidē vero hītibus betonicā miscem⁹ et saxifragā: quidam imittūt spicā nardi: alij alia quedā vinaz mouentia: sz simplicē potum ex vino et melle multi cōponunt rute et mellis habentem parum.

¶De fricationibus senum. Capitulum. 5.

o **Portet** ꝛc. ¶In hoc ca. primo agit de fricatione senū cōtinua. Secdo de intercepta. ibi (Et si fricatio.)

¶In. 1. parte dicit q fricatio senū ꝑfecta oz esse temperata in quātitate. s. multitudine et paucitate et ēt temperata in qualitate. s. duricie mollicie asperitate et lenitate. Quia tanta et talis caloꝝ confortat superfluitates resolvit et ad mēbra nutrimentū trahit. Secdo non oz vllo mō tangere mēbra debilia neqz volentia: qz debilitatē ipsoz augeret et doloꝝ augeri seu exacerbescere faceret. Eiusdem sententie meminit Gal. 5. de regi. sani. c. 3. dicens q fricationes imbecillium particu. in quo quidez tempore egrotant obseruare oportet. i. cauere ne fiant. In quibus vero tēporibus sunt sane afferri magis ꝯz in alijs et maxime siccas plurimum siccando et per linteā et solis manibus: et hoc commune est omni etate.

¶Sed contra: membra pene arida multum macrata et extenuata fricare solemus vt humectentur et ingrossentur ac fortificentur nutrimento ad ea per fricationem attracto hec tamen debilia sunt. Item dolores plurimi fricationibus mitigantur vt docet experientia. Nec est ratio qz causas eorum sepe tollunt fricationes vt humores pungentes vel ventositates distendentes. Juxta illud Gal. tertio de regimine sanita. ca. 9. Raritatem vero curaturi que vel ex balneis pluribus vel fricationibus mollibus vel ex venereis vsibus innata paucis quidem siccis fricationibus paucis vero deinceps eorum que cum oleo quodam stiptico sanabimus. Humiditates vero que ex potibus sicce solum fricationes curant per linteos vel manus facte solas sine pinguedine aliqua vel cum paucissimo oleo aliquo vulci vt fit vaporatiuum. Et vespertina fricatio valde vtilis est laboriosis et desiccatis et non nutritis. ¶Ad primum dicitur q Pāu. hic loquitur de membris debilitatis ex cursu humorum ad eam quibus adhuc defluentibus nulla conuenit fricatio: ne fluxuz adaugeat. ¶Ad scōm dic similiter q in volentibus mēbris ex fluxu humorū ad eam fricatio nocet adaugendo fluxum.

Et si ꝛc. ¶In secūda parte dicit q si fricatio vices interpositas habuerit ideſt non continua sed intercepta fuerit in vicibus fricationum fricandi sunt in membris eorum debilibus aptis ad dolores suscipiendos pānis grossis aut manibus asperis. Nec namqz eis confert confortando et indurando membra eorum et prohibet interpolationes egritudinum suorum mēbroruz ideſt preseruat membra eorum debilia ab egritudinibus et doloribus interpolatis superuenientibus ipsis ex cursu humorum ad ea. Juxta illud Galeni quinto de regimine sanitatis capi. 3. Fricatio et maxime ficca dolores prohibet qui per periodos in quibusdam membris generantur fricatis. s. in medio tempore assumpta et maxime ante duas horas paroxismi. Confortantur enim ab ea membra et minus suscipiunt ea que assuete influunt reumata: et hoc commune est omnium etatum. ¶Attende q valde difficile est obseruare mensuram in fricatione senum. Juxta illud Galeni ibi. Decenter fricare senes difficillimum est: si enim paruz durior fuerit fricatio erit laboriosa si vero mollis nihil vtile operabitur sicut neqz brevis omnino: multa vero euaporat pluſqz renutriat. Et regio in qua spoliatur senis corpus frigidior quidem existens non solum nihil operabitur bonum sed inspissabit et infrigidabit. Calidior aūt si equidem fuerit vltra ꝯz oporteat in hyeme quidem amplius ꝯz oportet corpus senis rarius perficiens facile frigefactibile facit. Estate vero dissoluit virtutē eius. Hec Galenus. Quorum causam statim subdit ibi: dicens. Dies qui ꝑm habitum totius corporis sani sunt nulla fortium causaruz alterat corpus: senibus vero partissima operatur maximam transmutationem.

¶De exercitio senum. Capitulum. 6.

e **Exercitium** ꝛc. ¶In hoc cap. primo distinguit tres diuersitates exercitioruz senum. Secdo agit de diuersitatibus exercitiorum senum ꝑm diuersitatem dispositionuz corporis. ibi (Nam si eorum.) Tertio declarat exēplis qualia exercitia debentur mēbris lesis. ibi (Verbigratia.) Quarto dat diam exercitioꝝ mēbroꝝ debiliū in senectute et etatibus aliis. ibi (Et hoc quidem.) Quinto docet qñ debent exercitari membra infirma et qñ non. ibi (Membra vero infirma.) ¶In prima parte dicit q exercitia senum tripliciter diuersificantur. Primo quidem penes diuersitates dispōnum suoꝝ corporū. s. sanitatis cōplete vel diminute. Secundo penes egritudines suoꝝ mēbroꝝ. Tertio penes vsus. i. consuetudines senum in suis exercitijs. Teste Gal. quinto de regimine sanitatis capi. 3. dicente q exercitiorum species quecūqz senibus nocent vel prosunt diiudicantur totius

Universidad de Deusto Biblioteca

est in senectute: sicut nec operatio optima quę admodum tu arguis: sed intelligit equalitatem vltimam que possibilis est in senectute. ¶ Sed dices cum exercitia temperata cōpetant iuuenibus qui sunt tēperati: nō ergo cōpetunt senibus qui sunt distēperati. Dico dupl'r. Uno modo q̄ non velit q̄ dębeatur istis exercitium temperatum qđ est iuuentum: sed intelligit temperatum illud in quo omnia membra equaliter exercitātur in quātitate ⁊ qualitate. Uel alio modo ⁊ melius vt intelligat q̄ non competit temperatum absolute: sed solum temperatum ⁊ medium, non autem velox ⁊ forte.

Jacobus

corporis dispositione ⁊ cōsuetudinibus ⁊ molestantibus passionibus. Et iterum eodē. c. aut. Omnes senes indigent motu ne natiuus calor eorū extinguat ⁊ nullus eorū omnimoda quiete opus hz: sicut neq; exercitio vehemēti flabellari enim eorum indiget calidū redarguūt autē fm dictos motus.

a ¶ Nam sicē. ¶ In secunda dicit primo q̄ si corpora senū posita fuerint in vltimata equalitate. i. optima contēperantia conueniunt eis tēperata exercitia. Juxta illud. 8. vbi supra. Totius corporis dispositiōe diiudicanf exercitia nocentia vel obeuntia senibus: ita optimum enim cōstructione corpus vt ad vniuersos vehemētissimos labores aptissimum est ita ⁊ in senectute ad omnes moderatos. Secundo dicit q̄ si in senibus sit aliqđ membrū nō existens in sua melioi dispositione sed aliqua ex parte debilitatum exercitium mēbri illius sequi debet exercitia aliorum membrorū ita q̄ nō debet motu proprio moueri: sed motu alterius ex consequēti vt debilitatis capite ⁊ collo pedes mouendi sunt: ad quorum motum membra que sursuz sunt debiliter mouentur. Juxta illud Bal. vbi supra. In exercitijs enim que fiunt per vocem ineptus est male constructus thorax. In exercitijs enim vero que per ambalationes crura nocentur male cōstructa. Similiter aūt in manibus ⁊ collo ⁊ dorso ⁊ lumbis ⁊ vertebro dici intelligendum est: quodcūq; enim fuerit male a principio extructuz redarguitur magis q̄z roboratur exercitatum. Sed que ad sanitatem conferunt senī exercitia fortiores oportet facere particulas mouentur enim cum illis cum exercitantur reliqua: hec ille. Et per ista patet declaratio diuersitatis exercitiorum senum penes diuersitates dispositionum suorum corporum. ¶ Attende primo q̄ Princeps hic pretermittit declarationem diuersitatis exercitiorum senum penes consuetudines eorum quam sic prosequitur vbi supra Bal. Consuetudo maximam habet partem in electione speciei exercitiorum: illabariosi enim eis assueti sunt motus ⁊ delectantur fm eos operantes sicut econuerso in non assuetis anxiantur ⁊ laboriosi fiunt. Artificiales vero actiones neq; tangere eos possibile est puta organizare buccinare vel citharizare: sicut neq; eas que fm palestram tangere possunt quicūq; luctantiū sunt indociles: vnūquēq; igitur senem in consuetis oportet exercitare remittentes eorum vehementiā. ¶ Attende secundo q̄ exercitiuz manuum plus conuenit debilioribus senibus: q̄ leuius est q̄z exercitium peduz ⁊ frequentius cibo egent ⁊ minori quaq; vice. Jurta illud Bal. 5 de reg. sani. c. 3. Senum imbecilliores quidez apprehensionū motibus magis q̄z ambulationibus exercebis. Et duces ad secundā fricationem citius. Et nutries corpus spissis. i. frequentibus ⁊ breuibus. i. paucis cibis. Fortiores vero senum ⁊ per apprehensiones ⁊ per ambulationes exercebis ⁊ duces ad secundam fricationem tardius ⁊ nutries raris ⁊ multis cibis: hec Bal.

b ¶ Uerbi gratia ⁊c.) ¶ In. 3. parte declarat exemplis q̄nq; q̄ mēbra lesa non sunt exercitanda motibus eis propriis: sz motibus aliorum membrorum ⁊ expti. primuz exemplū est de his quibus ꝙsueuit accidere vertigo vel epilētia. Et de his quibus materie ad colluz declinare cōsueuerunt ⁊ de his ad quorum capita ⁊ cerebra multisolent vapores ascendere. Non. n. bis cōpetūt inclinationes capitis ad anteriora nec declinationes eius ad latera dextorsum ⁊ sinistrosum: neq; pros motus materie trahuntur ad superiora ꝙbus aggrauantur dicte egritudines. Sed his confert exercitium pedum ⁊ tibiarum ambulādo: currēdo: vel equitando: ⁊ omne exercitium qđ fit ad subtilianda inferiora. i. ad resolutionem superfluitatum inferioz: vt per hoc exercitium diuertant humores vapores ⁊ fumi a superioribus ⁊ declinent ad inferiora. Scdm est de his qui in pedibus egrotāt ꝙbus competit exercitium superiorū partiū vel trahere manus manibus vel leuare manibus lapidem grossum vel a se proijcere pp diuersionem māez ad inferiores. Tertium est de egrotantibus in medio corporis. vt in epate: splene: stō: vel intestinis: quibus competunt exercitia duarum extremitatum vt manuum ⁊ pedum pp diuersionem māez a medio corporis ad eius extremitates. Quartum est de egrotantibus in partibus pectoralibus quibus competūt exercitia partiū inferiorum sicut gressus cursus ⁊ non brachiorum: q̄ sunt alligata pectori: quare nimium ⁊ cuterent materias ipsius ⁊ ad ipsum nouas traherent. Quintum est de egrotantibus in renibus aut vesica quibus competit exercitium superiorū puta manuum ⁊ colli ⁊ non pedum quia nimis exagitarentur eorum materie pp proximitatem corarum ad eos quamuis ista membra non ordinentur penitus in exercitio ad hoc vt ex eo fortiora fiant. i. ista membra non habent motus proprios voluntarios per quos augeri valeant si minora debito fuerint sicut manꝰ ⁊ pedes debito minores auctis mediocriter suis propriis motibus grossiores fiūt ⁊ copulentiores tracto ad eos per motum pluri nutrimēto: quia nec in substantia renum nec vesice musculus inseritur quo moueatur: nisi dumtaxat in collo vesice musculus vnus retinens vrinam donec voluntas vrinandi assit ⁊ tunc se laxat. ¶ Attende q̄ Bal. 5. de regimi. sani. ca. 3. postquam declarauit diuersitatem exercitiorum senum penes dispositiones suorum corporum ⁊ penes consuetudines consequenter declarat diuersitates exercitiorum senum penes diuersitates egritudinum membrorum suorum dicens q̄ tertia intētio speciei exercitiorum a passionibus accipitur: cōmunis quidē etatibus existens: non tamen equalē virtutem in omnibus habēs: q̄ nocumentū non equale operaf confestim. Et hoc quidē multis declarat exemplis. Primo quidē de patiētibus in capite aut collo: dicens. Quicūq; parate capiunf scotomia epilētia vel obtalmia vehementi vel auriū doloribus non oportet hos intentes vel inclinantes vel reuolvētes se deorsuz exerceri ambulationibus vero multotiens ⁊ cursibus moderatis ⁊ apprehensionibꝰ super vehiculis ⁊ subiugalibus sine labore vti. Simili vero modo quibus parithimia. i. apostema guttoris ⁊ anchiase vel squinācies fiunt ⁊ quibus gargareon parate reumatizat ⁊ quibꝰ gingiue ⁊ dentes vel

De partibus.

sicut splene ⁊ epate ⁊ stomacho ⁊ intestinis erūt eis vtilia exercitia duarum extremitatum nisi fit aliqd qđ phibeat. Quod si egritudo in parte pectoris fuerit exercitium inferiorum erit ei necessariū. Et si in rene aut vesica fuerit nō confert ei nisi superiorum exercitiū: ⁊ si hec mēbra in exercitio penitus nō ordinentur ad hoc vt ex eo fortiora fiant. ¶ Et hoc[c] quidē in senibus diuersum est ab eo qđ est in aliis etatibus ⁊ in primis senibus quibus cōfert plurimū eius qđ confert senioribus. Isti nāq; mēbra debilia fortiora facere debēt ordinate fm modū exercitij qđ est eis cōueniens ⁊ in quo sunt. ¶ Membra[d] vero infirma est quādo exercitātur ⁊ est q̄n hoc non conceditur. s. cum fuerint calida aut sicca: aut fuerit in eis materia aut ad putrefactionem declinauerint ⁊ non fuerit in eis maturatio.

¶ Doctrina

vniuersaliter quidem eorū que fm collon ⁊ caput mēbrorū quoz nullus sustinet exercitium replens caput. Secūdo de patientibus in cruribus: dicens. Imbecillibus natura cruribus meliora que p superiores partes exercitia echirea nomine. i. manuū motus ⁊ conatus ataxchiriis. i. summis manibus ⁊ pile missiones ⁊ altitorum. i. saltantium vsus ⁊ quecūq; fm palestram exercenf de sursuz omnia. Tertio de patientibus in medio corporis dicēs. Quibus ea que media manuum ⁊ crurū sunt membra facile patiunf omnis quidē species apta est exercitiorum nisi aliqua prohibeat inanitionū. Quarto de patientibus in thorace: dicens. Que fm thoracem quidem inferioribus magis letātur. Quinto de patiētibus in vesica aut renibus dicens. Que vero fm vesicā vel renes superioribus. Splen autem ⁊ venter ⁊ epar ⁊ intestina ⁊ colon sicut in medio superiorum ⁊ inferiorum sunt particularum: ita ⁊ exercitijs similiter letantur. Decigit cōmunia omnia senū ⁊ aliorū quālibet etate. n habentium: hec Bal.

c ¶ Et hoc ⁊c. ¶ In. 4. dicit q̄ hoc. s. exercitium debilium mēbrorū in senibus a senio est diuersuz ab eo quod est in aliis etatibus. s. adolescentia iuuentute ⁊ prima senectute cui plurimū horum cōuenit que senioribus cōferunt in cibis ⁊ potibus somnis ⁊ balneis ⁊ frictionibus et oleis. Isti nāq; s. adolescentes ⁊ iuuenes ⁊ primi senes debent facere mēbra debilia gradatim ⁊ ordinate fortiora fm modum exercitij qđ conuenit eis ⁊ in quo sunt ordinata vel ad qđ sunt instituta vt si pedes ⁊ tibias debiles ⁊ graciles habuerint debēt eos fortificare ⁊ ingrossare gressibus aut cursibus gradatim adauctis ⁊ manus similiter apprehēsionibus paulatim fortificatis quibus abunde trahitur alimentum ad mēbra debilia. Sed senes a senio mouere nō dēt membra imbecilla quatinus hec fiāt fortia vel grossa: q̄ eorum virtus nō sufficit ad hoc. Teste Bal. 5. de regi. sani. c. 3. dicente. Quod non exercitari imbecillibus particulis in senibus solum cōfulo. Alioz autē quāto quis vtiq; fuerit a senectute lōgius in tm magis exercitanduz est qđ est imbecille vt i hoc exēplo si alicuius corpus adhuc crescentis subule fuerit cruribus huic confert perungi pice crura ⁊ fricari moderate ⁊ cursu vti magis q̄z alio exercitio. Opz aūt prefigere ei aliquam moderationem ⁊ cōmensuratem motuum determinare vt neq; decente deficiētius exerceatur neq; excedat in tantum vt a labore capiatur: hec Bal.

d ¶ Membra vero ⁊c.) ¶ In. 5. dicit q̄ quandoq; conuenit exercitare membra infirma: ⁊ quandoq; non conceditur eis exercitium. Conuenit quidem q̄ exercitentur cum habent vim sustinendi exercitium ⁊ onerantur humoribus: aut ventositatibus: aut aquositatibus aptis per exercitium resolui: ⁊ residuū corporis est mundum ita q̄ non est suspicio ne traducantur ad ea superfluitates alique mote per exercitium nec preest dolor vehemens qui exercitio augeatur. Nō conuenit autem exercitiuz membris egris in quattuor casibus hic a prin. tactis. Primus est cum mēbra illa supflue calida fuerint. Nam p exercitiuz suus calor augmentaref: cū quisq; motus localis fit calefactiuus. Contra multi febricitantes curantur a febre per exercitiuz. s. vehementi motu cursus vel equitationis vt docet experientia. Dic q̄ motus de se nocivus est febri: sz per accidēs iuuat resoluendo cām vel mām eius vnde sanat febrem. Scdus est cum membra egra sunt de bementer arida ⁊ quasi ethicata: tunc. n. amplius exercitio siccantur cum resoluat aliquid de suis humiditatibus innatis. Contra membra ficca gracilia ⁊ debilia iussa sunt exercitari quatinus trahatur ad hec alimentum quo fortificentur ⁊ ingrossentur. Dic q̄ hoc intelligendum est de membris siccis in latitudine sanitatis remanentibus: ⁊ quod hic dr de egris vt nunc intelligitur. Tertius est cum in membris egris fuerit mā plurima: que dū qescit non multum molestat ⁊ q̄n mouef membra distendit ⁊ dolere facit: vel discurrens furit si fuerit acuta. Quartus est cum humiditates membrorum egrorum declinauerint ad putredinem nec in eis vlla fuerit digō: tunc. n. motus putrefactionem in eis auget ⁊ dilatat commiscendo malum cum benigno. Contra dicit Aristo. 4. metheorum q̄ id quod mouetur ⁊ fluit minus putrescit quam non motū. Debilior. n. fit motus qui ab ea que in aere caliditate q̄z qui in re preexistit quare nihil facit permutari. Dic q̄ Aristo. loquitur ibi de motu rei putrescibilis in aere libero non de motu permixtiuo humorum iam putrescere incipientium cum bonis humoribus in corpore reclusis.

¶ Doctrina

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Doctrina quarta de regimine corporis: cuius est complexio inconueniens ⁊ sunt quinq capitula.

¶Doctrina quarta dictionis tertie de rectificatione complexionis superflue caliditatis. Caplm p^m.

a b **Icemus ⁊c.** ¶Prius de lapsis ex re.⁊ etate: hic de ter. de regi. corpoz lapsorū ex generatione. ¶Primo dicit. de regi. corporū lapsoz in caliditate ⁊ frigiditate. Scdo de reg. corpoz que sunt lapsa in q̄litatib⁹ passiuis. s. siccitate ⁊ humiditate. ibi (Cārū maciei.) ¶Pria in duas. ¶Prio facit qđ dictū est. Scdo qd ad lapsuz in q̄litatibus actiuis maxime faciliter sequunt egritudines extermi. de regi. corporum que faciliter egritudines incurrunt. ibi (Isti aūt ad hoc sunt parati.) ¶Primo de lapsu in caliditate. Secūdo in frigiditate. ibi (Huius quoq spēs.) ¶Prima in duas. ¶Primo distinguit malaz cōplexionē calidā ⁊ distinguit etiā regimē qđ eis debetur ⁊ cōparat membra ambarum

Jaco.

¶Doc. 4. ē de reg. corpoz quoz ꝓplo nō ē bona neq̄ ꝓuentes: cuius sunt cap. 5.

¶De rectificatione cōplexiōis eius cuius caliditas est superflua. Lap. 1.

¶Doctrina quarta est de regimine corporū quoz ꝓplo nō est bona neq̄ conueniens: cuius sunt quinq capitula.

¶De rectificatione ꝓplexionis eius cuius caliditas est superflua. Lap. 1.

a **Icemus qđ**

b malitia complexionis calide: aut ē cū equalitate ambarū passiuarū: aut cū victoria siccitatis aut humiditatis. Cū aūt ambe passiue fuerint equales sciemus q caliditatis augmentū erit fm terminuz ⁊ nō erit superfluū: quoniā si non siccaret. Cū autē calidum existit cū siccitate possibile est vt cōplexio ista in sua dispositione longo remaneat tempore. Calidi vero cū humiditate societas non durat quoniam humiditas quandoq superat caliditatem ⁊ extinguit ipsam. Et quandoq calidas superat humiditatez ⁊ siccat eam.

Icemus ⁊c. ¶In hoc. c. primo agit de triplici modo calide cōplexionis ⁊ diuersis habitudinibus eius ad qualitates passiuas. Scdo de duplici intentione circa regimē calide cōplexionis. ibi (Ergo dicemus.) Tertio de regimine calide cōplexionis cū tēperamēto in passiuis ⁊ cū siccitate. ibi (Quicūq aūt.) Quarto de regimine calide ⁊ humide complexionis. ibi (Qui vero calidā.) ¶In prima parte premittit hanc diuisionē. ¶Malarū cōplexionū calidarum quedam tēperata est in humiditate ⁊ siccitate: alia est sicca a dominio: alia humida a dominio. ¶Attende primo q Gal. 6. de reg. sa. c. 2. de regi. malarū cōplexionum tractare incipiens. ¶Primo diuidit malam cōplexionē in omalam. i. equalem in omnibus partibus corporis: ⁊ ono malā. i. inequalē dicens. Dupliciter aūt earū est generalis differēna quibusdaz quidē in simili discrasia habētibus oēs particulas quibusdā vero in differētijs. ¶Attēde secūdo q inter omalas peiores ille sunt que magis excedūt: ⁊ marie frigide ⁊ sicce. Iurta illud. 6. ibi. Igit eorū quidē que similē habēt discrasiā manifestum est q pessima sunt ea que vehemētes habēt has ⁊ marime frigidas simul ⁊ sic. ¶Attende tertio q inter onomalas ille sunt peiores que mēbris principalibus fm modū cōtrarietatis insunt. Iurta illud Gal. ibi. Eorū aūt que onomalas. i. inequalē habēt cōstructiones corporū egrotatissima quidem ea sunt quecūq cōtrarius crasi principalissimas particulas habent supabundatas: moderatior vero est in quibus ita disponunt lx que nō sunt principales. Consequēter dat. 4. regulas circa habitudines male cōplexiōis calide ad passiuas in augmēto ⁊ duratione ⁊ melioratiōe vel peioratione fm etates. ¶Prima regula est q̄n cū mala cōplexione calida ambe qualitates passiue. s. humiditas ⁊ siccitas fuerint eq̄les seu tpate certi erimus ⁊ sciemus q augmētū caliditatis vltra tēperamētū erit fm terminū eleuationis pauce ⁊ nō erit plurimū supfluū q si nō esset fz terminū eleuationis pauce sed superfluum deficcaret corpus nec fineret hoc manere tēperatum in passiuis cū calor multum excedens cōtinue resoluat ex humiditatibus corporis plurimū. Iurta illud ¶Prin. primi. 1. doc. 3. c. 1. Caliditas maioz q̄z oz reddit corpus siccius q̄z opz. Secūda est mala cōplexio calida coniuncta siccitati potest diu permanere in sua dispōne sine notabili diminutione: q siccitas est lima caloris ⁊ calor est causa factrix siccitatis ⁊ conseruatrix resoluendo humidū: ⁊ sic se mutuo manutenēt calor ⁊ siccitas. Tertia est societas caliditatis cū humiditate nō diu durat: q dū humiditas superat caliditatē extinguit ipsaz: sicut in lāpade suffocat ignis nimio oleo appositō ⁊ dū calor superat humiditatē dēsiccat eā sicut in lāpade plurimus ignis velociter cōsumit oleum modicum. ¶Attēde q hac rōne moti quidā posuerunt tm̄ duas cōplexiones. s. frigidā ⁊ humidā ⁊ calidā ⁊ siccā. Iurta illud Gal. 1. de cōplexionibus. c. 2. Et estimauerunt quidā q est cōplo frigida ⁊ humida ⁊ cōplexio alia calida ⁊ sicca ⁊ q non est cōplexio calida ⁊ hu. neq̄ cōplexio frigida ⁊ sicca. Et illud q̄m non est possibile fm sermonē illoz vt sit humiditas cū calido domināte neq̄ siccitas cū frigiditate. Caliditatis nāq̄ cum vincit ꝓprietas est destruat humiditatez ⁊ eam cōsumat: tunc ergo corpus reuertitur ⁊ fit calidū ⁊ siccuz. Et caliditatis quidē diminutio in corporibus augmentat superfluitates crudas ⁊ indigestas. ¶Necessarium igit est cum caliditas vincit in corpore vt sequat ipsam siccitas ⁊ cū frigiditas in corpore dominat vt ipsam sequatur humiditas. ¶Si ergo omnes fm hūc modū cōtenti sunt vt omnes cōplexionū species nō sint nisi due. hec ille. Sed hāc positionem corripit. 6. c. 16. dicti libri: dicens. Omnes cōplexionū species sunt. 9. quarum vna est equalis ⁊. 8. inequales. Quarum quattuor sunt simplices quarum vna est calida: ⁊ alia frigi. ⁊ alia ficca: ⁊ alia hu. Quattuor composite quarū vna est calida ⁊ ficca alia calida ⁊ humi. alia frigida ⁊ humida ⁊ alia frigida ⁊ ficca. Videtur igitur q hic ¶Princ. erret predictos imitans. Item si calidi cum humido societas nō duret nulla erit cōplexio sanguinea lapsa durabilis: cuius cōtrarium sensibiliter exprimur. Itē sicut in cōplexione calida ⁊ humi. caliditas calefacit ⁊ se conseruat sic ⁊ humiditas humefacit: ⁊ se custodit. Item ad quid ponit in fine capi. istius regimen complexionis calide ⁊ humide si calidi cum humiditate

Bispositio autem habentis complexionem in qua humiditas superat meliorabitur in complemento iuuentutis ⁊ fiet equalis in eis. Cuz autem a iuuentute in senectutez descenderit humiditas extranea augmentari incipict ⁊ caliditas minui. ¶Ergo dicemus q summa regēdi cōplexionē habētes calidam in duabus est collecta intētionibus. Una quarū est fm quā est voluntas reducēdi ad equalitatē. Et altera est fm quā est voluntas cōseruandi sanitatē sicut est. ¶Primā vero habere possiunt ocioſi qui suas domuerunt animas fm prolixam tolerantiaz in tempore quo ordinate ad equalitatez redeant: ipsos namq absq ordine regere perducet eorum corpora ad egritudinez. ¶Sed ⁊ secundam possibile est si sit eorū regimē ex nutrientibus que ipsoz sint cōuenientia complexionibus ita vt conseruetur sanitas que est in eis reperta.

a ¶ In estate vero ⁊c.) ¶ In hac parte secunda dat quattuor regulas regiminis hominis tempore estiuo. Prima est diminuantur estiuo tempore cibus potus ⁊ exercitium homini ⁊ quiete vtatur. Cibus quidez: qꝫ tunc temporis digestiua virtus ⁊ calor innatus sunt multũ debiles sparsi ⁊ resoluti per caloris violentiam extrinseci. Potus vero nõ quilibet minuendus est: cum tunc resolutio maxima fiat: ⁊ deficcatio corporis ⁊ eleuatio caloris supra humidũ ⁊ plus fitiat homo qꝫ alio tẽpore. Sed potus vini tunc minuendus est precipue vini vinosi puri: qꝫ ⁊ faciliter inflãmabile est ⁊ calorẽ iam auctũ estu violento excandescere facit. Per potũ quidẽ solent veteres intelligere vinũ. Teste Gal. apho. 2. cõmẽ. illius can. Potus indigentiã soluit: dicente. Dicendo potũ intelligere consueuit vinũ. Exercitium aũt tunc minuendus est: qꝫ supercalefactionẽ resolutionem ⁊ exiccationẽ ab estate inductas auget. Et est quiescendũ in vmbra. s. qꝫ quies semper est infrigidans ⁊ humectat ꝓpter defectũ resolutionis: vt ait Prin. primi. 2. doc. 2. sum. i. ca. 12. Scõa est: estiuo tẽpore bibat homo potus extinguentes sicut aquã hordei: syrupum rosatũ orizaccaram simplicez syrupũ endiuie vel acetose. Per hos. n. cholera estate evulliens satis reprimit sanguis tẽperat mẽbra consonant ⁊ infrigidant cuꝫ moderamine. Tertia est: vomat homo tẽpore estiuo si possit. i. si facile fuerit sibi maxime si senserit os amarũ ⁊ ficcũ. Maꝫ tunc tẽporis abundat cholera que quenienter vomitu purgat. Propterea suasit Hyp. apho. 4. apho. 4. Purgare quidem estate superiora. Hyeme vero inferiora. Et Gal. in cõmen. ait. Cholera nãqꝫ in estate regnat: que qñ ignea ⁊ leuis est semp superiora petit: purgetur ergo estate ⁊ autumno per superiora. Quarta est: moretur homo semper tẽpore estiuo in vmbra ⁊ in loco qui sit coopertus aduersus radios solis vt minus tangat ficcetur ⁊ resoluatur a calore solis. ¶ Attende primo qꝫ Rasis. 4. alman. ca. predicto paulo latius sic describit regimen tpe estiuo conueniens homini. Cum venerit estas motus minuatur ⁊ labor: soli quoqꝫ minus obviandũ erit: ⁊ nutrientia calida ⁊ grossa relinquenda: venter ẽt nõ semel cito repleri dz: sed multis vicibus cibus diuersus est sumendus. Et aqua frigida est bibenda ⁊ in ablutione vtenda. Simila quoqꝫ. i. farina frumenti vel hordei cum aqua cocta ⁊ zuccaro est põtanda ⁊ syrupus acetosus ⁊ iuleb ⁊ rob de fructibus acetosis. In potu ꝑterea in mane accipi dz nix cũ zuccaro. Res autem frigide ⁊ cibi cũ aceto ⁊ sumach cõpositi ⁊ thares ⁊ hulẽ ⁊ res acetose comedi debent. A vulcibus aũt ⁊ vnctuosis ⁊ acutis ⁊ salsis abstinendũ est. Sed acetosis ⁊ insipidis ad temperiẽ ꝑseruandã vtenduꝫ est. Vino quoqꝫ tanta admiscenda est aqua vt quasi aqua sentiat. Uetus aũt ⁊ forte dimittat: hec ille. Et per thares ⁊ hulen intellige brodia acetosa. ¶ Attende scõo qꝫ propter vehementiam resolutionis humiditatũ tam substantialiũ qꝫ nutrimentaliuꝫ corporis in estiuo tpe grossior ⁊ maior cibus exhibendus esset si virtus sufficeret ad digerendum talẽ ⁊ tantuꝫ: sed qꝫ non sufficit vna vice multũ digerere cibum paꝫ ⁊ sepe de eo dandum est. Juxta illud Gal. apho. i. cõmen. illius can. Et quibus semel. aut bis. In estate cibus multotiens erit dandus ⁊ parum. ¶ Multotiens qꝫ indiget propter sepissimam dissolutionem. Parum propter virtutis defectionem.

b ¶ In autumno ⁊c.) ¶ In hac parte tertia dat regimen homni pro tempore autumni sub. 11. regulis. Prima est: conseruatio sanitatis corporis facienda est in autumno cum regimine meliori ⁊ attentiori cura qꝫ in quocũqꝫ alio tempore maxime in autumno diuersi aeris in caloꝛe forti dieruꝫ suorum ⁊ frigore forti suaruꝫ noctium: qꝫ tempus autumni ceteris egritudinalius est ⁊ magis mortiferum. Juxta illud Hyp. apho. 3. apho. 10. In autumno acutissime egritudines fiunt ⁊ maxime mortifere. Et Gal. in cõmento ait. Autumnus acutorum morborum est generatiuus ⁊ pestilentior aliis temporibus. Et statim subiungit causam huius dicens. Autumnus in multis illaudabilis est rebus. Primo qꝫ aliquando eadem die fit frigus aligsi fit estus. Secundo qꝫ cũ sit post estatẽ inuenit in multis corporibus chimos incensos ⁊ in quibusdã virtutem defectam. Neqꝫ ſm hoc etiam solum: sed anteqꝫ chimi veniant ad cutem mouentur vt dissoluãtur. Sed iste veniens propter frigiditatez suam in interioribus corporis eos recludit: hec ille. Scõa est: in autũno deficcantia queqꝫ relinquenda sunt qa prior estas corpora ficcauit plus opportuno quoruꝫ ficcitatem non corrigit autũnus: sed potius auget siccus existens. Sicca ergo oblata nocerent plurimum. Tertia est: abstinendum est a coitu tempore autumni ⁊ ab aque frigide plurime potu ⁊ ab effusione aque frigide super caput. A coitu qdem marie excessiuo: quia corpo ficcat vires debilitat spiritus resolut calorem minuit senũ accelerat. Teste Gal. 6. de regimine sanita. capi. 5. dicente. Contrariyssimi vero ficcis complexionibus sunt venerei actus. A potu vo aque multe frigide: quia penetrat cito ad intima corporis iam rarificata p calorem preute estatis: quare mortificat calore inatum: pectus ⁊ stomachum ledit: neruos debilitat: ⁊ complexionem epatis destruit: colicam inducit ⁊ hydropisim generat. Ab effusione quidem frigide aque super caput: quia frigus eius velociter penetrans cerebruꝫ debilitat ⁊ quasi extinguit animalem spiritum cui compatiuntur vt sue radici vniuersa organa sensus ⁊ motus: ⁊ miringas cerebri suo frigore vehementer ledit: reuma generat: ⁊ humores acutos ad pectus excutit. Unde quãdoqꝫ generatur ptisis. Quarta est: tempore autũni non dormiat homo in loco frigido sicut supra terram vel supra herbam ꝓpter cuius frigus cutis horripilatur: quia prior estas repleuit corpus humorib⁹ acutis quoruꝫ fuligines interius retente propter clausionem poroꝝ cutis a frigore loci putridas febres leuiter generant. Nam tempus autumni cacochimius est ceteris temporibus ⁊ propter ipsius inequalitatez ⁊ propter vsum copiosum fructuũ. Nec in autumno dormiat repletus scilicet priusqꝫ cibus descenderit ad fundum stomachi: quia somnus ventre pleno cerebruꝫ fumis ⁊ vaporibus implet: inquietudine somnioꝝ verat: digestionem turbat ⁊ reuma parit: qõ in autumno pluris periculi est propter acumen humoruꝫ corporis ex quo timetur ne pulmo vlceretur ⁊ fiat ptisis. Quinta est: qꝫ tempore autũni vitetur calor estiuus circa meridiem suoruꝫ dierum dominari solitus ⁊ matutinoruꝫ vel aurorarum ac noctium frigus ⁊ frigus capitis. Superius pluries determinatum est qꝫ autumni tempus est multũ inequale quia dies eius sunt velut estiui ⁊ noctes hyemales: non exponat ergo se homo caloribus estiuis dieruꝫ autumnaliuꝫ ne ficcetur resoluatur ⁊ debilitetur corpus iam ficcatum ⁊ resolutum debilitatũ estate prior neqꝫ comburantur ⁊ inflãmentur humores ipsius. Non se etiaꝫ exponat frigori nocturno vel matutinali ne cutis ipsius horripilatur vel membra rigeant ⁊ fuligo humorũ interius recluſa tali frigore putredine sebuli corpus inficiat. Obseruetur etiam ne frigus hoc caput tangat cerebrum debilitans ⁊ oia orta ab eo reuma generans miringas percutiens ⁊ quasi extinguens animales spiritus. Sexta est: in autumno sibi caueat homo a fructibus illius tempore vt vuis perficis ficubus ⁊ similibus vel saltem non multum ⁊c eis comedat: quia tales generant sanguinez dispositum ad putrefactionez maxime si fuerint in stomacho ſmũdo vel in cacochimico corpore recepti quale in autumno sepius occurrit. Septima est: in autũno non balneet se homo nisi in aqua tepida vel mediocris caloris. Aqua nãqꝫ frigida tunc obuians corpori multum nocet ei sicut premissum est. Et multum calida debilitat ipsum ficcat ⁊ inanit. Sed tepida humectat ⁊ calorem temperat ⁊ cutem lenit ⁊ acumen reprimit peccantiuꝫ humorum ⁊ maturationez horum coadiuuat. Octaua est: in autumno corpus euacuetur a malis humoribus tam derelictis ab estiuo tempore qꝫ generatis in eo qñ in eo noctes equantur diebus ne constringãtur a frigore hyemis in pores mẽbrorum ⁊ illic corrupti corrumpant membra qꝫ sit melius in multis corporibus tempore autumni nihil efficere quo ferueant humores ⁊ cõmoueant quasi irritati vel evullientes: imo melius sit vt quieti maneant paulatim repressi tam frigore hyemis qꝫ crudi humoris permixtione cuius multitudinem procreat hyems. ¶ Attende qꝫ prima autumni pars est similis estati calida ⁊ ficca debilitans vires corporis: quare non competit in ea pharmacuꝫ nisi vigente necessitate. Sed postrema eius pars est hyemi similis declinãs ad frigus ⁊ humiditatem: que quia constringit humores in membris non finit eos leviter educi: quare tunc non conuenit pharmacia nisi in casu magne necessitatis. Sed autumni medium quod est circa autumnale equinoctiuꝫ est temperatiue ceteris eius partibus ⁊ similibus veri: quare tunc maxime facienda videtur euacuatio peccantium humoruꝫ. ¶ Attende scõo qꝫ frequenter peccantes humores tempore autumni sunt acuti adusti qui qꝫdiu latitant in membris quieti modicum offendunt: ⁊ dum cõmouentur ⁊ acriter seuiunt ⁊ per membra furiunt: qõ attẽdens Hippo. apho. 6. apho. 38. ait. Quibuscũqꝫ absconditi cancri fiunt nõ curare melius est. Curati enim citius pereunt. Non curati vo multuꝫ tempus perficiunt. Et hos melius est relinquere quietos qꝫ mouere pharmacis ⁊ facere furere sperando qꝫ hyems refrenabit eos ⁊ virtus tunc fortis paulatim resoluet. Mona est: quidam prohibuerunt in autumno vomitum fieri: quia febrẽ ⁊ leui puocat. Id verificat in difficulter vomentibus ⁊ abũdantibus in humoribus grossis melicis qui nequeũt educi per vomitũ nisi fortis eis medicina det: vt helleborus albus vel azarabaccara qua debile corpus fortiter cõmotum febrit ⁊ estuat. Sed in cholericis facile vomentibus in autumno vomitus secure fieri potest cum digito aut penna titillando linguam in radice ipsius: hec nos Hyp. docuit apho. 4. Graciles inquit ⁊ facile vomentes superius purgare timentes hyemez difficile vero vomentes ⁊ medie carnosos inferius timentes estatem ¶ Melancholicos vero inferius vehementius eadem ratione contraria apponẽtes. Decima est: vinum quod bibitur tempore autumni vehemẽter est limphãdum vt corpus humectet ⁊ calorem reprimat sed non superflue debet limphari scilicet non tantuꝫ quãtuꝫ in estate: neqꝫ superflue debet tunc bibi: quia natura tunc debilitata non sufficeret ipsum regere ⁊ dirigere: ⁊ nimis limphatũ calo-

Neqꝫ in loco frigido dormiat in quo eiꝰ cutis horripiletur neqꝫ repletꝰ dormiat. Et caueat sibi a caloꝛe estiuo ⁊ frigiditate matutinoruꝫ: ⁊ suum custodiat caput ne frigiditati obuiet. A fructibꝰ quoqꝫ qui sunt in tempore illo sibi caueat ne ex illis multum comedat: neqꝫ balneetur nisi cuꝫ tepida. Cũqꝫ dies cuꝫ nocte fuerit equalis euacuetur ne superfluitates in hyeme constringantur: lꝫ in multis coꝛpoꝛibꝰ sit melius ne in autumno aliquid faciant: vnde humores ferueant ⁊ moueanf: imo melius est eis vt ipsi quieti permaneant. Quidam etiam vetuerunt ne vomitus in

rem

rem obtunderet ꝛ multiplicaret ventositates ꝙbus colica ḡuari posset. Undecima est: multe pluuie venientes in autumno corrigunt ꝛ reprimunt malitiam ipsius ꝛ separant nos siue assecurant a nocumento ipsius. Primo quia reprimunt eius ficcitatem. Secundo quia inspissant aerem vnde fit ineptior mutari nunc ad estum nunc ad frigus. Tertio ꝙa reprimunt acumen humoꝝ. ¶ Attende ꝙ Rasis plures ex his regulis quarto Almansoris ꝓnotauit: dicens. In autumno vero fructuū come

autumno fiat: quoniam ad febres perducit. Vinū ꝓterea vehementer debet esse aquatū ꝛ non sit superflue. Scias quoꝙ ꝙ in multis pluuijs in ipso consistit separatio ꝛ securatio ab ipsius malitia. ¶ In hyeme[a] vero multum laborare debent ꝛ copiosius comedere nisi fuerit meridionalis: quoniaꝝ si sic fuerit exercitium erit augmentandum ꝛ cibus minuēdus. Opꝫ ꝓterea vt triticum panis hyemis sit fortius ꝛ fortioris soliditatis ꝙꝫ panis estatis. Et similiter est illud quod est in carnibus ꝛ in eis ꝙ sunt sicut ipse. Et vt sunt olera quibus vescunt sicut caules ꝛ sicla ꝛ apium ꝛ non atriplices neꝙ blitis neꝙ portulaca neꝙ scariola. ¶ Amplius corporibus sanis raro accidūt egritudines in hyeme: quibus si acciderint medicando succurrendum est ꝛ euacuādo si oportuerit. Impossibile eniꝫ est vt ipa accidat egritudo nisi propter magnam causam ꝛ propie si calida fuerit. Calor eniꝫ innatus qui est regitiuus in hyeme vehemēter fit fortis propterea ꝙ a resolutione saluatur

Galenus secundo de alimen. capi. ꝛ eis. neqꝫ portulaca: quia alimentum dat humidum frigidum ꝛ viscosum: vt ait Galenus libro nunc dicto capitulo ꝛ ea: quare non consueuit hyemali tempore. Neqꝫ scariola que est velut laciuca agrestis: nisi quia in dorso costarum habet paruas spinas pro endiuia ponitur. Et quia infrigidat in hyeme nocet.

¶ Amplius ꝛc.) ¶ In secunda particula dicit primo ꝙ egritudines raro sanis accidunt tempore hyemali. Scdo dicit ꝙ si egritudines alique tunc sanis accidant medicāde sunt ꝓ sua contraria: ꝛ cū euacuatione materie peccantis si fuerit opus: vt frigide calidis ꝛ humide siccis. Tertio dicit ꝙ impossibile est egritudinem marime caldam contingere sanis hyemali tempore sine magna causa. Quarto reddit duas causas ꝑmi ꝛ tertij dictoꝝ. Prima est ꝙ calor corporis innatus qui est regitiuus. i. potissimuꝫ ꝛ generale instrumentū omniū virtutū naturaliū est in hyeme fortissimus: quia preseruatur a resolutione per extrinsecū frigus: ꝛ fortiter vnitur seu coadunatur in interioribus: quare potenter repellit omnes causas egrotādi nisi fortissime fuerint ita vt ipsuꝫ vincant. Secunda est ꝙ omnes virtutes naturales melius efficūt operationes suas in hyeme ꝙꝫ temporibus alijs: vt videmus homines magis appetere melius digerere ꝛ retinere alimētū. ¶ Instabit quis primo ꝛ attractiua membroꝝ exterioruꝫ cuius operatio videt estate debere fortificari. Tum quia iuuatur extrinseco calore. Tum quia tunc vie sunt latiores ꝛ liberius ab attrahibili pertransibiles. Hyems vo frigore contraoperatur attractioni cibi ꝛ vias coartat. Secundo ꝛ digestiua: quia flegma multiplicatur in hyeme. Teste Prin. primi scda doc. 2. sum. 1. c. 6. dicente. Egritudinū vero hyemaliuꝫ plurime sunt flegmatice ꝛ in ipsa flegma fit multū: sed flegma attestatur diminute digestioni: quia nō est nisi sanguis diminute coctus: cuius causa efficiens est caliditas abbreuiata: vt ait Prin. primi prima doc. 4. capt. 2. Tertio ꝛ retētiua que frequēter frigore debilitat: ita vt sepe fiat fluxus vētris ꝛ fluxꝰ vine frequētior solito ꝓ frigus hyemis pellens materias vsus intestina ꝛ cōprimens vesicā. Quarto ꝛ expulsiua. Nam tempore hyemis frigoris cōstrictione materie compingūtur ꝛ inspissantur vnde minus motui obediunt: ꝛ vie earuꝫ coartantur. Dic primo ꝙ nihil phibet ex hyemis frigore quasdam operationes naturaliuꝫ virtutum in exterioꝛbꝰ partibus corporis debilitari sicut arguebatur ꝛ attractiua in prima ratione: quia lꝫ calor interioꝝ membroruꝫ fit hyeme fortior: non tamen exterioruꝫ omniū maxime superficialiuꝫ: qđ ergo ꝟ dicitur a Principe ꝛ virtutibus naturalibꝰ interioruꝫ membroꝝ intellige. Dic secūdo ꝙ digestiua est fortissima in hyeme ꝓpter fortitudinē caloris innati: nec in ea multiplicantur flegmata ꝛ egritudines flegmatice ex debilitate digestionis vel abbreuiatione caloris: sed ꝓpter hoīum crapulaꝝ ꝛ vsuꝫ grossoꝝ ꝛ viscoseruꝫ ꝛ negligentiaꝝ exercitij ꝛ superfluitatē somni ꝛ reuerberationē vaporū ad interiora. Dic tertio ꝙ bene vestitis ꝛ non penetratis a frigore hyemis retentiua virtus non debilitatur: sed fortissima est: potest tamē debilitari per frigus penetrans. Dic quarto ꝙ virtutes expulsiue naturales interioꝝ membroꝝ sunt in hyeme fortissime attendendo fortitudinē earuꝫ penes fortitudines innati caloris ꝛ longitudinaliuꝫ villoꝝ qui sunt eius instrumēta: sed nihil prohibet operationes earuꝫ tunc minui vel retardari strictura viaruꝫ ꝛ condensatione rerū expellendaruꝫ: maxime si frigus fuerit penetrans ad interiora corporis. Et per hec solutur obiecta. ¶ Queritur an sanis raro accidant egritudines in hyeme ꝛ non nisi a forti causa. Videt ꝙ non auctoritate Hippo. apho. 3. apho. 24. dicentis Hyeme vo pleuretides peripleumonie brachi corrize tussis dolores pectoruꝫ laterum ꝛ lumboꝝ capitis vertigines ꝛ apoplexie. Et Bal. in cōmēto ait. Pleuresis ꝛ peripleumonie ex instrumentoꝝ spiritualiuꝫ sunt passione: cū eniꝫ omnia membra a frigiditate aeris possunt defendi: hoc nullatenus in istrumētis spiritus fieri potest: vnde ꝛ dolores laterum ꝛ tusses fiunt. Itē dicit Hippo. ꝓnosticoꝝ tertia cañ. 31. Omne apostema magis in hyeme ꝙꝫ in ceteris temporibus euenit ꝛ ampliꝰ moratur. Item hyems suo frigore est cōtraria vite: qa vita consistit in calido ꝛ humido: nec tunc corpus excusatur a penetratione frigoris saltem cum anhelitu. Nō enim viuere potest sine attractione frigidi aeris inspirati pro refrigerio cordis. Item constitutiones anni omnino quidez sicce pluuialibus sunt saniores ꝛ minus mortifere apho. 3. apho. 16. sed hyems est tēpus humidissimū omniū ergo non sanum. Et Bal. in cōmento ait. Et bene dicitur constitutiones omnino sicce ꝛc. cum in siccis temporibꝰ humiditates deficcentur: in pluuialibus vo adunentur ꝛ putrescentes augeant si non quibuslibet exercitijs ꝛ his corpora mundificent: balneis enim non consumunt nisi que cuti vicinantur. Interiora enim in solidis membris cōtenta exterioribꝰ balneis non emittuntur. Neqꝫ enim pharmacia vel vomitu sunt purganda que ex magna necessitate ꝛ raro sunt expectanda. Item sanitas custoditur a suo simili sicut morbus curatur a suo contrario: sed hyems non est similis imo contraria humane complexioni. ¶ Oppositus determinat hic Prin. Et probat primo ex fortitudine caloris innati. Calor nāqꝫ innatus cū est fortis potest natura ipso mediante in humoribꝰ ministrare ꝑm modum maturandi ꝛ digerendi ꝛ custodire eos ꝑm sanitatez: ꝛ mouentur humores ꝑm moduꝫ ministrationis ipsius: ꝛ ꝓhibentur moueri ꝑm modum ministrationis caloris extranei: quare nō putrefiunt vt ait Princeps primi scda doctri. 3. ca. 3. Secūdo probat ex fortitudine naturalium virtutū in operationibꝰ suis quaꝝ officium est sanitatē tueri ꝛ corpus ab egritudinibꝰ preseruare ꝛ egritudines voꝫ venerint curare. Dic primo ꝙ in hyeme faciliter superueniunt egritudines senibus ꝛ debilibꝰ raris carne denudatis ꝛ dispositis ad ptisim ex debilitate pectoralium ꝛ aptis ad reumata. Ideo dicit hic Princeps: sanis corporibus: ꝛ intelligit ꝛ sanis simpliciter ꝛ nō de sanis vt nunc: qualia sunt ea que modo dicta sunt que frigori hyemis non satis resistunt. Dic secūdo ꝙ sanis simpliciter male se regentibus ꝛ non ꝓtegētibus vt decet a frigore faciliter accidunt hyemali tēpore morbi ex reumate sicut pleureses peripleumonie ꝛ apostemata: quia malum regimē superfluitates auget ꝛ

multiplicat: quia frigus hyemis a capite excutit ad inferiora: ⁊ eiusdez frigus cum humiditate prohibet resolui superfluitates ⁊ conculcat eas in quibusdam membris: vnde apostemata generari solent. Et id pretendebant due prime rationes. Dic tertio q̄ sanis simpliciter se bene regentibus ⁊ ꝓtegentib⁹ vt decet a frigore raro accidunt egritudines in hyeme maxime calide: ⁊ non nisi a forti causa: puta si hyemis fuerit valde effrenis in frigore. Istud docet experimentuz ⁊ ꝓbant rōnes post oppositum. Ad tertiā ante oppositum dic q̄ frigus hyemis non est cōtrariū in effectu vite nec calori naturali nisi fuerit penetrans: imo per antiparistasiz fortificat ipz. Et cum dicit q̄ corpus nō excusatur a penetratiōe frigoris saltē in anhelitu. Dic q̄ aer frigidus inspiratus multipliciter corrigit añq̄z perueniat ad fontez vite. s. in ore ⁊ naribus vua trachea arteria pulmōe ⁊ cānulis eius ⁊ ramis arterie venalis quib⁹ ad cor serf. Ad quartaz dic q̄ Hip. ibi loquitur de cōstitutionib⁹ anni non seruantis ꝓpriā naturam. Et vult q̄ ex illis omnino ficce pluuialibus sunt saniores ⁊ min⁹ mortifere. Non sic autem fit de hyeme naturaliter humida comparatione ad estatem ⁊ autumnum naturaliter siccos: quia talis nō est humorum putrefactiua. Ad quintam dic q̄ frigus hyemis non est contrarium complexioni hominis in effectu nisi fuerit penetrans ⁊ vincens: imo circūstādo fortificat vnit ⁊ conseruat eam.

¶ Hyppocrati ⁊c.) ¶ In tertia dicit primo visum hyppocrati q̄ melius est in hyeme soluere ventrē q̄z minuere sanguinē. q̄ vt in plurib⁹ flegma superabundat hyemali tempore aucto appetitu cui satisfacere solent plurimi replentes seipsos ad saturitatem: qua graues effecti dormire querunt exercitia negligunt: vnde modica fit ab his resolutio: ⁊ calor innatus sub humiditatibus sepultus tenitur. Ait enim Hyppo. apho. 4. Purgare quidem estate superiora: hyeme vero inferiora. Scōo dicit Hyp. in hyeme horruisse vomitum: ipsum vero apte fieri in estate. Quia cōmuniter in hyeme abūdant humores viscosi grossi sua grauitate tendentes inferius. Estate vero cholerici subtiles tendentes superius. Pro facilioꝛi igitur educatur quisq̄ peccantium humoruz per partem sue declinationis. Ait enim Hyp. apho. 4. apho. 6. Graciles ⁊ facile vomentes superius purgare timentes hyeme. Difficile vero vomētes ⁊ medie carnosos inferius timētes estatem. Tertio dicit: ipsum ergo imitentur. i. querentes se custodire incolumes sequantur hyppocratem vel sequantur humorem peccantem educentes eū per partem ad quam declinat. ¶ Attende q̄ regimen hyeme seruanduz sic meminit Rasis. 4. Almansoris. Hyemis autem regiminis errorem ⁊ nutrientiuz largitatez tolerat: ⁊ postremo corporum conseruat sanitatem: vnde homines in ea egritudinem non incurrunt absq̄z magna errozis causa. In qua a magna ventris solutione caueri opz. Oportet quoq̄ vt si q̄nq̄z febres in hyeme contingant cito subueniatur cuz medicina eis: ⁊ propie cum euacuatione. Me nāq̄z febres plerūq̄z ex repletione accidunt: ideoq̄z crescunt ⁊ fortiores fiunt si in principio non euacuentur. Qui autē frigide est complexionis, calidis nutrientibus nutriri poterit sicut sunt allia ⁊ cepe ⁊ alia calida que causa cōdiendi cibos ⁊ saporem tribuendi admiscentur: vt piper cyminū sinapis eruca ⁊ similia his. Sed si iuuenis fuerit ⁊ calide complexionis conuenientius est vt ex eis parum accipiat vel ea omnia omittat. Ista enim si eum in hyeme egrotare non fecerint in veris principio vel in eius fine facient: nisi ei cum minutione aut ventris solutione subueniatur. Ille preterea qui in tempore hyemis multa ⁊ auide ⁊ simul in stomacho recipit ⁊ qui bonarum nutritionum multitudinez cum vino suscepit sibi cum minutione subueniri debet. Qui autem nutrientibus grossis ⁊ malis vtitur: ventris solutione sibi succurratur Nec Rasis.

a ¶ Aeri vero cum ⁊c. ¶ In hac parte gnta primo dat regulas generales contra pestilentiā. Scda agit de pestilentia que ꝓuenit a terra. ibi (A terra preterea.) Tertio de illa que ꝓuenit ab aere vel celo. ibi (Multotiens quoq̄.) Quarto de suffumigationibus ⁊ aceto ministrandis in pestilentia remittens nos ad sequētia super ampliori determinatione de ea. ibi (Suffumigationes aūt.) ¶ In prima particula dat tres regulas. Prima est: obuiandum est aeri dum corrumpit vel fit pestilentialis: ⁊ phibendum ne noceat homni deficcando corpus eius ⁊ temperando domū habitationis sue cuz infrigidantibus ⁊ humectantibus. Et hoc quidem est quod frequentius conuenit in pestilentia: q̄ pestilentia contingit vt plurimū vel ex putredine aeris: ⁊ tunc corpus est siccandū quatinus humores eius prohibeantur a putredine vel ex superercedenti caliditate cōburent humores vnde carbunculi ⁊ antraces fiunt: ⁊ tunc domus habitationis est infrigidanda ⁊ humectanda. Aut calefaciant homines domum habitationis sue si pestilentia procedat a frigiditate quod rarius contingit. Et breuiter faciant id in domo sua ⁊ corporibus suis quod sit contrarium ei quod prouenit ex corruptione aeris. ¶ Attende primo circa hoc q̄ tripliciter contingit aerez corrumpi. s. ex sui putredine ⁊ rabiositate caloris ⁊ frigoris mortificāte. Iuxta illud Prin. primi. 2. doc. 2. sum. 1. capi. 9. Mutationes vero aeris naturam egredientes sunt aut propter conuersionem in substantia aeris factam: aut propter conuersionez in qualitatibus ipsius. Que vero existit in eius substantia est vt eius substantia ad maliciam conuertatur: non ideo q̄ aliqua suarum qualitatum valde fortior facta fuerit fm augmentum vel diminutionem ⁊ hoc est pestilentia. Et est putrefactio que accidit aeri similis putrefactioni aque ⁊ emollitionis fetide. Quod vero existit in ipsius qualitatibus est vt fm caliditatez aut frigiditatem ad qualitatem perueniat intolerabilem intantum vt per ipsuz messes ⁊ generatio corrumpantur. Et hec quidem est aut conuersio homogenea sicut rabiositas estatis cum fortior fit: aut conuersio contraria sicut frigoris malicia in estate que propter aliquod euenit accidens. ¶ Attende secundo q̄ due sunt causa principales corruptionis pestilentialis in aere. Prīa est superior ex parte celi. Secunda inferior ex parte elementorum ⁊ elementatorum ad corruptionez dispositoz. Prima est efficiens. Scda patiens respectu celi qō imprimit in eaz vim putrefactiuā vel adustiuam: magis vo cōparatione ad hoies quoz humores putrefactione vel adustione inficit. Iuxta illud Prin. quarti prima trac. 4. c. 1. Et puncti pium oiuz hoz est forme ex formis celi facientes esse necessariū illud cuius aduētus ignoraf: lz sint quidaz hoīum qui diuerunt in eo aliqd nō ꝓportionatuz ad cām eius: imo opz vt scias q̄ ꝓma causa ad illud longinqua sunt figure celestes ⁊ propinque dispōnes terrestres. Et q̄n faciunt necessario virtutes agentes celestes ⁊ virtutes patiētes terrestres humectationem vehemēte aeri expellūtur vapores ⁊ fumi ad ipsuz ⁊ spargunf in ipso ⁊ putrefaciunt ipsum caliditate debili. ¶ Attende tercio q̄ circa superioreꝛ cām pestilentie diuersi diuersimode senserunt quibusdaz dicētibus q̄ est flagelluz qōdā secretū quo diuina ꝓuidētia castigat hoies. Aliis dicentib⁹ q̄ hec cā hoīb⁹ incognita est vt inuit Prin. in his verbis pallegatis: cuius aduentus ignoratur. Et in hoc tertiu dum dicit. Aut ꝓpter rem celestem cuius qualitas non est hoībus cognita. Aliis dicentib⁹ q̄ est coniunctio supioꝛ planetarum duoꝛ vel trium: maxime in signo humano sito vt anno dñi. 1345. 24. die Martii fuit coniunctio Saturni Jouis ⁊ Martis que est vna de maximis coniunctioib⁹ in. 19. gradu aquarii qui est signuz humanū fixum: cui successit maxima mortalitas ⁊ generalissima quinq̄ durans annis per oia climata gradatim diffusa de memoria hoīz non habens parem in generalitate malitia ⁊ seuitate sicut audiuimus a multis veterib⁹ nostri tēporis qui viderūt eaz. ¶ Attende quarto q̄ pestilentie aeris. 15. sunt signa. Primū est: aliqua magna coniunctio superioꝛ planetarū maxime in signo humano. Scōm est multiplicatio stellarum cadentiuz ⁊ aliaꝛ impressionuz ignitaruz ⁊ fulguruz ⁊ tonitruoꝛ ⁊ apparitio vnius comete vel plurium. Tertium est multiplicatio ventoꝛ australium maxime in estate ⁊ in Septembri. Quartum est: turbiditas ⁊ nebulositas frequens aeris: vnde pluuia speratur ⁊ non pluuit ⁊ coloꝛ aeris icteritie filis. Quintū est paucitas pluuie cū frigore in vere cui succedit multiplicatio australium ventoꝛ ⁊ cōturbatio aeris aliquot dieb⁹ post clarificatio ipsius per hebdomadam ⁊ non vltra. Et frigus in nocte cum prefocatione ⁊ cōturbatiōe deinde caliditas. Sextum est: estas non fortis caloris sed plurime turbiditatis cuius aurore turbantur ⁊ plurime precesserunt impressiones meteoꝛologice ignite. Septimū est: alteratio aeris multotiens in eadem die ⁊ clarificatio aeris die aliquo sic q̄ in eo sol clarus oritur ⁊ cōturbatio die alio sic q̄ sol oritur in velaminibus nebule. Octauū est multiplicatio araneaꝛ vermiuz ranarū ⁊ reptiliuz alioꝛ nascentiū ex putrefactione. Nonum est exitus plurimus muriuz talparuz ⁊ alioꝛ subterraneoꝛ animalium a suis antris ad superficiez terre. Decimū est: q̄ animalia male nature relinquunt nidos ⁊ interdum ova propria sicut cuculi. Undecimū est: multiplicatio morbilloꝛ ⁊ variolaꝛ vltra solitum. Duodecimū est: cum multi pisces mortui apparent in superficie aque vel animalia plurima morium quib⁹ vesci solent homines vt boues arietes pulli ⁊ capones. Tertiūdecimū est: multiplicatio vermiuz in fructibus comedi solitis. Quartūdecimū est: fetoꝛ qn̄q̄z sensatus in aere vel in anhelitib⁹ hoīum preter solitum. Quintūdecimuz est: cursus egritudinū infidiosaruz male determinationis plus solito super hoies. ¶ Secunda regula est. Odores boni aromatici sunt in pestilentia aeris multuz conferentes precipue cum putauerint hi qui eis vtuntur q̄ tales odores sint cōtrarii cōplexioni aeris pestilentiati. Ut si pestilentia fuerit ex putredine aeris cum lento caloꝛe cōferunt aromata sua flagrantia cōtraria fetoꝛi pestilentie aeris. Nam sicut fetoꝛ mortificat spiritus ⁊ cordi inimicatur sic odores boni spiritus vivificant ⁊ coꝛfortant. Et si pestilentia aeris fuerit adustiua conferunt aromata frigida sicut odoꝛ violaruz nenufaris rosaꝛ sandaloꝛ camphore. Et si fuerit pestilentia aeris ex frigiditate vel cum frigiditate intolerabili cōferunt aromata calida vt muschi ambre ligni aloes cinamomi gariofilorum.

¶ Attende q̄ multi in pestilentia vituperauerūt aromata ꝓpter duo. Primū quidez est: quia bonus odoꝛ est causa attractionis pluris aeris ⁊ quasi vehiculum corrupti aeris ad cerebrum. Secunduz est: quia odoꝛ vel est fumalis euaporatio vel non est sine fumali euaporatione: sed fumalis euaporatio faciliter inflāmatur ⁊ faciliter putrefit ꝓpter subtilitatem sue substantie. Sed horum positio deuiat a veritate propterea q̄ aromata putredinez aereis corrigunt spiritus cōfortant ⁊ membra principalia confortant ⁊ reddunt potētia resistere pestilentie. ¶ Tertia regula est. Lauenda vel minuenda est necessitas attrahendi multuz aerem in pestilentia. Et istud fit viuendo in ocio ⁊ euentando faciem sepe cum flabellis vt recens aer trahatur cum aspiratione ⁊ pauciꝰ satis fit euentationi cordis: propterea tunc vitari debet omne forte exercitium stuphe balnea multe caliditatis ira frequens coitus: quia per hec omnia magnificatur ⁊ velocitatur frequens fit anhelitus ⁊ multa aeris attractio est necessaria.

¶ A terra ⁊c.) ¶ In scda dicit q̄ corruptio aeris sepe eleuatur a terra sic q̄ in subterraneis cauernis quedaz putredines fiunt: que pueniētes ad superficiem terre vegetabilia corrūpunt ⁊ aerez qui nos cōtinet putrescere faciunt. Et tunc hoibus cōuenit sedere in lectis eleuatis a terra ⁊ nō super terraz neq̄z sup herbas sedere aut iacere cōuenit. Et tunc queréda sunt hospitia alta in montib⁹ ⁊ alte camere que a ventis rumpunf. i. ab impetuosis flatib⁹ boree purificanf ⁊ preseruanf a putrefactione: qa magis distant a radice corruptionis.

¶ Multotiens quoq̄ ⁊c.) ¶ In tertia dicit q̄ principiū corruptionis pestilētialis multotiens est ex aere nos cōtinente recipiente putrefactionez vel ꝓpter illud qō ei superuenit ex corruptione putrefacti aeris sibi ꝓpinqui sicut ex vicinitate

nitate fetentium paludum vel lacunaruz vel fossarum vel cadaueruz vel ꝑpter rem celestem cuius qualitas.i.modus impressionis in aerez primo occursu nō est hoibus cognita.Et in tali corruptione fugiendum est a montib⁹ z locis altis z habitādum in locis bassis terraneis z domibus ac cameris vndiqz parietib⁹ circūclusis: quaz aer purificet assiduo igne siccoz lignoz electoz vt quercus iniperi sarmentoz vitium quatinus corruptus aer non habeat ad hec loca liberum ingressum.

¶ Suffumigationes ꝛc.) ¶ In quarta dicit primo q̄ suffumigationes in cameris faciende que rectificant putrefactionem aeris sunt ex cypero.i.radice inn ci triāgularis minutiz incisa z in pruas missa que sint in medio camere:quatinus ipsius fumus per totam camerez liberius dilatet:vel ex thure in ignez misso vel ex folijs z lignis z granis myrti siccis vel ex rosis:aut z sandalis inter quos muscha celini vel citrini sunt magis aromatici. Scōo dicit q̄ vti aceto in potibus z cibis assecurat hoies in pestilētia z preseruat eos a nocumentis ipsius:q̄ suis frigiditate z siccitate vehemēter preseruat sanguinē z humores a putrefactiōe z sua penetratione z incisione tollit oppilationes:quare z superflua libere expurgantur z vtilia nutritura sine impedimento transeunt ad mēbra.Et audeo dicere pluries expertus z auctoritatibus veterū subnixus z iam tactis rationibus q̄ est de maxime preseruantibus a morbis pestilentialibus cōueniens ad illud omni complerioni omni etati oī sexui z in omni regione non solū in cibis z potibus: sed ad lotionem oris matutinam cum aqua rosata vel simplici munda z ad adoramentum cum aqua rosata equaliter mixta intingendo in eis pannum de serico vel de lino mundo gestandum coram naribus velsepe applicandum eis. Tertio dicit q̄ in libris particularibus nominabit cōplementum eius quod est dicendum de preseruatione corporum a pestilentia z de causis z significationibus pestilentie z de causis z signis z curis morboruz pestilentialium.s. quarti primatrac.4. ca. quattuor primis.Et quia preseruatio a pestilentia cadit sub regimine sanitatis z est nobis valde necessaria: q̄ prohdolor multo frequentius invadit homines q̄ solebat hic inserere placet documenta Rasis sup hoc in certis propositionibus summi z expertissimi medici post hyppocratem z Gal.4.Almansoris scriptis cap.de mortalitate z eius cautela.Prima propositio est mortalitas plerūqz in fine estatis z autumno accidere solet. Quapropter si in estate z multe euenerint pluuie nubes quoqz z pluuiarum multitudo nocte z die permanserint z meridionales venti plurimi perflauerint: z aer etiam ita quietus sit q̄ non moueatur z cumhoc etiam meridionalis ventus turbidus existit a carne z vino z confectionibus de melle factis z a fructibus recentibus z dulcibus z balneo z lauatiōe aque calide omnino abstinenduz erit. Secunda est: in omni autem comestione aceto vtendū erit z omnia in quibus acetum ponitur comedenda.Tertia est:rob quoqz fructuuz acetosorum valde z ponticorum sicut rob succi vue acerbe z succi ribes z granatorum acetosum atqz succi sumach z rob acetosatis citri sumenda erunt.Quarta est: syrupi preterea acetosi multa quantitas semper bibenda erit. Quinta est: si maxima necessitas carnem comedere galli z danraz.i.turtur masculini sexus hedus quoqz z vitulus cum aceto z vue acerbe succo z sumach z his similibus conditi edi debent. Sexta est si autē in corpore sanguinis aliqua appareat motio minutioni absqz mora statim erit insistendum. Septima est: mansiones in quibus est sedendum frigide debet esse: quarum porte z foramina a parte septentrionie sint aperta. Est enim possibile vt hoc regimine vtentes aeris pestiferi dispositionem z vartolas z morbillos necnon antracem z mala apostemata z febrem sinocham deo auriliante euadant.Octaua est: cum talis temporis dispositio fuerit infantes z iuuenes z corpora grossa habentes z colorem rubeum plus alijs custodiendi sunt. Nona est: cum autem in fine estatis multus fuerit calor autumnus quoqz valde siccus z multus puluerulentus extiterit: atqz frigus z pluuia tardauerint venire mansiones tunc infrigidande sunt z humectande pannis grossis de canabe vel lino aqua aspersis atqz apprehensis. Et aque in pauimento rorande erunt. A labore quoqz z sollicitudine abstinenduz erit. Corpus preterea aqua calida lauandum: z aqua niuis in potu sumenda. Simila etiam cocta in mane aqua multa pauco zuccaro bibenda erit: z aqua in niue infrigidata potanda. A nutrientibus vero calefacientibus z a vino nisi multa temperatum fuerit aqua cauendum. De cucumeribus autem z citrullis z cucurbita z portulaca z his similibus multum erit comedendum. Summo quoqz opere cauendum erit ne in sole sedeatur nec ieiunent nec comestio tardetur. Sitis etiam nullo modo est toleranda. Si quis vero in meridie dormire voluerit: in locis quiescat frigidis. Nutrientia quoqz edant que diximus. Pisces autem si comedere voluerint super carbones assatos edāt: vuas quoqz in quibus est adhuc acetositas sumant. In tali vero tempore singulis diebus aquam hordei bibere multum confertur: z precipue corpora calida z sicca habentibus.Si enim hoc regimine pre omnibus alijs indigent: z per hoc possibile est febres acutas z pessimas z calidas in tali tempore euadere.Decima est: q̄ in nocte multe apparuerint aeris apertiones chorruscationibus similes z aeris color ictericie similis est z venti flauerint post quorum aduentum multi homines z animalia egrotent: in nocte quoqz videantur in aere radij z splendor atqz egrotantes cito incurrant mortem: aer et difficulter attrahat z ora egrotantium fetidum emittunt odorē: ipsi quoqz infirmi multū angustiant z ardorē hnt magnū z sitim patiunt vehemētē z ipsorum infrigidant extremitates; z vomuerint z egesserint hūores fetidos z diuersos

domos que parietibus vndiqz sunt circū date z ad cameras. ¶ Suffumigatiōes autem que aeris putrefactiones sunt rectificātes sunt sicut cyperi z thuris z myrti z rose z sandali. Aceto preterea in cibo z potu vti in pestilentia est nocumēti ipsi⁹ securatio. Et nos quidez in libris particularibus nominabimus complementū eius quod est dicendum de hoc.

¶ Summa singularis doctrine qnte sen tertie primi de regimine iter agentium continet octo capitula.

¶ Ad succurrendum ei quod ꝓnosticat egritudines. Cap.p^m.

a **Ille cui⁹ trem**

i moz cordis assidue accide rit de seipo sit sollicitus ne subita intercipiat morte. Ille cui frequē-

quādo talia fuerint fructus z olera que in tali nascunt tempore dimittēda sunt: z aqua que in superficie terre manifesta est: bibenda est. In mansionib⁹ quoqz est mozandum z aer calidus est fugiendus: domus preterea quaqz die aqua z aceto mirtis rozanda est.Undecima est: si cum hoc in aere putridi odoris z tentis fuerit similitudo homines cum sandalis z camphora suffumigandi sunt z aqua rozasea rozandi.Domus autem cum costo z thure z storace z sandalis z

ter acciderit icubus z scotomia de seipso sollicitus existat: z humorē euacuet grossum ne ad epilentiam perueniat z apoplexiam.Quando mult⁹ in toto corpore fuerit saltus regatur flegmatis euacuatiōe: ideo ne hoc habens in spasmuz incidat z apoplexiaz.Et similiter cum perduraverit vt sensus sint turbidi z motionuz adsit debilitas cum repletione. Cum in membris multotiens acciderit vt sensuz amittant regaī cui hoc acciderit cum euacuatione flegmatis ne ad paralysim perueniat.Cum facies multum salierit cui hoc acciderit regaī purgatorio cerebri añq̄ ad torturam deueniat.Cum facies vehementer rubuerit z ex oculis lachryme fluxerint z lumen effugerint z capitis dolorem habuerint minutione regendus erit z solutione ventris z his similibus ne in-

camphora suffumigari debent. Nutrietia quoqz sint lentes acetum z sumach z hulen idest gelatina z succus vue acerbe. Acetum quoqz cum aqua temperatum bibenduz est z vinuz dimittenduz. Duodecima est: in hac quoqz disp̄one sumere in potu vnuz z trociscis camphore sepe consert:est etiaz aqua cuz niue bibenda: z ablutiōe aque frigide vtenduz. Decimatertia est:vnus ꝑterea antiquoruz physicoz dixit q̄ si due partes sumātur aloes z croci oriētalis z myrrhe vniuscuiusq̄ ana pars vna z detur ex eis in principio mortalitatis pondus. xij. achilat cuiqz singulis diebus cum.ʒ.j. vini tēperati maximū affert remediuz. Dixit enim hic neminez vidisse hanc medicinā in p̄n cipio mortalitatis bibentē qui non euasisset.Et ē achilat pondus trium granoz ordei.Decimaquarta est: Gal.quoqz dixit q̄ bolum armenicuz cū aceto z aqua bibitum huic dispositioni cōueniens est.Et tyriaca viperaruz eidem valde congruit.Confert preterea predicte dispōni si in tempore aeris putrefacti suffumigatio cuz thure z costo z storace z riloaloes z sandalis z cāphora z myrrha fiat. Decimaquinta est:accidit quoqz vt in aliquibus annis in vere squinātia multos inuadat que mala z pernitiosa existit.Oportet itaqz in hoc tempore preuenire egritudinez cum inunctione z sanguinis extractione ventosis in crurib⁹ positis z ventris solutione z gargarismis que singulis diebus z noctib⁹ cuz aqua ros. fieri debent:in qua sumach madefactū fuerit: z cum rob morozz nucum.i. diamoz z dianucuz.Decimasexta est:contingit etiam vt in aliqua hyeme multotiens apoplexia z paralysis z egritudines his similes eueniant. Est ergo necesse vt cum talis fuerit annus frequēter purgetur corpus cum pillulis quas in haruz egritudinuz capitis noiabimus z gargarismis z sternutationib⁹ z inunctionibus totius corporis.Nutrimentū quoqz erit subtilianduz z minuenduz: hec Rasis. ¶ Attende q̄ Auerrois hanc pertractans materiā sexto colliget.c. vltimo. phibet omnes pisces z omnes carnes preterq̄ volatilium. Et cōsuluit lenitiua ventris dicens.Et necessariū est vt omnes pisces tunc tēporis sint nociui penitus ob hoc quia sanguis ex istis rebus generat⁹ est cite corruptionis: z similiter omnes carnes exceptis volucribus montanis sicut sunt perdices z similes istis. Et vniuersalr res ventrez lenificantes hoc tēpore optime sunt quēadmodum thamarindi viole z cassia fistula z mānа: hec ille.

¶ Summa singularis doctrine quinte fen tertie primi de regimine iter agentium: cuius sunt octo capitula.

¶ Ad succurrendum ei qō ꝓnosticat egritudines. Cap'm p^m.

a **Ille cui tremor ꝛc.** ¶ In hoc cap'o dat signa ꝓnosticantia futuras egritudines sunt. ꝛc. regulis addens in aliquibus hanc modos preseruandi corpus ab illis. ¶ Prima regula est. Ille dz esse attentus ne subita morte moriaī cui tremor cordis assidue accidit: q̄ frequēs tremor cordis debilitatez magnā virtutis vitalis significat: ita vt non sufficiat regere spiritus vitales z cor in suis motib⁹ qui sunt radix vite.A leui ergo causa mali sibi occurrente victa succumbit: maxime si cordi fine medio vel ori stomachi q̄ precordium dicit cum punctione vel suffocatiua replctione occurrerit.Hanc regulaz ꝓmeminit Rasis.4.Almā.ca.de ꝓnosticatione malorz anteq̄z prevaleant dicens. Cordis tremor fortis z frequēs mortem portendit subitaneaz.Ideoqz cuz medicinis ventrez leniter solventib⁹ z minutione succurrere oportet.Et hoc cap'. valde extollit Pain.in custodia sanitatis vbi supra dicens. Capituluz istud oibus alijs elementis conseruandi sanitatem nobilius est. ¶ Secunda regula est. Ille debet esse de se sollicitus cui frequēter accidunt incubus z scotomia z a grosso humore se purgare attēte ne perueniat ad epilensiaz z apopleriam.Incubus a Principe numerat inter egritudines capitis: z sic describit ab eo tertij prima trac.5.cap.5.Incubus est egritudo in qua homo sentit cum in somnū ingredit phantasma graue super se cadens z cōprimens ipsum: z angustiat eius spiritus z intersecant vor ipsius z motus eius z fortasse prefocat ꝑpter pororz oppilationes: z cum ab ipso separat excitat euz subito z est anteceſſor vnius trium egritudinū aut apoplexie aut epilensie aut manie.Sed scotomia est subita visus obtenebriatio.Et dicitur a scotos grece qō est tenebra latine.Generant autem passiones iste per grossos humores in cerebro reclusos.Qui cuz ita creverint vt spasmū inducant vniuersalez cuz tortura oris z spuma ipsius z agitatione membroz cuz irrigidatione z casu: tunc faciūt epilensiam.Et cum adhuc amplius excreverint: ita vt opplent complete ventriculos cerebri singulos faciunt apoplexiaz cum priuatione sensus z motus in toto corpore.Hanc regulaz sic scripsit Rasis vbi supra. Incubus vertigo z scotomia si diu perseverauerint sortesq̄z extiterint epilensiaz portēdunt. Non est ergo negligendum quin succurramus taliter laborantib⁹ cum his que in epilensie cap'. dicturi sumus. ¶ Tertia est: ille regatur euacuatione flegmatis in cuius corpe toto plurimus fuerit saltus: ne cadat in spasmuz vel apopleriam.Et est salus seu iectigatio motus ex toto genere contra naturā fm dilatationē z constrictionez accidens membris mollibus dilatari z constringi aptis maxime musculis ex

Universidad de Sevilla Biblioteca

grossa ventositate recluſa in eis trahente originez ex humoribus frigidis grossis. Cuius rei signum est qz multiplicatur in corporib⁹ frigidis z etatib⁹ z temporibus z regionibus frigidis z in vsibus ociosis z a calidis z dissoluit. Iurta illud Gal. libro de rigore tremore iectigatione z spasmo. ca. 5. Et propterea quia ventositas grossa nebulosa aut vaporosa aut extensiua vel inflatiua est causa iectigationis: ideo iectigatio maxime inuenit in corporibus frigide etatis aut frigide cõplexionis: z magis multiplicat in temporibus similibus hyemi z habitationib⁹ frigidis z his qui longa torpẽt quiete z multitudini vacant ciboz z potuum: aut vtuntur infrigidantibus cibis aut inflatiuis. Res autẽ cõtrarie supradictis vniuersalr dissoluunt z auferũt iectigationem. Et hoc qa calefaciunt z subtiliant vẽtositatẽ z rarificant z relaxant corpus: hec Gal. Cum igit in toto corpore saltus plurim⁹ abũdantiaz grossoz z viscosoz humoz qui vẽtosant significet ꝓnosticet spasmũ esse venturuz de repletione cuz dicti humores neruos repleuerint z coegerint eos versus suum ortuz seipsos trahere. Aut apoplexiã cũ vẽtres cerebri cunctos oppilauerint. Hanc regulam sic Rasis prememorauit vt supra. Totius vo corporis saltus multus z diu permanens spasmũ pronosticat. Expedit igitur cum acciderit fortiter eũare z fricare corpus cuz medicinis acutis z ipsius regimen subtiliare. Quarta est: cum sensus diu permanserint turbidi z motus voluntarij debiles cũ repletione: similiter corpus tunc erit regendus flegmatis purgatione ne spasmũ incidat vel apoplexiã. Iurta illud Rasis vbi supra. Si sensuũ turbatio z motuũ debilitatio cum repletione affuerint ne superueniat apoplexia timendum est: succurrendum igitur erit cuz minutione z gargarismo. Causa nãqz turbatiõis sensuũ z debilitatis motuũ est repletio ex grossis humoribus obnubilantibus aiales spiritus z prohibentibus ne libere trãseant ad organa sensuũ z organa motuum voluntariorum: quibus adauctis ita vt ventriculos oẽs cerebri perfecte oppilent apoplexia erit. Et si ceciderint supra ipsos neruos z eos distendant spasmus subsequetur. ¶ Quinta est: cum acciderit alicui vt membra ipsius frequenter sensuz tactus amittant z sint quasi stupida z obdormientia: regatur talis cum euacuatione flegmatis ne perueniat ad paralysim magnam qua cõplete perditur sensus z motus in vno toto latere vel in aliqua sui parte. Nam stupor membrorum parua paralysis est vel medietas magne z via ad eam. Iurta illud Rasis vbi .s. Stupor vel paralysis parua magnam portendit paralysim. Quaptopter cum acciderit subuliandum erit regimen z corpus cum medicinis acutis quas in magne paralysis dicemus. c. euacuandum erit. ¶ Serta est: ille cui saltus plurimus in facie accidit regatur purgatorio cerebri priusqz perueniat ad oris torturam. Nam saltus faciei ex grossa ventositate oritur indicat grossos humores: vnde dissoluitur hec ventositas vel in musculis faciei contineri vel in partibus alijs proximis illis qui cum aucti fuerint z repleuerint musculos oris motiuos paralyticabunt vel spasmabunt eos inducentes illico torturam oris. Iurta illud Rasis vbi .s. Saltus faciei diu permanens si multus fuerit z fortis oris torturam adeo portendit vicinam vt statim inuadere debeat. Postqz igitur istud sentiri poterit medicine vehementer soluẽtes z vomitus dari debent. Facies quoqz cum forti acceto quod de vino factum fuit in quo mentastrum sit coctum fricari conuenit. Et comestio parua danda erit. A vino preterea omnino abstinere debet: fortibus euacuationibus z frictionibus a gargarismis z sternutamentis vtendum erit: hec ille. ¶ Septima est: ille regendus est minutione sanguinis z solutione ventris cui facies vehemẽter rubet z oculi lachrymantur z lumen effugiunt z caput dolet ne frenesim incurrat. Iurta illud Rasis vbi supra. Faciei z oculorum rubedo z manifestatio venarum in ipsis z descensus lachrymaruz z claritatez luminis pati nõ posse omnia hec si cum forti capitis dolore affuerint future frenesis erunt pronostica. Succurrendum igitur erit cum minutione z ventris solutione: caput quoqz oleo rosato cum aceto mirto infundendum erit z totum corpus infrigidandum. Nam signa predicta significant superabundantiam sanguinis calidi cholerici in priori parte cerebri qui nisi primo per flobothomiaz cephalice educatur z postea cholera electiue purgetur colligetur illic de facili ad apostema qđ frenesis dicitur. ¶ Octaua est: ille cui accidunt tristicia z timor: multi sine causa manifesta regendus est euacuatione humoris adusti ne incurrat melancholiaz seu melancholiam passionem. Nam timor z tristicia sunt signa z cause melancholice passionis. Iurta illud Hyppo. apho. 6. apho. 23. Si timor z pusillanimitas multum tempus habent perficit huiusmodi melancholicum. Et illud Galeni tertio interiorum. capitu. 7. Timor z tristicia z vituperatio huius vite z odere homines omnibus melancholicis pertinet. Et illud Rasis. 4. Almanso. Tristicia absqz manifesta causa diu permanens z chordis malignitas atqz desperatio melancholiam significant: quapropter succurrendum est ei vt dicturi sumus. ¶ Mona est: rubor tumor z fuscitas faciei perseuerantes portendunt lepram. Rasis autem. 4. Almanso. ait. Multus faciei rubor cum offuscatione z anhelitus vel attrahendi aerem angustia z vocis raucedo lepram aduentare que iam incipit accedere timere faciunt. Cuius ratio est: qz timor faciei cum rubore inordinato declinante ad fuscedinem significat initiuz erroris assimilatiue virtutis non perfecte assimilantis nutriens nutritiuo. Talis autem error est propria cã lepre vel ipsamet lepra: vt ait Gal. 6. morbi. ca. i. Lepram mutatiue virtutis nimium errorem dicimus esse. Succurrendum vero est id patientibus cum euacuatione humoz aduston z rectificatiõe regiminis z tẽperamẽto caloris epatis vt non amplius humores adurat. ¶ Decima est: cum corpus fuerit grauius solito z lassitudinem habuerit vel spontaneaz vel a paruo motu z vene eius fuerint eminentiores qz consueuerint sanguis minuẽdus erit priusqz vene findantur aut apoplexia accidat vel mors subitanea. Nam corporis grauitas z lassitudo cum tumore venaruz sunt signa ꝓpria predominãtis plectore: cui nisi p flobothomiã succurrat timor erit ne vene crepent multitudine sanguinis diffense vel ventriculi cerebri sanguine repleti faciant apoplexiam: vel sanguis nimius vias spirit⁹ claudens suffocet hoiem. Iurta illud Rasis vbi supra. Repletio superflua timorẽ emoptoice passionis future z apoplexie z subitanee mortis affert: vnde statim cũ minutione oportet succurrere. ¶ Undecima est: modic⁹ tumor in facie z in palpebris z in extremitatib⁹ corporis apparens significat succurrenduz esse dispõni epatis ne supueniat hydropisis. Iurta illud Ras. vbi supra. Facies etiaz z palpebre z extremitates si fuerit inflate pronosticabũt hydropisim. Nam cum sanguis ex debilitate epatis incipit aquosus fieri mẽbra refutant euz nec eis apponitur z imuiscatur cõplete. Sed paulatim accumulat⁹ z expulsus ad faciem palpebras manus z pedes inflat hec membra. Et hoc signum cõmune est omnib⁹ speciebus hydropisis. Iurta illud Paul. tertij. 14. trac. 4. c. 8. Omnes spẽs hydropisis sequit corruptio colouis: z in omnibus eis accidit inflatio pedum ꝓpter debilitatez caloris innati: z ꝓpter humiditatẽ sanguinis z eius vaporẽ: z inflatio amboz oculoz erit inflatio extremitatũ aliarũ. ¶ Duodecima est: cum fetor plurimus in egestionib⁹ apparuerit vtenduz erit regimine remouente putrefactionẽ a venis anteqz putrida superueniat febris. Verum significatio fetoris vrine deterior est in hoc. s. plus significans febrez putridam primaz. Fetor nãqz secum nisi ꝓuenerit ex natura ciboz significat qz in stomacho vel in intestinis dominat aliquis extraneus calor: qui si venis communicet putrefaciet humores ab eis cõtentos: vnde fiet putrida febris. Sed fetor vrine tam putrefactos in venis humores adesse significat: qui si effluent ad cor actu faciunt febrem. Iurta illud Rasis vbi supra. Fetor qui est in vrina putrefactionez sanguis significat z qz febres euenire debent. Et pauloante dicit. Egestionis fetores fastidium z graueduné que in venis fit inuunt. ¶ Decimatertia est: cum lassitudo maxime spontanea in corpore sentitur z fractura in membris quasi fuissent baculis percussa: tunc est timendum de aduentu febris. Id voluit Hyppo. apho. 2. apho. 5. dicens. Labores spontanei narrant morbos. Et Rasis vbi supra ait. Fatigatio z dissolutio cum destructione appetitus febrẽ significat. Nam lassitudo cum cõfractione precedit rigorem z horripilationẽ z rigor febrẽ in interpolatis cõmuniter z vt in pluribus. ¶ Decimaquarta est: casus appetitus comedendi vel augmentatio vehemens appetit⁹ vltra solitũ significat egritudinez. Casus quidez apetitus cibi significat vel mortificatiõ⁹ sensus orificij stomachi quare non sentit inanitionẽ eius vel qz membra non fugunt ab orificio stomachi: vel qz a corpore nõ fit resolutio. Iurta illud Gal. 6. morbi. ca. 2. Si hec actio fuerit ablata causa erit: aut quia sensus sentiens fuctionez non existit: vel quia non est fuctio: vel quia corpus non inanit. Sed augmentatio appetitus ita vt caninus fiat significat acetosum humorẽ exprimentẽ fortiter humiditates ab orificio stomachi vel resolutionẽ vehementẽ corporis qua cibus est continuo necessarius. Iurta illud Gal. capto nunc allegato. Corruptio aũt desiderij si fuerit in vltimitate quãtitatis fit illa species que desiderium caninuz nuncupatur. Causa eius vel erit pessimus humor acetosus pungens stomachũ: vel quia corpus vltima dissoluitur dissolutione vnde cibus continue sit necessarius: quia mali humores frigidi stomachi punctura in stomacho faciunt: vt fuctio venark z excitant desideriuz. ¶ Decimaquinta regula est generalis z summaria: z ell quadruplex vel quadrimembris. Primuz membrũ est. Omnis res cõsuetudinaria corpori que subito mutatur a consueto vsu ꝓnosticat egritudinẽ siue fuerit appetitus siue egestio siue vrina siue desideriuz coitus siue somnus siue sudor siue pruritus siue acumen ingenij: siue sapor gustatus vel somnioz vsus qualr cũqz mutetur: siue sit qz augeak vt appetitus caninus siue sit qz minuak vt appetitus diminutus siue mutet qualitatez taliter qz corrumpak vt appetitus corruptus carbonũ z crete. Scõm membrũ est: qz sicut res naturales a suo cursu mutate ꝓnosticant egritudines sic res nõ naturales longo vsu introducte duz mutantur a suo cursu ꝓnosticant egritudines sicut sanguis hemorroydaruz fluere solitus dum augek vel minuitur cursus eius aut sanguis menstruus qui nõ naturalis est qũ fluit ante decimũquartũ annum vel post quinquagesimũ annuz: aut vomitus aut fluxus sanguinis narium aut cõsuetudo desiderãdi rez aliquã vel malaz vel non malam. Et ratio eoz est: quia vsus seu cõsuetudo taz in rebus naturalib⁹ qz in non naturalibus est velut natura que mutationes subitas nõ sustinet absqz aliquo grauamine. Tertium membrũ est: qz quia cõsuetudo est altera natura z eius mutatio ꝓnosticat egritudines nõ debet se quisqz abstinere nisi a multuz malis: ita vt se restringat ad vtenduz solum cibis z potibus z alijs rebus non naturalib⁹ bonis z electis sub equilibra fugiendo penitus ab osibus alijs: quia cum se aliquis sic restrinxerit z per viam transiens cõsueta non inuenerit coactus insuetis vti male disponek ab his. Id docuit Hyppo. apho. 1. apho. 50. dicens. Oportet igit ad nõ consueta trãsmittere. Et Gal. in cõmento ait. Si homo vnam consuetudinez habuerit in dubio morak: quia nullus est qn aliqñ aliquo inconsuetudo moueatur. Unde inuenit Hyppo. bonũ esse ad omnia ꝓbanda se transferre ne si forte sibi euenerit qđ non consueuit ante sibi maxime noceat: hoc vo facere poterit si non in vna cõsuetudine permanens ad cõtraria se transtulerit. Quartuz membrũ est: si quis ex consuetis aliquid dimitere velit ordinate dimittat. s. paulatim cuz gradatione: quia fm multuz z repente euacuare aut replere aut calefacere aut infrigidare aut qũlibet aliter corpus movere

fallax

fallax est ꝛ omnino nature inimicum. Paulatim vo certum est ꝛ aliter non opz ex vno transire ad aliud apho.2.apho.51. Prima duo mẽbra huius regule quadrimembris prememinit Rasis.4.Almã.dicens. Si autez aliqua dispositionũ corporis sani preter solitum permutata fuerit: vt.s.appetitiua fortior vel debilior existat vel exeuntia a corpe plura sint vel pauciora vel somnus longior sit vel brevior vel etiaz insomnietas assit vel sudor preter solituz e corpore decurrat: vel ea que a corpore manare solent retineantur: vt hemorroydaruz ꝛ menstruoz sanguis qui statutis diebꝰ venire solitus erat: vel sanguis qui ex naribus fluere cõsuetus erat: vel si totius corporis dissolutio fiat vel ingenij hebetudo aut in ore extraneus sentiatur sapor: aut que nõ cõsueuerint delectationẽ afferant vel ecõtrario: vel coeundi desiderium sentiat aliqs augmẽtari vel diminui vel in somno occurrat somniuz qđ non consuevit euenire vel corporis color conuertat ꝛ mutetur: aut tactus preter solitum: ꝛ ad vltimũ cum aliquid non consuetũ acciderit ꝛ pmãserit ꝛ augmẽtari inceperit futurã pnosticabit egritudinẽ. Quãobrez cuiuslibet preteritoꝛ causa subtiliter est inuestiganda ꝛ ad eius sanationẽ festinandum: hec ille. ¶ Decimasexta regula est. Res particulares. i. signa specialia sunt demonstratiue. i. pronosticatiue reruz particularium. s. specialiũ egritudinum: vt perseverantia seu longa duratio doloris capitis vel doloris occupantis medietatez capitis qui dicitur emigraneus pronosticat dilatationẽ pupille ꝛ descensum aque in oculũ. Teste rasi quarto almansoris dicente. Cum capitis dolor fortis ꝛ permanens fuerit vel emigranea timenduz est ne ad oculos aqua descendat ꝛ dilatetur pupilla. ¶ Attende q descensus aque ad oculuz est egritudo oppilativa: ꝛ est humiditas extranea stans in foramine vuee inter humorem albugineum ꝛ siphac. i. tunicam vueam ꝛ corneaz quare prohibet penetrare formas ad visum vt ait Pan. tertij. 3. trac. vltimo. c. 17. Talez vero humiditatem qñqz excutit a cerebro ad oculum dolor vehemens ꝛ mansiuus capitis que sub vuea compressa foramen eius dilatat vnde visus debilitatur. Et hec cataracta nuncupari solet. ¶ Decimaseptima est apparitio cimicum vel muscorum vel aliorum talium minutorũ coram oculis sine existentia diu perseverans cum assidua debilitatione visus portenditseu pnosticat descensum aque in oculum. Teste rasi quarto Almansoris dicente. Cuz aliquis ante oculos quasi muscas volare vel quasi pilos stare aspererit vel per circuitum eoꝛ que asperit quasi fumum vel vaporem viderit principiuz descensus aque innuit. Hoc igitur diligenter considerandũ est vt in loco suo dicturi sumus. Et Auer. 4. colliget cap. de signis significantibus egritudines futuras ait. Apparitio corpusculoꝛum velut muscarũ vel capillorum ante oculos denunciat decursum aque ad oculos nisi a stomacho hoc accidens pueniat: qz talis apparitio fit propter fumos aut vapores vel humiditates descendẽtes a cerebro ad oculos qui cũ inspissant vertunt in cataractã. ¶ Decimaoctava est gravitas ꝛ punctio persevẽtes in hypocondrio dextro pronosticant egritudinẽ epatis. Juxta illud Rasis vbi supra. Gravitas si in dextro fuerit latere vbi carnes diminute inveniunt scilicet apud costas posterioꝛes ꝛ puntura ꝛ tensio epatis lesionem significant. Per hec enim significatur superexcedens homorum quantitas in regione epatis que nisi purgetur apostema vel oppilationem illic generabit. ¶ Decimanona est: gravitas ꝛ tensio in inferioribus partibus dorsi ꝛ in ylio idest inferiori parte ventris ꝑpe inguina cum transmutatione dispositionis vrine a suo naturali cursu pronosticant nocumentum in renibus scilicet lapidem vel oppilationem humoraleꝫ. Teste Rasi vbi supra dicente. Gravitas ꝛ tensio in inferioribus ventris scilicet vbi sunt coste ꝛ ylioꝝ cum vrine solite dispõnis permutatione nocumentuz in renibus inceptum demonstrat. Ideoqz succurrendum erit dando. s. in potu diuretica vel frangitiua lapidis post eũonem cum pharmacia vel clisteri. ¶ Vigesima est egestiones carentes tinctura solita vz nõ subcitrine sed albe significant ictericiam. Significãt. n. ponz chistis fellis oppilatum esse quo deferri solet humor cholericus ad intestina regurgitrãs igif cum sanguine ad mẽbra tingit cutem totã citrino colore. Jd sepe vidimus in illis ictericis qui tendebant ad hydropisim. ¶ Vigesimaprima est: ardor vrine diu perseverans pronosticat vlcera vesice vel virge: qz significat acutos humores vesicã pungentes cum vrina fluere qui suo acumine ꝛ abrasiua vt tandez excoriant. Juxta illud Rasis vbi. s. Urine ardor diu perseverans vesicaz ꝛ virgã pustulis hereditabit. Signanter dicit hereditabit: qz pustule vesice cũ excoriatione vix vnqz sananf. ¶ Vigesimasecũda est: feces in suo transitu quasi vrentes anum pnosticant dissinteriã seu flurum ventris cũ excoriatione ꝛ emanatione sanguinis: qz significant acutos humores cũ fecibus fluere qui suis vehementibus mordicatione ꝛ abrasione tandem intestina superficietenus vlcerant. Jurta illud Rasis. 4. Almansoris. Mollis egestio ani adustionem ꝛ punctura faciens dissinteriam futurã demonstrat. ¶ Vigesimatertia est: casus appetitus cum vomitu ꝛ tumore in ventre ꝛ dolore extremitatum pronosticant colicam. Nec. n. omnia numerat Pun. inter signa colice tertij. 14. trac. 3. ca. 7. dicens. Et minoratur appetitus imo removetur omnino. Et frequens fit vomitus cholericus ꝛ flegmaticus. Et vomitus quidem non fit frequens nisi pp cõmunitatez stomachi ad intestina ꝛ pp multitudinem materiei ꝛ penuriam vie ad inferiora. Et qñ via cholere ad intestina fm plurimum constringitur quare expellitur ad superiora ꝛ inde tollitur appetitus. Intumescit autem qñqz venter propter ventositates in intestinis retentas non inveniẽtes exituz. Et dolent extremitates. s. cura per viam compassionis: vel qz aliquid de humiditatibus retentis non habitibus exitũ ab intestinis mediantibus venio cõicatur eis. Cuius regule partẽ sic tetigit Rasis. 4. Almãsoris. Appetitiue aut destructio ꝛ fastidiuz inuunt colicam. Subueniendus igitur in longo somno ꝛ cibi abstinẽtia ꝛ medicinis quas nominabimus. ¶ Vigesimaquarta est: pruritus in ano diu perseverans pronosticat hemorroydas nisi parui vermes illic affuerint a quibus ꝓcedat dictus pruritus. Jurta illud Rasis. 4. Almansoris. Pruritus anni hemorroydas venturas significat si nõ causa verminz paruorũ ꝛ multorum ibi existẽtium cõtingat. Nam talis pruritus acutos humores ano adesse significat: q suo acumine tandez aperient ora venaz eius ꝛ inde sanguinem manare faciẽt. ¶ Vigesimaquita est: apparitio carbũculoꝛ multoꝛ vel plurium nodoꝛ in exterioribꝰ partibꝰ corporis ꝓnosticãt magnum apostema. s. magnum carbunculuz vel magnum nodum. Jurta illud Rasis. 4. Alman. Ex multitudine ademem il. carbunculoꝛ vel apostematuz paruoꝛ magni apostematis vel exiture aduentus timetur. Et ex multis nodis vel glandulis magne collectionis suspitio exoritf. Carbũculus est pustula vesicãs ꝛ adurens faciens accidere escaram seu crustã vlaz qualem facit accidere combustio ꝛ cauteriuz ꝛ nascit ex sanguine grosso adusto declinante ad nigredinez Sed nodi sunt pustule flegmatice cõprehendentes humores flegmaticos aut generatos ex flegmate qui sunt facti sicut caro aut sicut pulo aut sicut mel aut aliud: ꝛ ꝓprie qui eueniunt in curuaturis iuncturaruz. Et res dura non est longinquũ quin necessariũ faciat obuiationẽ eius esse melancholicã. Verum nos posuimus eam flegmaticã: qm radix illius ouri est flegma cui accidit vt desiccaref grosse: sicut ait Princeps quarti tertia trac. 2. ca. 4. Quemadmoduz igitur ex multis scaturionibꝰ erumpentibus a terra resultat frequenter vnus magnus fons sic ex multis parvulis carbũculis aut nodis vnus magnus carbũculus aut nodus. ¶ Vigesimaserta regula est trimembris. Pamuz membruz eius est: serpigo in cute apparens ꝑnosticat albaras nigram. Et est serpigo impetigo ambulans que serpigo dicit: eo q serpit ꝛ parte in partez. Impetigines vo greci lichines dicunt: latini zeruas. Nascunf ex melancholico humore rotundo scemate in superficie cutis cuz ingenti pruritu ꝛ asperitate: vt ait Cassius felix: ꝛ vulgariter dicuntur in gallijs vertrem. Sed albaras nigra est illud quod nominatur impetigo excoriativa: ꝛ est scabiositas accidens cuti aspera vehemens. Et facit squamas sicut sunt piscium cum pruritu: ꝛ est propter humorem melancholicũ imbibentez cutem de eo qđ est iuxta eam imbibitione fortiore qz vt in colorem imprimat tiñ: ꝛ est de antecedentibus lepram: vt ait Princeps quarti septima trac. 2. ca. 14. Serpigo ergo est prenuntia nigre albaras. Scõm membrũ est morphea alba pronosticat albaras albam. ¶ Attende q morphea alba est albedo feda maculosa cutis parum vel nihil pertransiens eam penetrãdo in corpus. Sed albaras alba est albedo feda in cute apparens ꝛ in carnẽ penetrans vsqz ad oꝭ. Jurta illud Principis quarti septima tractatu secundo capi. 14. Differentia inter duas morpheas ꝛ albaras albam veram est q vtraqz morphea est in cute: ꝛ si est profunda est parum valde. Et albaras est in cute ꝛ carne vsqz ad oꝭ. Et causa cõmunis oĩbus est debilitas operationis alteratiue quando non assimilat assimilatione integra nutriens nutrito. Verum materia est in vtraqz morphea subtilior ꝛ virtus expulsiua fortior: quare expellit ad superficiem. Et materia in albaras est grossior ꝛ virtus expulsiua debilior fixa in interiori parte: ꝛ corrumpit complexionez eius quod penetrat in ea. ¶ Morphea ergo alba quãdo malignatur ꝛ penetrat in carne quod de leui accidit fit albaras alba: bene ergo dicitur q alba morphea prenunciatrix est albaras albe. Tertium membruz est q morphea nigra pronosticat albaras nigram. ¶ Attende q albaras alba non sic se habet ad albaras nigram sicut morphea alba ad morpheaz nigram: ita q sicut morphea alba est albedo feda nõ pertransiens cutem: ꝛ morphea nigra nigredo cutis similiter nõ pertransiens eam: sic albaras nigra sit nigredo cutis penetrans in carnes vsqz ad ossa sicut albaras alba est albedo cutis penetrans in carne vsqz ad oꝭ. Nam ex ratione nigre albaras non est vt penetret vsqz ad ossa: sed q sit impetigo excoriativa ꝛ scabiositas aspera ꝛ squamosa sicut premissum est. Jurta illud Princi. capitulo nunc dicto. Rei vero que nominatur albaras nigra ꝓportio ad albaras albam non est ꝓportio morphee nigre ad morpheam albam: imo est genus diversuz in intẽtione ad albaras albam. Et illud ideo quoniã albaras nigra est illud quod nominatur impetigo excoriativa ꝛc̃. Cum hoc tamen stat q morphea nigra pronosticat albaras nigram: precipue cum dicta morphea generata fuerit ex melancholia adusta que parũper adaucta de leui exasperat ꝛ excoriat cutem ꝛ reddit eam squamosam sicut sepe apparet in tibijs pauperũ querentiũ elemosynas monstratis tibijs in valuis ecclesiaꝝ.

¶ Sermo vniuersalis de regimine iter agentium. Caplm 2m.

Ter agens a rebus ꝛc.

¶ In hoc capitulo primo instruit iter agentem in abstinentia a consuetis ꝛ speciali cautela circa nutrimẽs ꝛ lassitudinem. Secundo circa mundificationez sui corporis ꝛ abstinentiã prinsqz iter arripiat. ibi (Oportet preterea ne eat.) Tertio circa gradationez servandam in itineratione ꝛ assuefacienda ante eam. ibi (Oportet quoqz vt qui.) Quarto circa qualitatem ꝛ quãtitatem ciborum ipsius. ibi (Et debet constituere vt eius cibus.) Quinto dat cautelam circa tolerantiam famis in via. ibi (Et fortasse iter agenti.) Sexto circa tolerantiaz sitis. ibi (Et similiter contingit.)

¶ In prima pte que est pñs text⁹ dat sex regulas. Prima est: itinerãs abstinere debet ab illis reb⁹ qb⁹ solitus est vti dum conuersebat cuz familiarib⁹ suis. s. a cõmessationib⁹ ꝛ ebrietatib⁹ ꝛ vigilijs superfluijs ꝛ excessib⁹ in venereis qb⁹ hodie seinuicẽ festinãt amplⁱ⁹ socij qz motosis actib⁹: qz sepe accidunt itineranti-

bus laboriose lassitudines ꝛ dolores: quare diligenter circa bonum regimen attendere debent ne graues in via morbos incurrant ad quos disponuntur multiplicibus modis. Primo quidem ex mutatione cōsuetudinis in aere in aquis in cibis ꝛ potibus ꝛ decubitibus. Secundo in labore ꝛ doloribus. Tertio in accidentibus animi sicut timore latronum vel submersionis vel deuiationis vel casus in via vel occursus fere vel defectus aut penurie alicuius necessarij. Hāc regulam scripsit Raf. 6. Almans. c. 11. Vsum autez inquit diete qué in terra sua habuit dimittat aut ex his quibus solitus erat vesci nullo mō comedat. ¶ Secunda est: itinerans maxime debet esse sollicitus circa suum nutriēs ꝛ circa lassitudinem: qz fortius ꝛ frequētius ꝛ inuitabilius immutatur ab his. A nutriente quidem vt a discurrente per omnes partes corporis ꝛ imutante ipsum suis quātitate ꝛ qualitate tempore ꝛ ordine. A lassitudine vero qz cōmouet ꝛ alterat omnes humiditates tā vitales q̄z supfluas: ꝛ omnia membra corporis disponens corpus ad horripilationes rigores tremores ꝛ febres. ¶ Tertia est: itinerans meliorare debet suum nutriens idest facere qd sit conueniens ꝛ familiare sue nature: ꝛ debet facere vt sit bone substantie ſ. mediocris inter grossaz ꝛ subtilez ꝛ propinque mēsure. i. mediocris quantitatis ꝛ non multe: quatinus in eo bene digeratur ꝛ nō relinquat in venis superfluitates plurimas vt faciunt cibi grossi ꝛ viscosi: nec etiam debet esse nimis subtilis vel velociter corruptibilis vel nimis modicus ne partim calore corporis partim calore exercitij corrumpatur ꝛ in fumum conuertatur. ¶ Quarta est: iter agēs non equitet ventre pleno cibis propter tria. Primo quidem ne cibus in stomacho motibus exercitij agitatus corrumpatur. Secundo ne fumis acutis ad officiuz stomachi a cibo eleuatis necessitas bibendi aquam augeatur: quam bibere periculosum est supercalefacto per exercitium ne portis apertis ad intima penetret ꝛ calorem suffocet in principalibus: ꝛ neruos percutiat vna cum inuncturis sua frigiditate. Tertio ne sonitus seu rugitus inductus in ventre ꝛ in intestinis ex potu aque vel agitatione cibi in eis vel calore ventosante humiditates augeantur ꝛ materia eius. ſ. ventositas torsiones ꝛ dolores inducat: immo expedit vt iter agens comestionem differat donec venerit ad hospitiuz in quo pernoctare intendit: nisi cā aliqua obsiterit que postea dicet: vt debilitas virtutis vel necessitas obuiandi resolutionibus nimijs ex superfluis caloribus: vel necessitas muniendi corpus aduersus mortificantia frigora: vel cōsuetudo mane comedendi ꝛ male tolerandi famem. ¶ Quinta est: si multum fuerit necessarium itineranti propter aliquas er nunc dictis causis sumere aliquid cibi priusq̄z ad hospitium siue pernoctationis aduenias sumat cibum modicum cum tali temperamento seu mediocritate qualitatis ꝛ quātitatis q̄ sufficiat in via ꝛ nō sit oneri viatori nec impedimento: sed etiam in motu bene digeri possit ꝛ sustentare naturam: nec inducat necessitatem superbibendi aquam siue de die siue de nocte iter agat. Et propter diuersitatem naturarum hominum designari nequit certa quātitas cibi tunc temporis cunctis conueniens. ¶ Sexta est: lassitudo viatoris regenda est ꝛ curanda modis dictis primi. 3. doc. 2. c. 14. quod est de medicatione lassitudinis exercitialis ſm. 4. ipsius species. ſ. ulcerosam extensiuā apostemosam ꝛ arefactiuam. Et qui cōmode potest seruet illud documentum Hyp. aph. 2. apho. 48. In omni motione corporis cū ceperit quis dolere quiescere statim remediū est. a ¶ Oportet ꝑterea ꝛc. ¶ In hac parte secūda dat duas regulas. Prima est: q̄ iter acturus superabundans in sanguine vel alio humore non arripiat viam donec sanguis eius minutus fuerit per flobothomiam vel humor eductus qui peccat in eo per pharmaciam. Iurta illud Rasis. 6. Almanso. c. de aptatione corporis ad ambulandum. Qui longum vult peragere iter ante ipsius inceptionez minui ꝛ medicinam ventris solutiuam sumere debet: ꝛ precipue si longum fuerit tempus et quo neutrum eorum peregerit. Qui enim iter agere corpore non mundificato voluerit: vir febres euadere poterit. Quod si eas aliquando euaserit q̄ corpus eius dissolutum est ꝛ cutis raro: non euadet apostemata magna nec minuta: nec alias apostematum species neq̄z catarrum: hec ille. Cuius ratio est: qz natura non sufficit regere superfluos humores labore cōmotos ꝛ vndiq̄z distēsos: occupant igit ab extraneo calore quare facile putrescunt ꝛ febres inducunt vel apostema aliquod. Secunda est: si iter agere volens fastidium cibi patitur priusq̄z iter arripiat ieiunet ꝛ dormiat donec fastidium sibi sublatum sit: deinde per viam pergat. Nam per ieiunium natura occupatur circa resolutionē cause fastidij que coadiuuatur per calorem interius coadunatum hora somni. Si vero quis fastidiose iter agat trahētur ad venas humiditates indigeste que fastidium causabant: ꝛ si grosse fuerint oppilationes inducēt: si cholerice subtiles inflāmabuntur ꝛ febrire facient. Super hoc predixit Rasis. c. prefato. A fastidio quoq̄z ꝛ potu ventre pleno omnino abstinere debet. Nec namq̄z flegmones ꝛ magna generant apostemata.

b ¶ Oportet quoq̄z ꝛc. ¶ In hac. 3. parte dat. 5. regulas volenti iter agere. Prima est q̄ vtatur ordine sic q̄ nō subito seipsum transferat a quiete in motus fortes ꝛ longos: sed primo faciat paruas dietas ꝛ paulatim augeat. Et non solum in hoc vtatur ordine: sed in omni alia mutatione sibi occursura in via de re consueta ad non consuetam. Secunda est: q̄ priusq̄z iter arripiat magis se exercitet q̄z consueuit vt paulatim discat ferre fortes motus habilitans musculos ꝛ iuncturas eius ad itinerandum. Tertia est: q̄ si itinerans estimet se oportere vigilare i via ꝛ iter agere in nocte prius assuescat vigilijs vti q̄z iter arripiat ne labore ꝛ vigilijs preter solitum subito arritus deficiat i via vel grauiter egrotet. Quarta est si timet iter acturus ne sibi superueniat in via fames aut sitis aut aliquid aliud tale sicut algor aut estus assuescat prius quam itineret esurire sitire algere vel estuari vt hec preassuecta minus ledant. Quinta est: itineraturus priusq̄z se vie exponat pluribus diebus vti debet cibis ꝛ potibus quibus in via vti intendit: vt assuefactus in eis eos melius digerat. Has regulas prememinit Raf. 6. Almanso. c. 11. dicens. Et quoq̄z studēdum vt consuetudinez suā in eam transmutet consuetudinem qua in itinere cū vti conueniet in dieta aut in somno aut in motu. Si enim euz in itinere vigilare necesse fuerit ante itineris inceptionem vt vigilet niti debet. Similiter comestionis horam ad horaz in qua in itinere se posse quiescere sciuerit pmutare debet. Exercitio quoq̄z ꝛ motu plus solito vti conueniet ꝛ niti vt abiq̄z vsu balnei esse possit.

cidat aut sitis aut aliud ab istis debet eaz assuescere. Et debet vti cibo quo in itinere vult nutriri. ¶ Et debet [c] cōstituere vt eius cibus sit in quātitate paucus ꝛ multi nutrimenti. Olera preterea dimittat ꝛ fructus ꝛ quicquid humorez generat crudum: nisi fuerit propter necessitatem vt ex eo medicetur. ¶ Et forsasse [d] iter agenti necessitas superueniet tolerandi famē donec desiderium ei minuatur. Ex eis autē que ipsum iuuant in hoc sunt cibi facti ex epatibus assatis ꝛ his similibus. Et est cum eis fiunt pile cū viscositatibus ꝛ adipibus liquefactis fortibus ꝛ amigdalis ꝛ oleo amigdalino sintq̄z adipes sicut adeps vaccinus: quarum vnam cum comederit famem longo tempore tolerabit. Quidam quoq̄z retulerunt q̄ vnus homo libraz vnā olei violacei in quo adeps resolutus fuit donec in emplastri similitudinem conuersa fuerunt comedit: ꝛ decez diebus postea comedere nō desiderauit. ¶ Et similiter [e] contingit cum necesse est tolerare sitim. Secum ergo deferre debet ex medicinis sitim extinguentibus quas in libro tertio in capitulo de siti dicemus ꝛ proprie ex semine portulace. iij. 3. cum aceto bibat. Et dimittat nutrientia sitim facientia sicut pisces ꝛ cappares ꝛ salsa

c ¶ Et debet ꝛc. ¶ In hac parte. 4. dat. 2. regulas. Prima est: cibus iter agentis debet esse pauce quātitatis ꝛ multi nutrimenti. Pauce quātitatis quidez vt melius digeratur ꝛ pauciores relinquat superfluitates. Multi vero nutrimenti gratia amplioris restaurationis. Multa namq̄z resolutio sitis itinerantibus quare plurima opus est restauratione. Iurta illud Rasis. 6. Almāso. ca. 11. Cibo multi nutrimenti ꝛ pauce quātitatis vtat: nec anteq̄z hospitetur ꝛ quiescat comedat. Si autem comestione multum indiguerit licet parum sumat non tamē totū cibum sibi necessariū nec totum vinum priusq̄z quieuerit accipe presumat. Secūda est dimittat itinerans olera ꝛ fructus ꝛ omne qd generat aquosum humorez nisi hos sumpserit via medicine: sicut lactucam vel portulacam vel acetosam gratia refrigerij: vel pruna aut poma pro laratione ventris: vel mala granata acria vel poma arangie vel grana berberis ad extinctionem sitis ꝛ reuocationem appetitus. Iurta illud Rasis vbi supra. Olera vero preterea ꝛ precipue fructus nullo modo comedat. Hec enim ventrem absq̄z magno nutrimento replent: ꝛ in corpore malos humores ꝛ crudos generant. Si autez in calido tempore eis indiguerit comedat ex eis sicut iam constituimus.

d ¶ Et forsasse ꝛc. ¶ In hac parte. 5. premittit Princ. q̄ itineranti superuenit interdum necessitas tanta tolerandi famen q̄ tandem decrescit appetitus eius ꝛ quasi annullatur: q̄ tolerare famē stomachum putridis replet humoribus: vt ait Princ. cap. 7. doctri. 2. huius. 3. Fen. quo repleto cessat appetitus vel sensibiliter diminnitur: licet membra cibo vehemēter egeant. Consequēter ad obuiā dum huic incōmodo vie dat tria remedia quibus prohibetur vel ad minus retardatur fames. Primum est: cibus factus ex epatibus assatis introducta virgula veluti veru per medium eorum ꝛ interpositis lardi laminis valde tenuib⁹ aut pinguedine aliqua que ea prohibeat ab assatura nimium siccari. Cibus hutusmodi vulgariter dicitur a gallis hastule seu hastulete qui longam in stomacho contrahit moram: tum ex grossicie: tum ex pinguedine que subleuat eum: ꝛ ex grossi chimi multum resistentis resolutioni. Humor enim ab epatibus generatus est grossus. Teste Principe secundo huius cap. de epate. Secundum est pile grossitudinis vnius magne nucis facte ex viscositatibus scilicet musculaginibus ꝛ adipib⁹ liquefactis fortibus idest grossis densis vt vacce vel bouis ꝛ amigdalis dulcibus ꝛ oleo amigdalarum dulcium ſm hunc modum. ℞. amigdalarum dulcium excorticatarum lib. j. adipis vacce liquefacti lib. ſ. musculaginis lini vel radicis bismalue. ℥. j. olei amigdalarum dulcium quart. ſ. terantur omnia simul in mortario donec bene misceantur: postea dimittantur infrigidari ꝛ formentur inde pile grosse ficut stophi vel magna nux. Et quibus viator cum comederit vnam diu sine fame stabit: vel si famem incurrat longo tempore sine grauamine plurimo tolerabit eam: q̄ dicte pile sua vnctuositate diu permanēt in stomacho quasi natantes: ꝛ in ore stomachi faciunt impressionem contrariaz succioni que famem inducit leniendo ꝛ remolliendo ipsum. Tertium est lib. j. olei violati in quo tanta quantitas adipis vaccini resoluta fuerit q̄ ad spissitudinem emplastri perueniat: de quo retulerunt quidam q̄ vnus ipsum comedit ꝛ decem diebus sequentibus non esurit.

e ¶ Et similiter ꝛc. ¶ In hac parte serta premittit q̄ itineranti quandoq̄z necesse est tolerare sitim sicut ambulantibus per deserta arabie sepe contingit cuz non sibi sufficienter de potu prouiderunt. Consequenter dat tria remedia contra sitim

tra sitim in via. Primum est deferre secum medicinas ertinguentes sitiz: quas describit tertij.13.tracta.2.cap.de cura sitis. Et specialiter in hoc casu confert bibere.3.3.seminis portulace cum aceto limphato. ¶ Attende primo q Rasis. 6. Alman.c.de minuēda siti sic cōmemorauit ertinctiua sitis. De his preterea que sitim sedant t diu remouent sunt lac valde acetosum t portulaca t cucurbita t citrulli t mellones non dulces: t pira valde humorosa t parum stiptica nō multum dulcia t poma quoq; t mala granata t que de fructibus acetosis eis sunt similia: t acetositas citri t vue acerbe succus t ribes t pruna. Nec enim si quis antequam eat comederit sitim non patietur. De his quoq; que in ore tenta in hora eundi temperiez adducunt in sitis ablatione sunt pira ficca acetosa cum vnum post vnum sumitur: aut thamarindi aut grana granati acetosi: aut ex lacte acetoso semper parum sumere t in ore donec dissoluatur tenere. Huic autē ꝛz parum confert frustū cristalli i ore tenere aut oscrum postq; exterior conterfricando ablatus fuerit. Et similiter margarite aut argētum merum tersum. Labia preterea fortiter stringere t aerem per os nullo modo attrahere confert si q; maxime poterit hoc agere studuerit. Aliquam quoq; de rebus frigidis odorem reddentibus semper odoret: hec Rasis. ¶ Attende secundo q Rasis illic ordinat trociscos valde vtiles contra sitim t ardorem vicēs. Nominatio trociscorum qui calorem extinguunt t sitim sedant t febribus acutis ignitis in vltimitate conferunt. ℞. seminum citrulli t cucurbite aā.ʒ.ß. seminum portulace t lactuce aā.ʒ.2. succi liquiritie puri.ʒ.j. terantur hec omnia t cum succo portulace aut muscilagine psilij conficiantur: ex quibus trociscī parui ad lupinorum similitudinē informentur atq; ex eis dum incedit vnum post vnum in ore teneat trajciatur. Secundum remedium est trimembre. Cuius primum membrum est vitare nutrientia suscitātia sitim: sicut pisces omnes tam salsos q; dulces: t capres in salmuria seruatas: t omnia salsa: marime illa que diu tacuerunt in sale: t dulcia sicut mel t muscadellum: quia cito cholerizantur. Secundum membrum est minuere loquelam: quia multum loqui sauces t linguam desiccat aere calido cum voce emisso t super eis deducto. Tertium membrum est dulciter incedere non impetuose neq; vehementer: ne per hoc anhelitus magnificetur aut frequens aut velox fiat: t aer calidus cum multis fumis emissus guttur t linguam cum palato siccet t sitim adaugeat. Hec t alia Rasis sexto Almansoris ca de amigdalis dulcibus semper odoret: t ex eo parum trajciat. Secundus remedium est epithimare pectus cum muscilagine psilij t succo portulace t similiboꝝ. Ab his enim pectus pulmo t cor refrigerant t humectantur. Anhelitus tēperatur t spirituū resolutio diminuit. Iuxta illud Rasis vbi supra. Pectus quoq; ac ventrem ante itineris inceptionē ex psilij muscilagine aut ex succo portulace cum oleo de cucurbitis t albumine oui mixtis epithimetur.

Be cautela contra calorem in itineribus t quomodo regēdi sunt in horis caloris. Caplm. 3.

e Os etiā nisi ſe

ipsos regant res in suo fine ad hoc perducet q debilitabunt t eorū resoluent virtutes ita q se mouere nō poterūt t supabit sitis: t fortasse sol eorū impediet cerebra. Quapropter studere debēt vt vehemēti cooptura a sole sua tegāt capita. Et silr debēt iter agētes pectora sua custodire ex epithimate tali quale est muscilago psilij t succus portulace. ¶ Iter preterea[b] agentes in calore quādoq; necesse est aliquid comedere anteq̄ eant sicut ius hordei t sirupū de fructibus t reliqua ab eis: qm̄ cū equitāt t in eorū interioribus nihil existit: multū debilitat eos resolutio t nō erit in eis restauratio. Sumere ergo debent ex eo qō diximus aliquātuluz: t deinde morent donec de stomacho descēdat t nō inūdet. ¶ In via[c] preterea deferre debet oleum rosaceum t violaceum ex quo hora post horā in suis dorsis inungantur. Multoruz preterea quibus in via ex calore accidit nocumentū redeūt dispositiones ꝓpter natationē in aqua frigida: verūtamē melius est ne hoc cito fiat: sed parū expectēt deinde ordinate ad ipsaz accedāt. ¶ Qui autē[d] venena timuerit nares t os instita sibi liga

b ¶ Iter ꝓterea ꝛc. ¶ In hac parte secunda dicit primo quandoq; esse necessarium itinerantibus in caloribus aliquid comedere aut bibere antequam itinerent: videlicet in magnis caloribus t debilibus personis: sicut ius hordei: qō hordeū mūdatum vocatur in gallijs: vel bibere vnum haustū sirupi de fructibus quem tracta. sexto summe prime quinti sic describit Princeps. Sumatur succus citoniorum t malorum t pirorum t granatorum musorum t sumach t sorbarum: t decoquantur leui igne donec inspissentur. Si autem vis dulcorare ipsum proijce super ipsum zuccari quantum vis: t bulli ipsum t cola t vtere. Et reliqua ab eis vt sirupum rosatū vel violatum vel orizacarā simplicē: vel sirupū de acetosa. Secunda dat causam huius. Nam resolutio hos vehementer debilitat qui visceribus vacuis equitant in caloribus. Nihil enim quod perdita restauret interius gerunt: vel si quid gerunt id parum est t non sufficit. Tertio concludens dicit. Sumant ergo aliquid ex iam dictis sub modica quātitate vel ex similibus priusq; itinerent. Quarto dicit q post huius sumptionem non statim itinerent: sed quieti maneant donec illud ad fundum stomachi descenderit quatinus in stomacho non inundet itinerando conturbans ipsum. Eadem nos cū pluribus alijs predocuit Rasis. 6. Almanso. ca. 1. dicens. Oportet vt qui magne caliditatis tempore iter agit cibo non sit repletus: nec sit ebrius nec etiam ea hora vinum biberi: nec tamen sit inanitus nec a cibo vel vino omnino vacuus nisi fastidium patiatur. Quod si passus fuerit omnino ab itinere abstinere melius est t quiescere t tandiu dormire donec fastidiuz remoueatur. Quod si fastiditus non fuerit imo appetitus in ipso aliquantulum viguerit: mediocriter cibo reficiatur qui tamen paucitati attineat. Quod si nullo modo comedere desiderauerit t calorem superfluū atq; sitim senserit: triticum fractū cū multa aqua coctū cum zuccaro t aqua frigida bibat. Post cuius haustum non statim eat sed parum moretur: t precipue si multum aque biberit. Si enim statim motus fuerit cibus in stomacho existens de vno latere ad aliud transiens stomachum inflat t male digeritur: hec Rasis.

c ¶ In via preterea ꝛc. ¶ In hac tertia parte dicit primo q itinerantes in magnis caloribus secum deportare debent oleum rosatum t violatum: t cum illis sua inungere dorsa de hora in horam vt nerui t nucha t tota concathenatio spine dorsi prohibeantur ab arefactione ex labore motus t estu superfluo: t vt ab his reprimantur extranei calores his partibus impressi: t vt sua viscositate prohibeatur resolutio superflua tam spirituum q̄ humiditatum naturalium. Talibus vnctionibus vtuntur arabes t indi propter vehementiam caliditatis t siccitatis suarum regionum t suorum corporum. Galli vero non solum refugiunt his inungi: sed plurimi eorum odio habent t abominantur odores oleorum t vnguentorum. Secundo dicit q multi itinerantium quibus calor vie nocuit redeunt ad suas dispositiones naturales balneando se t natando in aqua frigida: tollit enim vel saltem remittit calorem extraneum t ariditatem mēbris impressos a laboribus t estu naturalem calorem t spiritus dispersos congregat t vnit: delectationem non modicam sensibus ingerit: sitim compescit: appetitum cibi prouocat. ¶ Attende primo q aqua in qua natat is qui per calores itinerauit non debet esse vehementis frigoris qualis est illa que trahitur in estate a profundis puteis: sed vlut tepida qualis est in fluuijs expositis soli circa finem dici tempore estiuo. Nam frigus prime aque penetrans ad intima propter vehementem pororum apertionem neruos t viscera non modicum ledit. In secunda aqua que est vlut tepida non ilico natet post iter actum: sed parum expectet donec rarificatio corporis t apertio vehemens pororum parum minuantur: vt aque frigiditas non libere penetret ad intima corporis: postea gradatim t ordinate aquam frigidam intret. Primo imponens pedes deinde coras: postea truncum corporis: vel primo minus frigidam: deinde frigidiorem intret. Iuxta illud Rasis. 6. Almanso. capi. 1. Postq̄ autem is qui iter agere inceperit suum perfecerit iter aliquātuluz prius quiescere t deinde in aqua tepida t dulci balneari debet. ¶ Attende secūdo q corpora carnosa sanguinea munda iuuenilis etatis fortium neruorum t viscerum melius alijs sustinent balneum t natationē in aqua frigida. Sed cholerica rara macra cacochima frequentius leduntur t incurrunt febrem a tali balneo.

d ¶ Qui autem ꝛc. ¶ In hac parte quarta dat quattuor cautelas quibus iter agens in caloribus magnis seipsuz preseruat a venenis aeris de quibus timet. Prima cautela est: q sibi liget os t narem simul insita seu binda de pāno lineo vt aer in eum non habeat amplum t liberum ingressum t toleret laborē in hac ligatura quātum cōmode potest. Secunda est: vt comedat cepas cum lacte fine butyro quod lac acetosum dicitur: seu ebutyratum: t precipue comedat cepas muraba: idest conditas vna nocte infusas in dicto lacte: deinde bibat hoc lac in quo iacuerunt. Iuxta illud Rasis. 6. Almanso. ca. 2. De his etiam que ipsum nocumentum in vltimitate remouent est vt cepe incise in lacte acetoso per vnum diem vel plus iacere permittant. De quibus anteq̄ incedat comedat post quarum acceptionem de lacte illo bibat. Tertia cautela est: q itinerans odoret assidue oleum ros. vel oleum de seminibus cucurbite. Rasis vero dicit vbi supra. Et

oleum ex cucurbitis aut de amigdalis dulcibus semper odoret z ex eis parum trayciat: qua per hec olea confortatur cerebrum z temperantur spiritus animales. Et capitu.1. dicti libri ait. Oleum preterea violatum aut ex cucurbite seminibus aut de floribus salicis factum olfaciat. Quarta cautela est: sorbeat iteracturus oleum ex seminibus cucurbite: quia preseruat hunc a nocumentis vetiens qđ timet presertim ab adustione humorum ex rabiosa caliditate z a clamosa siti z arsura gutturis infrigidans corpus z humectās interiora. Jurta illud Rasis vbi supra. Si qs anteq̃ iter incipiat ex oleo cucurbitarum magnaz sumpserit quantitatem canicularium ab eo remouebitur nocumentum.

a ¶ Cum autez ꝛc. ¶ In hac parte. 5. dat remedia sub.11. regulis contra nocumentū qđ impressit iam venenosus aer itineranti. Prima est: effundat aqua frigida super extremitates vt manus z pedes itinerātis z ex ea lauet facies ei⁹. Jurta id Rasis. 6. Alman. capitu. 3. In aquam etiam suas mittat extremitates z faciem suam ex ea lauet. Per hec enim calor innatus vnitur z virtus vitalis vnificatur z redditur fortior ad repellendū venenū. Te ste Principe primi. 2. doct. 2. sum. 1. ca. 19. dicente. Faciem vero madefacere z super ipsam aquā rotare virtutem viuificat que lassata est a nocumēto z inflāmatione febrium z cum adest syncopis z proprie ex aqua ros. z aceto. z est etiaz cum desiderio medicatur z ipsum erigit. Secunda regula est: sint cibi ipsius olera frigida sicut lactuca portulaca acetosa endiuia. Jurta illud Rasis sexto Almanso. c. 1. Nutrientia etiam omnia quibus vtitur frigiditati z humiditati attineant. Per hec enim plurimum repimitur furia feruoris z venenum vrens vel putrefaciens humores chordie. Tertia est: olea frigida cū succis frigidis effundantur super caput eius: vt oleum ros. vel de salicibus cuz succo vermicularis vel sempernine: quatinus temperent ebullitionem humorū in cerebro z repumant fumos z vapores acutos elatos ad cerebrum z somnum prouocent. Et cum ista fecerint lauetur eis caput cum ptisana vel sero vel aqua decoctionis capitis mutonis: ne pon z future capitis maneant oppilati. Quarta est: vitet coitum: qz vires iam detectas amplius deijcit z inducit necessitatem attractionis aeris plurimi, reddens anhelitum valde frequentem. Quinta est: salsi pisces ei conferunt contra vestigia venenositatis non a qualitate sed a proprietate cum quieuerit qđ habet de siti scilicet z estuatione. Nam ius omnis piscis confert in venenis bibitis z puncturis: vt ait Punc. 2. can. ca. de piscibus. Possunt etiam conferre deficcando humiditates extraneas. Sexta est: vinum temperatum seu limphatum fortiter ei confert: quia est valde spirituosum z vehementer confortat z infrigidat z humectat: vt ait Pun. quarti. 1. trac. 2. c. de cura tertiane. Septima est: lac est sibi cibus melior si febre caruerit z viscera ipsius a putredine munda sint: quia multum nutrit cito digeritur vehementes humectat z sitim tollit. Sed quia de leui vel corrumpitur vel in fumum conuertitur tutius est ei lac acetosum qz lac integrum. Jurta illud Rasis sexto Almanso. ca. 1. Cum autem quieuerit cibo z fructibus infrigidantibus z lacte si nondum febris eum inuasit nutriatur. A qua si lesus fuerit nec lac nec butyruz nec aliquid ex lacte factum attingere presumat: nisi multum sit acre: lac enim acetosum huic non nocet dispositioni. Octaua est: si iter agens talis febrem patitur non putridam sed ephimeram que diurna dicitur: quia durat vnico die bibat doch acetosum. Et per doch intelligit lac sine butyro quod z adoc dicitur. Nam lac huiusmodi. nec cito corrumpitur vel in fumum conuertitur sicut lac integrū z magis refrigerat z dat appetitum z magis compescit sitim: z sua acetositate plus preseruat a putredine. Nona est: cum itinerans post venena. i. vapores z calores venenosos interius susceptos habuerit sitim latet sepe os suum cum aqua frigida: nec de ea bibat ad saturitatem: quia repente moreretur inde propter penetrationem subitam frigoris ad intima principalium membrorum ex apertione superflua viarum: sed sitim mitiget z calorem temperet ablutione oris frequenti cum ipsa. Jurta illud Rasis. 6. Almanso. capi. 2. Cum autem aliquis in itinere sitim patitur vehementem: oportet ne statim aqua satietur cum eam inuenerit: sed ex ea diu colluat os suum z ex ea parum trayciat nec ex ea bibat nisi parum: de qua etiam minus qz poterit sumat paulatim. Post hoc autem ex nutrientibus que nominauimus comedat paulatim z paulatim augmentādo: ex aqua tū non satietur: z quātomagis sitim minutam esse persenserit: potum si voluerit augmentet donec satietur. ¶ Instabit aliquis aduersus hanc regulam ex⁹ dicto Pun. quarti. 1. trac. 4. c. de cura febris pestilentialis. Et aqua frigida plurima subito est iuuatiua valde: pauca autem consequenter exhibita fortasse excitat caliditatem. Dic qđ pestilentiatus in quiete non sic est apertus in vijs z poris sicut itinerans tēpore feruoris: ideo si bibat aquam donec saturetur inde nō ilico transit ad principalia nec incurrit mortē. Decima est: si necessitas bibēdi vehemens affuerit ita vt vti videatur z resolui penitus z virtus deficere: prio bibat modicū: z sco iterū z tertio z qrto z sic ꝓgiter donec rabies sitis pacificet. Et cum quieuerit illud qđ ex siti ei admirtū fuit vt forte incendiū: siccitas fauciū: angustia cordis: casus virtutis: bibat tunc satis: qz tunc virtus iam confortata est z mēbra irrorata z correcta superfluitas aptionis viaz. Undecima est: in tali re debet z toleret laborem in hoc. Debet etiā prius cum lacte absq̃ butyro cepas comedere: z proprie cum cepe in ipso fuerint muraba aut nocte vna infuse comedat cepas z sorbeat lac. Et oportz vt sint cepe anteq̃ in adoc mittantur fortis incisionis. Sitq̃ ꝓterea illud qđ adorat oleū rosaceuz z oleū de seminibus cucurbite. Et sorbeat oleum de seminibus cucurbite: qñ maliciā venenorū remouet quā timet. ¶ Cū aūt venenuz ei nocumentum fecerit sup extremitates ipsius aqua ꝓjciat frigida z facies ea lauet. Sitq̃ eius cibariū ex oleribus frigidis. Et super ipsius caput ex oleis fundatur frigidis sicut oleo rosaceo z ex salicib⁹ z succis frigidis sicut vermicularis succo deinde lauet. Et a coitu sibi caueat. Saliti quoq̃ pisces ei cōferunt cū quieuerit quod habet. Vinum etiaz temperatum ei confert. Lac preterea est ei melior cibus si febrem non habuerit. Et si habuerit febrem que nō sit ex febribus putridis immo ex diurnis bibat doch acetosum. Cūq̃ sitim habuerit post venena succurretur ex colluclamosa siti melius est itineranti priusq̃ aquam bibat bibere oleum ros. aque permixtū vt vnctuositate sua natans in stomacho ꝓhibeat aquā frigidaz subito penetrare z extinguere calorem innatū postea superbibat aquā frigidam.

b ¶ Et ad summum ꝛc. ¶ In hac parte sexta assumat regimen itinerantis per magnos calores sub. 4. preceptis. Primum est: ad summuz. i. summarie loquēdo ille itinerans qđ calor impedit. s. qui a calore vte superfluo calefit resolutur arefit z debilitatur dum venerit ad hospitium māsionem eligat in loco frigido cuius aere refocilletur z tēperetur cor. Secunduz est: qz suos abluat pedes in aq̃ frigida: vt per hoc calor dispersus interius adunetur z virtus viuificet z depulso sensu tristitie sensus ex elationis ingeratur. Tertiuz est: qz si sitierit paulatim bibat aquam frigidaz que sitim compescat: calorem repimat ariditatem prohibeat: choleram refrenet: sanguinem temperet sensum demulceat cordi z pulmoni refrigerium det. Quartum est: qz nutriatur cibis velociter z faciliter digestibilibus qz virtus digestiua est in ipso multum debilis propter disperſionē z resolutionē innati caloris.

¶ Attende qz Punceps in secunda parte cantice canticoruz tractatu primo regimen iter agentis in calore fortis sic recollegit. Iter agens tempore estiuo z calido sic est regēdus scilicet vt prohibeatur ei ne aggrediatur iter suum hora estus z feruoris in meridie. Estq̃ primo minnendus ne supercalefiat ex labore itineris pro tanto extrahatur sanguis ab eo in magna quātitate z sic efficietur securus ab apostemate. Verum si cholera dominetur in eo educatur ab eodem: z sic situs malitia alleuiabitur aut tolletur. Estq̃ ante aggressum itineris succis conuenientibus extinguenda: alias verendum est ne calore ipsius pericu lo exponatur. Et fiat vt comedat aliquātulum ex herbis frigidis z simul z semel saturetur aqua. Et qz quiescat cum poterit nec irascatur fortiter. Et aliquantulū moretur in locis vmbrosis z vitet seu diminuat clamorem z sermonem: necnō etiam bellum z turgium: nec moretur diu in loco nimis calido. Et sumat in potu syrupum ex succo vue acerbe cum succo portulace z aqua. Et si sitiat in meridie teneat in ore suo pillulam vnam ad quantitatem lupini factam ex trociscis camphore. Et si timeat qz eius facies alteretur a sole z qz nigrescat cutis eius dissoluat seu liquefaciat rector eius oleum cuz cera simul iuncta: z presertim in mulieribus: hec Punceps.

¶ De regimine eius qui iter agit in frigore fortis. Capm. 4.

c ¶ Sico qđ iter agere ꝛc. ¶ In hoc capitulo primo agit de periculis z incommodis itinerationis in frigore. Secundo de remedijs contra frigus in via. ibi (Et res quidem melior.) Tertio ex modo se habendi ad calorem in hospitio. ibi (Cūq̃ agens.) Quarto de cibis iter agentium in frigore. ibi (Cūq̃ iter agens.) Quinto ex premunitione cibi z potus iter agentiuz priusquam itinerent. ibi (Oportet preterea.) Sexto ex medicaminibus cōtra frigus. ibi (Asa quoq̃ est.) ¶ In prima parte dicit primo qz multum periculosum est iter agere in forti frigore dato qz itinerans premunitus sit omnibus necessarijs: quanto magis si non his fuerit premunitus. Quod si probat: qz multi itinerantes in forti frigore necessarijs omnibus se premunierunt z debite rexerunt: z nihilominus ex frigore postea mortem incurrerunt. Secūdo dicit qz illos interfecerunt frigus z pruina. Frigus quidē mortificando: pruina vero que vapor est cōgelatus suffocādo z extinguendo calorem innatuz pulmonis z cordis affidue attracta cum aspirato aere. Interfecerunt inquā inducendo spasmuz vel alcuzez. i. tetanum vel cōgelationem ex apoplexiam. Spasmū quidem dum frigore nimio nerui penetrati coguntf retrahi versus suum ortum. Tetanuz vero dū frigore nerui sic irrigidantur vt flecti non possint. Congelationem aūt dum vel posteriot cerebri particula frigore opprimitur vel substantia neruoruz. Interdū enim congelatio dicitur de passione posterioris partis cerebri proueniēte ex frigore vel siccitate nimia: vel ex grosso humore melācholico in qua stat patiens velint congelatus z irrigidatus oculis apertis: z ex passione neruoꝝ. De qua dicit Gal'. 4 morbi cap. 5. Absoluta vero congelatio toti corpori accidit: z maxime pedibus z manibus. Est autem composita ex duritia sensus z motus: sed palaz est causam eius esse frigiditatem aeris z constrictionem neruosorum corpoꝝ. Apoplexiam vero dum frigiditas aeris cerebrum penetrans omnes eius oppilat ventriculos z a toto corpore aufert integre sensum z motum. Tertio dicit qz morientes ex frigore vie moriuntur tali morte quali moriuntur bi qui biberunt opiū vel maudragoram que sunt medicine mortificantes frigore. Accidunt autē huic qui bibit opium stupor extremitatum z frigus earum z pruritus z vertigo z singultus z tenebrositas oculorum z strictura gutturis z anhelitus z offuscatio extremitatuz: z citrinitas labiorum z facici z difficultas sensata z profunditas somni z submersio oculorum. Deinde perducit ad spasmum prefocantem z sudorem frigidum z anhelitum frigidum z moxem: vt ait Punceps quarti. 6. trac. 1. summa. 4. cap. 1. Accidentia vero eius qui bibit mandragoram sunt dispositio sicut lithargia z pruritus z tetanus z surditas: vt ait Punc. ibi cap. 3. Quarto dicit qz si mala dispositio itinerantium in forti frigore non peruenerit

vsqz ad

Universidad de Deusto Biblioteca

vsq; ad mortem plerumq; famē incurrent que bolismus appellatur ⁊ vaccina fames. Et est fames membrorum cum sacietate stomachi. Sunt ergo membra famelica valde ⁊ indigentia nutrimento ⁊ stomachus respuens ipsum sic q; saturatur ex primo bolo q̄z obrem bolismus solet appellari. Et causa eius est malitia complexionis mortificans virtutem sensibilem ⁊ virtutem attractiuam: vt ait ℙrinceps tertij.13.tractatu secundo capitulo decimo quinto. Quinto dicit q; in sequentibus dicetur quid faciendum sit in cura bolismi ⁊ in curis aliarum egritudinum prouenientium ex frigore vie scilicet spasmi tetani congelationis ⁊ apoplexie: dicetur inquam.3. canoñ.in suis propijs capitulis.

¶ Attende q; Raſ. sexto Almanso. capitulo quarto sic' prede scripsit egritudines itinerantium in forti frigore. Quemadmodū ex multo itinere in tempore multi caloris siccitas corporis ⁊ ptisis ⁊ dolor capitis: necnon febres ⁊ his similia accidunt: ita ex itinere in tempore multe frigiditatis alie eueniunt egritudines: quarum est congelatio ⁊ syncopis ⁊ apoplexia ⁊ paralysis ⁊ exolutio ac algezez ⁊ extremitatum putrefactio ⁊ horum similia. ℕ Nec tamen egritudines non accidūt nisi his q; ad has egritudines naturaliter sunt dispositi. ℕ Illis enim quorum complexiones his repugnāt egritudinibus ⁊ quoruz corpora frigori vehementer exponi consueta sunt huiusmodi egritudines non accidunt nisi raro ⁊ cum causa fuerit vehementissima: hec ille.

a ¶ Et res quidem ⁊c.

¶ In hac secūda parte dat tres cautelas itineraturis in frigore quibus se protegant a nocumentis frigoris. ℙrima est q; claudant eorum poros qui sunt in superficie corporis disseminati: vel inuiscando corpus cum pice vel inuiscando cū terebinthina vel cum glutine communi vel habeant iuponem optime eis iunctū de pellibus densis impenetrabilibus a vento a frigore. Secunda est: q; claudant os ⁊ nares ⁊ sic eas caute custodiant q; ventus ⁊ aer nō habeant in eas liberum ingressum; vel circūligando naribus ⁊ ori cornetam capucij: vel subleuando partem inferiorem capucij informati que sub mento iacet vsq; supra nasum: vel tenendo cum manu ante os ⁊ nares peciaz scarleti vel pēne calide vulpine aut agnine. Tertia est: q; custodiant extrema .ſ. manus ⁊ pedes brachia ⁊ crura sicut dicetur in capi. sequenti. Secundam cautelam sic innuit Rasis sexto Almanso.capi.4. Faciem etiam fortiter subtili pāno cooperiat: ⁊ precipue si sue faciei obuius perflauerit ventus. Ab his autem ille precipue custodiendus est qui in pectore asperitatem sentit vel tussim patitur: vel eius pulmo aut pectus debilis est. Ni enim si aerem attraxerint frigidum ad tussim vel sanguinem spuendum cito perueniet.

b ¶ Cūq; agens ⁊c. ¶ In hac parte tertia dicit primo q; cum itinerans in frigore ad hospitium peruenit: non debet se statim calefacere ⁊ exponere igni de prope: immo paulatim cum debito ordine accedat ad paruum ignem: ⁊ non cito ad fortem. Et si per seipsum calefieri posset calore proprio prevnito ad exteriora redeunte melius esset. ¶ Contra: dicit ℍyppo.apho.5. Quecūq; infrigidata sunt recalefacere oportet: exceptis quibus sanguinem manare futurum est. Dic id verum esse per se vel per aliud si natura non sufficiat: sed cum per se calefit infrigidatus non aduenit dolor: quia paulatim fit ⁊ per naturam: neq; superflue rarificatur ⁊ tenerior fit aduersus frigora sicut cum calefit igneo calore: tunc enim dolore vehementi quatitur si subito fiat ⁊ multo tenerior passibilior ⁊ penetrabilior a frigore fit per igneuz calorem rarificatus. Iurta illud Rasis sexto Almanso.cap.4. ℕ Nec autem non statim post itineris perfectionem ⁊ quietez ad ignem se calefacere nec balneum intrare nec dormire debet: sed per vnam horam locum calidum in quo sit ignis a longe circueat. Deinde vero igni paulatim appropinquare incipiat ordinem seruando. Secundo dicit q; si vehementer necessarium fuerit itineranti se calefacere: quia scilicet sentit sua membra stupida ⁊ veluti mortua: tunc paulatim se calefaciat cum gradatione se igni approximans. Aliter possent aliqua ex mēbris mortificata putrefieri. Iurta illud Gal. secundo de interi.cap.2. Ego cognoui homes quorum calcanei nimia frigiditate infrigidati sunt ⁊ sensum amiserunt: postea ducti fuerunt in stuporem veluti si mortui essent ⁊ putrefacti sunt. Tertio dicit q; is itinerantium conuenientius separatur ab igne ⁊ prohibetur ab approximatione eius qui statiz rediturus est ad itinerandum: quia si se calefaceret igni approximans rarificaretur ⁊ tenerior fieret ac passibilior a frigore vie. ℕ Hoc tamen intellige cum frigus se separantis a calore non ad hoc peruenit vt itinerantem debilitet ⁊ deijciat eius fortitudinē. ℕ Hoc enim dato conuenit vt calefiat priusq; iterum itineret. Quarto dicit q; si congelatio operetur. i. augendo procedat in humoribus ⁊ membris itinerantis oportet vt se festinet calefacere ⁊ inungere seu linire cum calidis oleis: precipue cum illis in quibus est proprietas tyriacalis. i. virtus conferens a proprietate cōtra frigus pernecans ⁊ venena frigida ad instar tyriace: sicut oleum de lilio.

¶ Attende q; Rasis. 6. Almanso. ca. 5. sub quinq; regulis dat regimen eius cui congelatio ex frigore accidit. ℙrima est: cui congelatio ex frigore accidit de quo nondū sit desperandū preparandus est ei locus calefactus igne qui ventis non sit expositus in quo cū fuerit fortiter ⁊ cito calidissimis manibus est fricandus: qō ideo fieri cōuenit vt totū corpus simul calefiat capite excepto: qō pānis calefactis opz calefieri. Scōa est: cum aūt totum corpus fricatū fuerit hoies corpora calida ⁊ lenia habētes in eius lecto iacere debēt quorū corpora ipsius corpus tāgere ⁊ q̄z marime ventrē ⁊ costas ⁊ pectus cōuenit. Tertia est: ei postea paruz ex oleis calefacientibus: ⁊ ꝑprie illis in quibus tyriace ꝑprietas existit: sicut oleū de lilio. ¶ Cūq; iter agens in frigore hospitatus fuerit ⁊ fuerit famelicus ⁊ rez comederit calidam: accidet ei calor sicut ex febre mirabilis. Iter agētes preterea nutrientia habeant que rem frigoris eis facilem faciant. Et hec quidem sunt nutriē tia in quibus multum ponuntur allia ⁊ nuces ⁊ sinapis ⁊ asa. Et est cum in eis mittuntur cepe vt boni sint saporis cōdite cum allijs ⁊ nucibus. Butyruz quoq; est eis bonum ⁊ ꝑprie cū post ipsum forte hauserint vinū. ¶ Opz[d] ꝓterea vt iter agēs in frigore non ambulet dum est vacuus: imo impleatur nutrientibus. Et vinuz loco aque bibat ⁊ mozet donec istud in suo ventre quiescat ⁊ calefiat ⁊ postea equitet. ¶ Asa quoq;[e] est ex eis que in frigore cōgelatū calefaciūt: ⁊ ꝑprie cū ipsa in vino ei ad potandū datur: cuius integra dosis est.3.j. asse ⁊ vinili.j. Amplius iter agētes in frigore habēt vnde fiat epithima qō corū muniat corpora ne a frigore patiant ex quibus est pix ⁊ alia ab ea. Allia quoq; sunt ex rebus eis vtiliorib[9] qui ab aere veniunt frigido.

ase fetide myrrhe ⁊ piperis cū vino forti necnon aqua carnis dari dz. Quarta est postq; eius anhelitus aliquātulum reuersus fuerit nutriat tasea alba: vinum quoq; in magna quātitate ei detur atq; lectus mollis ei preparet in quo multis cooperiatur pānis ⁊ vt diu dormiat precipiat. Quinta est: postq; exp ergefactus fuerit ⁊ cōualescere incepe rit balneuz ingrediat calidū: in quo longam faciēs moram multuz fricet: atq; ex oleo liliaceo vel narcisci no vel quibus costus ⁊ castorei ⁊ muschus ⁊ euforbiū admixta fuerint inungatur: hec Raſ.

c ¶ Cumq; iter ⁊c. ¶ In hac parte. 4. dicit primo q; itinerans in frigore forti si postq; venit ad hospitiū sanē habeat fortem ⁊ cibum comederit vehemēter calidū vt piperata ⁊ alliata: sic tim calefiat calore mirabili veluti febricitās: qz innatus calor per frigus extrinsecū vehemēter intus coadunatus ē: ⁊ fames attrahit cholericos humores vel sue stomachū ⁊ stomachus fames cēs cibū calidum datū cō plectit auide: quare inflāmat. Expedit igitur in tali casu q; preferant cibi tēperati vel remisse frigidi donec calor intus nimis adunatus diffundi incipiat ad exteriora: fames quoq; minui. Secūdo dicit q; itinerātes in forti frigore preterq̄z in dicto casu nutrientia habeant que frigus repellant ⁊ tollerantiam frigoris eis facilez faciant. Cuiusmodi sunt volatilia electa vt capones faseani perdices: carnes mutonis vituli vel hedi cum plurimis alijs nucibus sinapi vel asa parate. Quibus interdum permiscentur cepe cum allijs simul ⁊ nucibus condite gratia saporis delectabilioris. Asa vero in cibis non vtuntur galli nostri tēporis: q; fetida est: ⁊ cibis immixta reddit eos ipsis abhominabiles. Tertio dicit q; butyrū cōuenit eis: maxime quando post ipsum forte vinum biberint: q; mediocriter calefacit pectoralia ⁊ ventrem lenit: ⁊ a canino desiderio ac bolismo preseruat. Ista prelaudauit Raſ. 6. Almā. c. 4. dicēs. Ea vero que cū aliquis in tempore vehementis frigoris ambulaturus est comedere debet: sunt cibaria cū nucibus ⁊ allijs facta aut cepe aut butyrum aut allia. ℕ Nuces etiam proficiendi ad hoc vehementē proprietatem habent: totum nāq; corpus calefaciunt: ⁊ calorem naturalem couq; augmentant donec per totum corpus diffundatur.

d ¶ Oportet preterea ⁊c. ¶ In hac parte quinta dat tres cautelas prius exequēdas q̄z iter agens in frigore se vie exponat. ℙrima est: q; se cibo repleat priusq̄z itineret: nec vnquam ieiunus vel ventre vacuo se vie exponat: quia dum plenus est ⁊ cibo munitus sanguis ⁊ spiritus abunde transeunt ad exteriora quibus resistunt occurrenti frigori: sed viscera vacua hos retinent auide parum vel nihil membris delegantes exterioribus: quare facilius frigore vincuntur ⁊ mortificantur. Secunda est: q; bibat vinum vinosum loco potus aque: calefacit enim cito totum corpus ⁊ est sanguificum ⁊ plus omni alio potu confortans ⁊ spiritus. Tertia est: q; iter acturus domi maneat donec descenderint ⁊ quieuerint cibus ⁊ potus in fundo stomachi ne sursum natantes ⁊ os stomachi motu titillantes contuebent ipsum prouocantes vomitū. Eorūdem meminit Rasis. 6. Alman. c. 4. dicens. Dicemus igitur q; si quez in vehementis frigoris tempore intendere oportuerit cibis prius repleri ⁊ vini magnam quātitatez bibere ⁊ tūc: post quorum acceptionem aliquātisper abstineat ab itinere donec cibus calefiat ⁊ motio que in corpore facta fuerit sedetur.

e ¶ Asa quoq; ⁊c. ¶ In hac parte sexta dat tria genera remediorū contra frigus vie. ℙrimum est: asa fetida calefaciēs potenter in frigore gelatos precipue cum vino bibita. Cuius dosis est.3.j. asse cum lib.j. vini. Iurta illud Rasis sexto Almanso. capitu. 4. Asa qnoq; fetida similiter operatur: scilz calorem per totuz corpus diffundit si dragma vna ex ea cum fortis vini libra vna: vel cum hydromelle sumpta fuerit: piper etiam si ex eo multū imponatur cibo vel cum hydromelle bibat eiusdē iuuaminis est. Cepe preterea crude ⁊ porri ad idē conferunt.

¶ Attende q; asa est gūmi cuiusdā plante dicte almaruth. Et est duarum specierum: quarū vna est fetida ⁊ altera odorifera. Sed calidior earūm est fetida: ⁊ est vehementis exiccationis ⁊ igneitatis in se tota incidit ⁊ resōluit sanguinez congelatum in ventre: vt ait ℙrinceps. 2. huius cap. de ea. Scōm genus remedij est epithyma vel inunctio vel emplastratio aliq̄ desoris adhibita ꝑmuniens corpus aduersus frigus tam suo calore q̄z potorum clausione: vt pix inuiscata cuti vel terebinthina vel resina aut viscus. Et id adhibendum est ante itinerationez. Tertium est alium comestum ⁊ ante iter ⁊ post: hoc etiaz epithymatum: ipsum nāq; est de rebus conuenientionibus illis qui veniunt ab aere frigido vel qui ad eum vadunt. Iurta illud Metricum. Allia que mane ieiuno sumpserit horze. ℕ Nunc ignotarum non ledit potus aquarum. ℕ Nec diuersorum mutatio facta locorum.

Universidad de Diego Portales Biblioteca

¶De custodiendis extremitatibus a frigore. Capm.5.

a i Ter agens ⁊c. ¶In hoc cap.primo agit de fricationibus oleis ⁊ epithimatibus preseruatibus itinerantis extremitates a nocumento frigous. Secundo dat cautelã circa subsellares ⁊ calciamenta. ibi (Et non opz.) Tertio dat signa inceptionis destructionis sensus membrũ vel pedum cũ modis cure eius. ibi (Cum autem manus.) Quarto dat cautelaz cõtra suspẽtionẽ ⁊ quietez extremitatum in frigore. ibi (Et scito.) Quinto agit de impositione extremitatum in aqua frigida qua quidam vsi sunt ⁊ senserũt vtilitatẽ. ibi (Sunt preterea.) Sexto de remediis cõtra offuscationez alicuius extremitatũ a frigore. ibi (Cum autem vna.) Septimo de remediis cum aliqua extremitatũ iam ex frigore pertenit ad nigredinem. ibi (Cũq; res.) ¶In prima parte dicit primo q̃ itinerans in primis fricare debet suas extremitates quousq; calefiant. Per hãc. n. frictionẽ sanguis ⁊ spũs ad exteriora trahunt quos impulerat frigus ad interiora: ⁊ extrema infrigidata motu fricatiõis calefiũt. Idem docuit Rasis. 6. Almans. c. 7. dicens. Pedum digiti pus manibus absq; vllo ligre vehementer sunt fricandi. Secundo dicit q̃ post dictaz frictionẽ extremitatũ cuz manu ipse inũgende sunt ex aliquo oleo calido bene redolenti siue aromatico quale est oleum de lilio ⁊ oleum de ben: qõ multi moderni muscelinũ vocant. Sed per oleum de lilio intellige hic oleum de lilio celesti qõ est yreos. Idem docuit Rasis vbi supra dicens. Deinceps vero ex oleo veteri inungendo fricatio facienda est. Post pãnis cooperiendi sunt digiti pedum inter ipsos ⁊ sub ipsis ⁊ super ipsos interponendo pãnos: sub pectine autez toto pedis ⁊ super ipsum lana mollis mittenda est. Deinde aũt caligis subtilibus ⁊ mollibus calciandi. Iteruz paulo post dicit. De his quoq; quibus extremitates fricate nocumentum ex frigore aduenteno repellunt sunt olea calida sicut sambacinum ⁊ oleum de ben ⁊ liliaceum ⁊ laurinum. Tertio dicit q̃ miseos est epithima conueniens extremitatibus infrigidatis. Et est vitreoluni rubeum qõ ⁊ zagum dicitur ⁊ etiam zegi. Et est minus mordicatiuz ceteris attramentis: vt ait Pain. 1. huius. ca. de attramento vocans hoc assurie. Et si miseos non habeant ad epithimandũ sumat oleum vetus: maxime cum sibi fuerit admixtum piper aut piretrũ aut euforbium vel asa fetida vel castoreum. Tunc enim fortiter calefacit extrema calefactione subtili multum penetratiua. Quarto dicit q̃ galbanum ⁊ allia sunt ex epithimatibus vehementer protegentibus extremitates a frigore dum trita vel dissoluta cum vino forti maturo superponuntur eis: assecurãt enim eas a nocumẽto frigoris. Idem facit alkitran. i. pix cedrina seu gũmi cedri principatum obtinẽs in hoc iuuamine. Juxta illud Raf. vbi supra. Alkitran vero vehemẽtius operat in hoc q̃z supradictorum aliq̃d. Ipsuz enim non solum frigus extremitates destruere non permittit: verum etiã ne id qõ cepit destrui putrefiat prohibet: q̃ ⁊ se calefacit ⁊ calorem innatum ad membrũ trahit cui superponitur ⁊ attractum illic retinet.

b ¶Et nõ oportet ⁊c. ¶In hac. 2. parte primo instruit itinerantẽ in frigore ne strictos habeat subsellares ⁊ sotulares quibus pedes cooperiunt: ita vt in eis pedes moueri non possint. Et per subsellares intellige strepas vel ocreas que subsellares dicunt: q̃ equitando sub sellis equorũ pendent. Et dat duas causas. Prima est q̃ motus extremitatũ est vna ex rebus que prohibẽt eas a frigore nocẽte: q̃ quisq; motus est calefactiuus. Sotulares igit non finentes in eis moueri pedes ob nimiã stricturam in frigore nocent. Scõa est: q̃ membrũ suffocatuz vz illud qõ fortiter stringitur ita vt nec sanguis nec spiritus ad ipsum libere accedat: ⁊ qui prefuit in hoc suffocat nõ habẽs respiraculũ duriter inuenit frigus. i. aspere ⁊ vehemẽter a frigore ledit: ⁊ q̃z in tantũ q̃ mortificatur ⁊ corrũpit putredine cadauerali que dicitur estiomenus ⁊ a vulgo morbus sancti Antonii: sicut interdum fit in membris fractis dum restaurata strictissime liganf. Scõo dicit q̃ cum pedes iter agẽtiũ in frigore cooperiunt pergameno sub quo libere se plicant ⁊ extẽdũt ⁊ aliqd eis calidũ superponit qõ protegit eos a duris occurrentibus ⁊ nihil eis superponitur nisi dictum pergamenum hoc magis custodit eos ⁊ preseruat a frigore q̃z calcei duri rudes in quibus vir mouetur. Rasis vero. 6. Almanso. c. 7. cauere iubet ne sotulares itinerantis in frigore madefiant dicẽs. Quod si factis sotularibus se calciauerit summopere cauere debet ne sotulares madefiant aut ex aliqua re sibi accidente humectentur.

c ¶Cum aũt ⁊c. ¶In hac parte. 3. primo dat signa inceptionis destructionis sensus membri ⁊ mortificationis eius ex frigore. Secundo dat curam dum frigus iam extinguit caloꝛẽ innatũ ⁊ putrefactioni coaptauit membrum. ibi (Quod si frigus.) Tertio dum frigus membrum impedit sed nondum extinguit innatũ calorem nec plene aptauit membrum putredini. ibi (Sed cum frigus.) ¶In prima partic. primo assignat duo signa quibus scit q̃ membrum infrigidatuz est in via pditionis sensus tactus: ⁊ q̃ opatio frigoris in eo pualuit vel pualere incipit mortificare ipsum. Primũ est: cum pes vel manus vel membrũ aliud vehementi frigori expositum non sentit frigus qõ presentiebat: ⁊ tñ nec frigus illius membri nec frigus aeris sibi occurrẽtis est in quoq; diminutũ. Secundum est: dum nõ curat nec sollicitat ille cuius membrũ infrigidatũ est quomodo coperiet ipsum vel taliter reget q̃ nõ infrigidet: q̃ non sentit ex infrigidatione dolorem qui ipsum cõpellat ad occurrendum ei. Simile huius inuit Hypo apho. 2. apho. 6. dicẽs. Quicũq; volentes aliquid corporis plurimũ doloꝛem nõ sentiũt his mens egrotat. Et Rasis. 6. Almans. c. 7. ait. Diator preterea sibi cauere debet ne fatiz pati nitatur aut frigus ex quo extrema ledantur. Fortassis enim ex hoc cito corrũpent. Huius aũt signum est q̃ frigus qõ ei nocebat iam minui sentit: ⁊ eorũ operimentũ non fit mutatũ nec augmentatum nec ab aere sit remotũ frigus. Hoc enim tunc nõ euenit nisi ex sensus minoratione. Scõo dicit: nunc ergo. s. cum talia signa destructionis sensus apparent in aliqua extremitatum debemus excogitare qd in ipsa faciendum sit ⁊ attẽte prouidere pñsq; putrescat ⁊ mortificetur.

¶Quod si ⁊c. ¶In. 2. dicit q̃ quandoq; necessariuz est in membro frigore mortificato totum illud facere qõ infra dicet. c. de vlceribus: ⁊ pprie de herpetibus estiomenis malis. s. quarti. 3. tract. 1. ca. de cura cancrenarũ ⁊ estiomeni. Et illud est qñ frigus opabit ⁊ dominabit in membro illo ⁊ qñ extinxerit calorẽ naturalẽ qui perat in eo ⁊ qñ cõstrinxerit i substãtia illi⁹ membri vapores ⁊ fumos q̃ pus ab eo resolui solebant ⁊ qñ aptauerit ad putrefactionẽ membrũ qõ mortificauit. Tunc enim conuenit vt scapellationem profundam faciat diuersoꝛũ modorum in locis ⁊ ponas sanguisugas ⁊ flegmones venas proximas ei paruas: vt accipiatur sanguis malus cum cautela eius qõ circundat locũ: sicut cum epithymatibus de bolo armeno ⁊ terra sigillata cum aceto. Et ponat super ipsum locum scapellatum quod prohibeat putrefactionem: ⁊ sit ei contrarium de illis quibus inest profundatio fortior: sicut farina orobi cum sirupo acetoso: aut farina fabarum ⁊ propie permixta cum sale: vt ait Pain. c. nunc. d.

¶Sed cum ⁊c.) ¶In tertia partic. dat. 4. consilia principalia dum frigus impedit membrum aliquod viatoris: ⁊ membrum illud nonduz computruit sed in illo processu consistit: vz in via ad putrefactionem. Primum est: q̃ extremitates nimis infrigiditate sint manus aut pedes ponantur in aliqua octo aquarum hic nominatarum mediocriter calida actu. Prima est aqua napoꝛum seu raparuz que vapores ⁊ fumos a frigore constrictos dulciter resoluit ⁊ doloꝛẽ lenit. Unde de ea scripsit Sera. in aggre. c. de rapa. Et qñ decoctio eius infunditur super podagram ⁊ super scissuras que fiunt a frigore: confert eis. Scõa est aqua decoctionis ficuũ que nimis constricta per frigus laxat ⁊ resoluit fumos ac vapores malos per virtutem lacticinij qõ in ficubus latens in aquã resoluitur per decoctionem. Tertia est aqua caulium que nitrosa est abstersiua ⁊ resolutiua. Quarta est aqua myrti que deficcat humiditates que sunt sub cute: vt ait Pain. 2. huius. c. de myrto. ⁊ prohibet membruz a putrefactione. Quinta est aqua anneti que frigus tollit poros aperit: ⁊ dulciter resoluit. Sexta ẽ aqua camomille que similia agit: ⁊ totum hoc ad superponendum est conueniens. i. omnes aque dicte ⁊ decocta in eis sunt conuenientes ad superponenduz membro infrigidato: de quibus omnibus nullum est frigidum nisi myrtus in qua etiam est caliditas subtilis: vt ait Pain. 2. huius ca. de ea. Septima est aqua sceb: que resoluit incidit ⁊ confortat membrum sua stipticitate ⁊ prohibet herpetem estiomenuz: vt scribit Pain. 2. cañ. cap. de sceba. Et est sceba species absinthij vt patet in Serapione. c. de absinthio. sed in synonimis huius libri dicitur q̃ est sticados arabicum. Octaua est aqua naamen seu nemen: de quo scribitur. 2 huius. c. de nemen: q̃ est zinzibrium ⁊ q̃ est calidum ⁊ siccum in secundo gradu resistens putrefactionibus. Et Janueñ. in synonimis ait. Nemen arabice exposuit vbiq; trãslator Auicẽne q̃ est zinzibriũ: veritas autem est q̃ ipsum est serpillum. Unde capitulum de nemen in Auicẽñ. cum capitulo de serpillo apud diascoꝛidem: ⁊ videbis q̃ idem dicunt: quod etiã per Serapionem apparet. Simile fere consilium de impositione extremitatum infrigidatarum in quibusdam aquis dedit Rasis. 6. Almanso. ca. 7. dicens. Si autem acciderit pedes inflari ⁊ eorum sensus minui adhuc curari poterunt nisi vires ⁊ nigri fiant si in aqua mittantur in qua frumenti palea cocta fuerit: aut in qua napi vel caules bullierint aut anetũ aut camomilla aut sticados arabicum: aut nemen aut maiorana aut melilotum aut semen lini aut senugrecum: vnumquodq; separatim aut omnia simul: hec ille. Secundum consilium est: q̃ emplastrum ex napis contritis cum melle tanq̃ huic casui conueniens ⁊ aptuz membro congelato superponatur quod lenit ⁊ mulcet eius duricies ⁊ compressionem a frigore illatam. Tertium est q̃ pars congelata nõ approximetur igni: q̃ calor eius extraneus fortis ingerit doloꝛem ⁊ adaptat eam putrefactioni sicut facit ignis in gelatis fructibus. Quartum consilium est quadrimembre: cuius primum membruz est q̃ exerceat pars impedita congelatione: que si fuerit pes velociter incedat: si vero manus eam sepe moueat. Secundum est: q̃ fricetur diligenter cum manu calida pars incipiens gelari: quatinus frictione pars

constricta

Universidad de Sevilla

constricta dilatetur: post eius aperiantur: superfluitates retente educantur: z ad ea spiritus z sanguis trahatur cooperante ad hec exercitio precedente. Certum est q manus vel pes post hec inungat oleo liliaceo vel laurino vel camomilino pro confortatione dilatatione z tēperata calefactione partis lese. Quartum est q embrocef pars congelata vel congelari incipiens effundendo ab alto super hanc aquam calidam cum eo qđ dictum est. s. in qua decocta fuerit aliqua ex medicinis nomiatis in octo aquis primi ꝑsilij ad easdem intentiones.

a ¶ Et scito zc. ¶ In hac parte quarta dicit q vna de maioribus causis superflue infrigidationis extremitatuz in via est dimittere extremitates suspensas z quietas in frigore taliter vt non moueantur ꝓprijs motibus nec exercentur. Cuius rei signa sunt q egrantes tempore fortis frigoris dum pedes extrahūt a strepis in quibus suspēsi quiescebant z agitant eos hincinde mouētes cito calefiūt. Et peditātes in aere frigido dum brachia z manus fortiter deducunt suę latera fortiter percutiē do calefiunt statim z vehementiam frigoris repellūt quia motus quisq; localis confricatiuꝰ est calefactiuꝰ z quādoq; intātū q ignis exilit a confricatione: sicut clare apparet ex fusilibꝰ lapide percussis. Id meminit Rasis. 6. Almā. c. 7. dicens. Nihil est deterius in ablatione citi nocumenti frigoris qz vt pedes sint suspensi.

b ¶ Sunt preterea zc. ¶ In hac parte. 5. tāgit quēdam modum prima facie extraneum quo quidam curant congelationem alicuius extremitatuz declarans ipsius possibilitatem z apparentiam per simile inuentum in gelatis fructibus. Et dicit primo q aliqui ponunt extremitates iam congelatas a frigore aeris in aquam frigidam magnum inde sentientes iuuamentū ac si penitus ab his nocumentum frigoris remoueretur. Secundo declarans id exemplo dicit: q per talem modum vtilitas accidit z melioratio congelatis fructibus: qui cum proijciuntur in aquam frigidaz ad naturam redeunt z fiunt ac si extraheretur ab his sua congelatio z ipsa revera cito defluit z elabitur ab his. Et ipsi fructus qui prius erant asperi rugosi cōgelatione lenes z equales seu plani fiunt in superficie. Et si ea. s. extrema iam congelata vel eos etiam fructus congelatos igni applicueris corrumpentur calore ignis. Tertio dicit q non est necessarium medico scire quomodo fit illud seu propter quam causam: scito enim q ita est q extremitates congelate frigore iuuantur: scit ilico quid agere debeat dato q ignoret propter quid iuuantur aqua frigida. ¶ Et circa hoc attende q sicut tetanus qui est morbus frigidus quandoq; sanatur multa aque frigide infusione. Iuxta illud Hyppo. aphorismorum. 5. apho. 22. Est autem vbi in tetano sine vulnere in iuuene bene carnoso estate media aque frigide multa infusio caloris reuocationem facit: calor vero hoc liberat. Sic aque frigide infusio sanare potest extremitates congelatas z meliorare congelatos fructus vniendo scilicet z fortificando calorem innatum qui postea rediens ad membrum gelatum vel fructum gelatuz vivificat ipsum depellens frigus quo congelabatur. In hoc tamen casu prerequiritur sanitas interiorum cum fortitudine caloris innati redire potentis cū magno vigore ad exteriora. ¶ Sed instabit aliquis primo quia q congelatio frigore curetur repugnare videtur illi principio practice medicinalis. Omnis cura fit per contrarium. Secundo frigus aeri non sanat: immo inducit congelationem in extremis: ergo nec frigus aque. ¶ Ad primum dic q congelatio non proprie z per se frigore sanatur: sed calore fortificato per frigus. ¶ Ad secundum dic q frigus aeris est penetrantius qz sit frigus aque tam per anhelitum qz per poros corporis: quare plus congelat z minus finit calorem interius fortificari: nec extremitates iam congelate per frigus aeris impellende sunt in aqua frigida donec corpus fuerit in domo calida z per os trahxerit aerem calidum cum inspiratione.

c ¶ Cum autem zc. ¶ In hac parte. 6. dat tria remedia contra mortificationē alicuius extremitatum cum iam offuscari aut liuescere incipit z declinare ad plumbeum colorem. Primum est scalpellare vel scarificare satis profunde membrum quod offuscari incipit incidendo pluribus incisionibus cutem eius cum rasorio vel lanceola: quatinus sanguis corruptus a membro illo extrahatur ne putrefaciat ipsum: z vt liberius effluat ab eo corruptus sanguis z nil de eo congeletur in orificijs plagarum sic q egredi non possit: ponatur hoc membruz sic scarificatuz in aqua calida que teneat poros apertos z plagas apertas: z dimittatur sanguis effluere donec restringatur per semetipsum. Secunduz est q pars offuscari incipiens sic scarificata epithymetur ex bolo armeno z aceto permixtis temperate caliditatis: vel temperatis cum aqua: quoniam hoc removet ei lesionem tollendo ab ea calorem extraneum z siccando humiditates putrefactiuas z preseruando eam a putredine cadauerali: que simul faciunt bolus z acetum suis frigiditate z siccitate: propterea valde laudantur in peste. Tertium est alkitran. i. cedrina pix seu gūmi cedri quod huic confert casui tam in principio qz in fine. In principio quidem preseruando extrema a congelatione. In fine vero protegendo membrum q offuscari incipit a putrefactione. Hec prememinit Rasis. 6. Almansoris. c. 7. dicens. Viridis autem vel nigri si fiant pedes cito sunt scarpellandi z adeo profunde vt ad carnem perueniant: z sanguis fluere ab eis permittatur donec per se restringatur. Ipsi quoq; interiz in aqua calida sint: qđ ideo fit ne in ore venarum aut in vulneribus sanguis congeletur z exire prohibeatur. Postq; autē sanguis restrictus fuerit z eius minuitur fluxus epithyma de bolo armeno in aqua z pauco aceto dissoluto supponēdū est z ibi per dię vnū z nocte dimittendum. Deinde ex vino calefacto aut ex aqua z aceto lauandum.

Post hoc quoq; similiter bis vel ter epithymāduz z ad vltimū predicto epithymate eo vsq; vtendum donec loca denigrata videas iam esse facta dura z frigida. Alkitran vo vehementius operat in hoc qz supradictoz aliquod: ipsuz enim non solum frigus extremitates destruere non permittit: verum etiam ne id qđ cepit destrui putrefiat prohibet: hec ille.

d ¶ Cuq; res zc. ¶ In hac parte septima dicit primo q cuz res idest pars frigore mortificata vel dispositio ipsius intantum processerit q peruenerit ad nigredinem vel viriditatem z consequetur idest plene adepta fuerit ipsam nigredinem parte illa continue procedente ad deteriꝰ ꝑm putrefactionem non est laborandum nisi ad ablationem huius quod putrefactum est ne eius contagio pars prima putrefiat z putrefactio paulatim ad interiora ꝓcedat: sed faciat illud qđ in suo diximus capitulo.

¶ De facie custodienda z epithymanda in itineribus. Cap. 6m.

f **Acies est** epithymāda ex rebus viscosis in qbus existit cōglutinatio: sicut mucilagine psilij z mucilagie pertulace: z sicut dragaganto in aq̄ resoluto: z sicut gūmi arabico in aqua resoluto: z sicut albumine oui: z sicut torrellis de simila in aqua resolutis z trociscis quos carit. ā no meno z aceto temperatis: quoniam hoc eius remouet lesionez. Alkitran quoq; in principio z fine iuuamētuz ꝓbet. ¶ Cuq; d res ad nigredinē transierit aut viriditatē z consequenꝫ ipsaz ipsa ꝑm putrefactionē ꝓcedente nō laboret nisi vt auferat illud qđ computruit: ne etiā sanum qđ in eius consistit vicinitate putrefiat z putrefactio paulatim ad interiora ꝓcedat: sed faciat illud qđ in suo diximus capitulo.

¶ De facie custodienda z epithymanda in itineribus. Cap. 6m.

e **Acies est epithymanda zc.** ¶ In ħ capitulo primo agit de epithymatibus custodientibus faciem in itinere. Secūdo remittit nos ad sequentia super remedijs fissurarū eius. ibi (Cum autez.)

¶ In prima parte primo dat remedium generale q facies epithymek quibusdam viscosis z glutinosis. Consequenter dat septem remedia specialia quibꝰ custoditur facies in via ab alteratione coloris ex sole z ventis. Primum est q facies liniatur cum mucilagine psilij que tenet cutem humidam: z suis viscositate z adherentia claudit poros cutis prohibens in eos subintrare libere calorem solis z adurere humores qui sunt sub cute denigrando cutem. Secundum est linire faciem cum mucilagine seminis pertulace que suis frigiditate z humiditate intensis multum resistit caloribus solis: z viscositate sua poros tenet clausos ne libere subintret estuosus aer. Tertium est gummi dragaganti dissolutuz in aqua: deinde linitum super faciem. Quartum est gummi arabicum similiter dissolutum in aqua z linitum. Quintum est albumen oui crudum super faciem linitum. Sextum est torrelle de simila vel farina tritici dissolute in aqua z linite super faciem. Septimuz est trociscī quos caritan medicus descripsit z nominarit vice quoruz. Recipe farine frumenti: gummi arabici: dragaganti: ana vnciam mediam incorporentur cum tantillo mucilaginis: seminis lini: z formentur trociscī ad quantitatem vnius lupini magni: quorum vnus qualibet vice dissoluatur in aqua: z facies itinerantis liniatur inde. ¶ Attende primo q Princeps quarti septima tractatu secundo fecit capi. de conseruatione cutis a sole z vento z frigore: vbi ait. Oportet vt liniatur cum albumine oui: aut cum aqua gummi: aut cum cera: aut sumatur grossum simile idest farine infuse in aqua colata: z misceatur cum equali mensura albuminis oui z inungatur cum eo facies. ¶ Attende secundo q hanc materiam pertractat Rasis. 6. Almansoris capitulo de prohibitione mutationis coloris que fit in facie a vento vel sole sub quinqz regulis. Prima est: ex horuz numero est vmbram facere cū capello: scilicet vel aliquo tali: z faciez ex pāno cooperire. Secunda est: si id fieri non poterit sumatur dragagantū z amilum z gūmi arabicū z psilij mucilago z seminis citoniorum z cum albumine oui aut cum succo pertulace misceantur z facies in itinere epithymetur: cum autē quieverit lauetur. Et si hoc fiat aut ex vno per se aut ex omnibus simul ad hoc valebit. Tertia est: ad hoc etiam confert torrellas in aquaz diffundere donec dissoluantur: ex quibus facies epithymetur cum albumine oui z dragagāto. Quarta est: si faciei color mutatus fuerit epithymandus erit ex ceroto qđ fit ex cera z oleo: que ad solem per omnes dies cani-

Universidad de Sevilla Biblioteca

culares mouantur: ꝛ cum adipe galline ꝛ farina ciceris. Quinta est: si mutatio coloris faciei fuerit multa ex simpasmatib⁹ que in tractatu de pulchritudine nominauimus curanda erit; hec Rasis. Simpasma in libris antiquis de greco translatis inuenitur: ꝛ est pulvis vel medicamen in forma pulueris qui corpori toti vel membro alicui vbi extenuare deficcare vel resoluere oportet in balneo prelauato oleo vel aliquo liquore aspergitur vel ipso fricatur corpus. Hoc aliquādo simaplima corrupte dī.

a ¶ Cum aūt ventus ꝛc. ¶ In secunda parte dicit q̄ regimen seu curatio fissurarum faciei cuꝫ ventus aut frigus aut sol sciderit eam querendum est in sermone de decoratione: scilꝫ quarti septima tract. 3. ca. 12. de cura fissuraꝝ: vbi scribit Paulus. Si sunt ex frigore: tunc cōfert eis accatia. Et iterum decoctio napoꝫ ꝛ napi ꝛ folia sicle ꝛ decoctio eius ꝛ propie cerotis factis ex eis cuꝫ adipibus notis ꝛ medullis ꝛ pice humida ꝛ alkitrā. Et si fuerint ex calore: hec cū cerotis frigidis ꝛ humidis conquassatis cuꝫ succis frigidis ꝛ humidis ꝛ rectificatio cibi ꝛ administratio balnei cum aqua tepida. Rasis vō quinto Almāsor. capi. scripsit de scissuris labiorum ꝛ faciei sic. Sumātur cera citrina: oleum rosatum: hyssopum: cerotū: adeps anatis colata: amilum: dragagantum: semen citoniorum: ꝛ ex eis hoc mō cerotum efficiatur: cera: adeps: oleum dissoluant quibus alia addantur ꝛ in mortario tandiu moueantur: ponec in vnum transeant corpus ꝛ fiat ex eis fricatio; postq̄ fricationem patiens balneum intret. Et postq̄ locus mollificatus fuerit dragagantum tritum super eum spargatur ꝛ deinde lauetur. ¶ Medicina ad labiorum fissuras. Si fissure magne fuerint terantur galle cum melle ꝛ fiat ex eis epithyma. Et ex fecibus olei ꝛ terebinthina ꝛ adipe anatis simul mixtis epithyma fiat. Aut galle trite in oleo terebinthine dissolute admisceantur ꝛ fiat ex eis epithyma; vel fiat epithyma ex terebinthina ꝛ mastice hyssopo ceroto ꝛ melle. Si autem fissuram habuerint labia que cum ab aliqua re tangitur lesionem affert fiat super eam ex oleo quorum epithyma: hec Rasis.

¶ De custodia iter agentis ab impedimēto diuersaꝝ aquaꝝ. Cap. sm. 7.

b **Quarum diuersitas ꝛc.** ¶ In hoc. cap. primo dat causam habende

a sollicitudinis in aquis iter agentium. Secundo agit de correctionibus aquarum per colationem decoctionem vel sublimationem solā: aut cum impōne luti. ibi (De eius autem.) Tertio per admixtionem alicuius cum ea. ibi (Aquam quoq;.) Quarto per ea que post eam vel ante eam sumuntur. ibi (Et post.) Quinto per deferre secum aquam propie terre aut lutuꝫ ipsius ad imponendum aquis extraneis. ibi (Amplius ex regimine.) Sexto per bibere eas interposito pāno. ibi (Aqua preterea.) Septimo per admixtionē rob acetosorum. ibi (Et rob.) ¶ In. 1. parte dicit primo q̄ diuersitas aquaruꝫ plus generat egritudinem in iter agentibus q̄z diuersitas ciborum. Primo q̄ citius ꝛ profundius penetrat ad epar ꝛ alia membra propter sui subtilitatem q̄z solidi cibi. Secundo q̄ plurimum substantie malorum ciborum per intestina effluit que sunt membra vilia dura: aque vero non. Tertio q̄ aqua nullam habet familiaritatem cum humano corpore qua confortet ꝛ nutriat ipsum sicut habet cibus. Quarto q̄ aqua per propriam naturam est inimica naturali calori ꝛ digestionibus omnibus. Quinto q̄ frequentius contingit itinerantibus in quibusdam locis nullam bonam reperire aquam q̄z nullus reperire bonum cibū. Sexto dicit q̄ propter hoc q̄ diuersitas aquarum est nocentior itinerantibus diuersitate ciborum maior de aqua sollicitudo est habenda ꝛ res aque. i. malicia ipsius diligenter corrigenda modis infrascriptis.

c ¶ De eius autem ꝛc. ¶ In hac parte secunda dat sex modos emendationis seu correctionis malarum aquarum maxime peccantiuꝫ in grossicie substantie vel turbulentia. Primus est vt aqua corrigenda coletur ꝛ fiat q̄ a corpore aque resudante per colatorium multum ex terrestreitatibus suis per resudationem egrediatur ab aqua remanens in colatorio. Jurta illud Rasis. 6. Alman. ca. 12. Aqua grossa ꝛ turbulenta clarificanda est ipsam multotiens de vno vase ad aliud mutando. Quod si fieri non poterit per colatorium quod ex farina tortellarum mal defacta fit coopertum coletur. Et Gal. in libello de aquis. c. vltimo ait. Si vero exercitui oporteat preparare bonam aquaꝫ ex mala: fouas decet fodere ab altis locis ad decliuales ꝛ per has ducere aquas imittendo ad foueas in quibus sit dulcis terra ꝛ porosa. Exinde autem ad lagenam transfluat: semper enim in foueis remanebit aque malicia. Sexus modus est per decoctionē seu bullitiones aque. Nam ipsam decoquere q̄nq; eam colat ꝛ separat substantiā pure aque ab eo q̄d permisceat ei de terrestreitatibus vt prius cā in hoc iaꝫ demonstrata est primi. 2. do. 2. sum. 1. c. 16. ℌ illo. Decoctio ergo nō subtiliat aquā nisi propter hoc q̄ auferat spissitudines frigoris: ꝛ q̄ facit q̄d ei cōmixtum est descendere. De hoc mō dicit Gal. libello de aquis. c. vlti. Conuersantes aūt vbi est prava aqua ingeniari opꝫ facere eam potabilē. Optimū est igit coquere eam in lageris figularibus ꝛ infrigidando per noctē rursus calefaciendo bibere. Tertius modus maior. i. efficacior hoc toto. s. vtroq; p̄dictoꝝ modoꝝ est per sublimationē: sic q̄ aqua cuius correctio queritur ponatur in alēbico seu distillatorio instro in quo fieri solet aqua rosata: ꝛ effluens aqua per rostrū alēbici recipiat in fiala vitrea vel alio vase nitido. Et q̄ tale vas distillatorii cum suo furnello raro reperit in via paratum: Rasis. 6. Almansor. ca. 12. descripsit sic alium sublimationis modum.

Quod si aqua valde insipida. i. mali saporis fuerit ꝛ oportuerit viatores vti ea: eam in ollam mundaꝫ ꝛ vitreataꝫ ponat: cuius oū er transuersō ligna supponat super que lanam carpinataꝫ mittat: quibus ita peractis ignez sub olla accēdat: ꝛ q̄d in lana colligit cōprimendo colligat: ꝛ q̄d ab ea manauerit bibat. Quartus modus est per distillationez cum lichinio lane rectore quale est lichinium vnde fiunt candele ſm hunc moduꝫ. Sit vas plenū aqua cuius correctio queritur in loco superiori cui imponatur vna extremitas lichinij: ꝛ sit sub eo vas aliud vacuū super q̄d pendeat alia extremitas lichinij. Et inclinetur paulatiꝫ vas superius in pte lichinij: sic q̄ p lichinium ꝛ non aliter effluat aqua a vase supiori in vas inferius. Et iste modus clarificandi aquā multū idoneus est si distillatio multotiens fiat per dictum lichiniuꝫ in quo quidem remanent terrestreitates aq̄ manente tandem aqua q̄si pura. Quintus modus est per decoctionez ꝛ impositionez luti ꝛ distillationez hoc modo. Bulliatur ad ignem aqua amara multa: ꝛ dum bullit p̄iciat in eam lutuꝫ liberū ab omni corruptione fetoꝛe ꝛ extranea qualitate: deide distilletur de vase in vas cum lichinio lane retorte fiē mēcio dictū est. Ut distillet super lanaꝫ positam in colatorio que sibi retineat terrestreitates aque distillāde. Sextus modus est per admixtionē luti ꝛ colationē hoc modo. Sumatur aqua pura ideſt cruda nulli alteri rei sicut vino vel aceto artificialr permixta sed sicut repta est: ꝛ imponat ei lutum liberū ab omni extranea qualitate: ꝛ maxime lutum q̄d ab estu solis fuit adustum: postea colet aqua per colatorii mūdum: sicut colantur nectar ꝛ ypocras: ꝛ sic franget aque illius malitia tam per lutuꝫ q̄d sibi retinet per terrestreitates eius q̄s per colationē ꝛ motum quibus subtiliat.

d ¶ Aquam quoq; cuꝫ vino ꝛc. ¶ In hac parte tertia primo docet corrigere malitiam aque ex defectu penetrationis. Secundo ex paucitate. ibi (Aqua etiam.) Tertio ex salsedine. ibi (Aqua preterea.) ¶ In prima particula dicit q̄ bibere aquā cuꝫ vino remouet malitiā aque ꝓueniētē ex difficili ꝛ tarda penetratiōe ꝓpter grossitiez siue substantie: qa vinuꝫ maxime albū vel subrubeuꝫ clarꝫ est velociter penetrativū a modo substātie ꝛ a qualitate ꝛ a familiaritate maxima cū humano corpore: quare facit aquam cui cōmiscet cito penetrare.

¶ Aqua etiaꝫ ꝛc.) ¶ In secda dicit q̄ cum pauca fuerit aqua neq; inuenitur ex ea satis ad tollendam sitim erit bibenda temperata cum aceto maxime in estate: quia ipsa excusat a multo potu vehementer sedans sitim: ꝓpterea q̄ aceruꝫ facit aquaꝫ ad intima membroꝝ cito penetrare: ꝛ ꝓhibet elevationez nimiam caloris supra humiditates corporis vnde causatur sitis.

¶ Aqua preterea ꝛc.) ¶ In tertia dat tres modos corrigēdi aquā salsaꝫ ꝛ reddendi eā potabilez. Primus est vt permisceat aceto q̄d ipsam subtiliet ꝛ sal ab ea descēdere faciat ꝛ supcalefactionē ꝓhibeat que ex sale timet. Secus est vt permisceat syrupo acetoso ꝓpter easdez cās ꝛ secum bibat. Tertius est q̄ p̄iciant in eam silique ꝛ grana myrti ꝛ sorbe. Et sunt silique grana rilocataracte in vagina recluſa sicut alia legumina que cū granis myrti aque salse imissa sua grauitate salsuginē aque depumūt ꝛ deducūt ad inferiora: idē faciūt sorbe. Sil'es modos emēdationis aque salse ꝑmeminit Rasis. 6. Almā. c. 12. dicēs. Salsa aūt si fuerit aqua cū aceto erit bibenda ꝛ rilocataracte de romania in ipsaꝫ mittende erunt aut semē myrti vel'sorbe aut lutū cotasceni: aut qui ea vti volunt citonia comedant. Citonia. n. ab aqua salsa remouent nocumentū. Et paulopost iteruꝫ dicit. Acetum quoq; aque salse sapoꝛez cōpumit: ꝛ syrupus acetosus ad hoc vtilis est.

¶ Attende q̄ Ari. 2. metheo. docet aquā maris salsaꝫ reddere dulcē ac potabilem facīdo q̄ resudet in vas cereuꝫ tenue per poros cere. Ait. n. illic. Si qs vas cereuꝫ formās posuerit in mare circūligans oꝫ taliter vt nō per rimā aliquā intret mare q̄d ingreditur per parietes cereos fit potabilis aqua.

e ¶ Et post ꝛc. ¶ In hac parte quarta primo agit de correctione aque aluminose. Secūdo amare. ibi (Super amarā.) Tertio stantis paludestris. ibi (Ante aquam.) Quarto grosse ꝛ turbide. ibi (Super aquas.) Quinto diuersaꝝ aquaꝝ in generali. ibi (Et eis quoq;.) ¶ In prima particula dat duos modos reprimendi malitiā aque aluminose iam bibite ꝛ aque pontice. Primus est sumere aliqd post eā q̄d ventrē soluit: vt mānaꝫ cassiā fistulaꝫ thamarindos diaprunis: quia aqua aluminosa fortiter restrictiua est ꝛ pontica: etiaꝫ qualis est aqua expressa a citoniis imaturis. Secus est post eaꝫ bibere vinuꝫ subtile ꝛ subrubeū vel albū: q̄ aqua aluminosa multū oppilatiua ē restringēs menstrua ꝛ hemoroydas ꝛ sputū ꝛ inducēs febres oppilando poros vꝛ qui se balneāt in ea: sicut scribit Paul. primi secda doc. 2. sum. 1. ca. 16. Vinuꝫ vō subtiat subtilis oppilatiōes fieri ꝓhibet ꝛ factas aperit sua penetratione.

¶ Sup amarā ꝛc.) ¶ In secda dat q̄tuor remedia cōtra impedimēta aque amare. Primū est q̄ sup eā exhibeant dulcia ꝛ vnctuosa: dulcia q̄dez sicut ficus vue passe dactili: vnctuosa vō vt butyrū oleū ꝛ carnes pingues: q̄ virt⁹ aque amare vehemēter abstergit ꝛ abradit superficiez membroꝝ p que trāsit: ſz dulcia ꝛ vnctuosa mulcent ꝛ leniūt. Secūm est q̄ aqua mara bibenda cū iuleb permisceat. Juleb arabice est syrupus simpler ex sola aqua ꝛ zucchаro. Vel adhibita aliqua pte aque rosate: vt ait Joānes Serap. in. 7. sui breuiarij. Et dicit grece iulen. Jstud sua lenitate reprimit vim abrasiuā aque amare: ꝛ sua frigiditate obuiat virtuti ipsius supercalefactiue. Jurta illud Rasis. 6. Almā. c. 12. Si in aqua fuerit amaritudo ei duꝫ bibit iuleb admisceat vel zucchara ꝛ comedat dulcia. Tertium est q̄ ante potū aque amara ꝛ anteq̄ voluntas assit bibendi bibat aqua cicerū ꝛ removebitur

bitur ab hac impedimentuz aque amare: quia aqua cicerum est aperitiua vehementer faciens aquam amaraz ei superbibitam que grossissima est velociter pertransire: quare non figitur circa superficiem membroruz tempore quo sufficiat eam abradere. Quod autē aqua amara sit grossissima' Bal'. affirmat. 4. simplicis medicine. ca. 23. Ubi loquens de aqua stagni palestine que amara est dicit. Et propter illud firistā aqua grauioz omni aqua ex narium aquis. Et ꝓpter illud si steteris in hac aq̄: deinde volueris submergi in ea non poteris. Et si accipis hominez & ligas manus & pedes & proycis euz in illud stagnum non submergitur: neq; descendit ad inferiora. Quartum est comedere cicera ante potum aque amare: quia in substantia eoꝝ est lenitiua virtus per quam prohibēt abrasionem aque amare & virtus aperitiua qua faciunt eā cito penetrare nō sinentes eam figi sup mēbri superficiem.

¶ Ante aquam vero &c.) ¶ In tertia particula dicit primo q nutrientia calida non sunt comedenda ante potum aque stantis & paludestris in qua est putrefactio: quia cibi calidi putrefactiōez aque augmētant & dilatari faciūt & ab ea putrefiunt. Secūdo dicit q supra aquam stantez & paludosam siue post eam stiptica danda sunt ex fructibus frigidis vt citonijs & macianis ideſt pomis stipticis sicut sūt poma de capenduto & ex acedula seu acetosa & ex micla. Et est micla cibus factus cum pane azimo & aliquando ei miscetur oleū: & tunc preparat ad vomituz: vt ait Princeps primi quarta ca. 11. Mā predicta oīa festinant descensum aque paludose sua stipticitate cōprimendo eaz ad inferiora. Et stiptici fructus infrigidatiui sua frigiditate repumunt putrefactionem & resistunt ei: & similiter acedula. De correctione huius aque dicit Rasis. 6. Almansoris cap. 12. Aqua vero si fuerit stans in se putrefactionez habens admixtam cum arob de succo vue acerbe & malorum granatorum & pomorum bibat. Cum autem aquam illam in potu sumit omnes calidos cibos dimittat & vinum nullo modo bibat nisi fuerit album subtile. Hec enim aqua stans est id quod plus potest generare febres q̄ aliqua alia res.

¶ Super aquas &c.) ¶ In. 4. particula dicit primo q alia comedenda sunt super aquas grossas & turbidas: q subtiliant eas & calefaciunt: & eas cito descendere faciunt: & prohibent ne stomacho noceant & intestinis: & ne venas oppilāt. Secundo dicit q alumen iameni quod scissum dicitur & alumen plume clarificat aquas turbidas dum proiicitur in eas. Istud alumen est valde stipticum: & ideo stipterea dicitur: quod cum prohiicitur in aquam turbidaz inferius exprimit terrestreitates eius & ad fundum vasis descendere cogit.

¶ Et eis &c.) ¶ In quinta dat tria remedia cōmunia contra maliciam aquarum. Primum est cepe quod est vt tyriaca malarum aquarū: & maxime cepe cuz aceto: q est subtiliatiuū incisiuum absterſiuum cum stipticitate & aperit fortiter: vt ait Prin. 2. huius ca. de eo. & est caliduz in tertio quare calefacit malas aquas prohibens ne sua frigiditate noceant stomacho: & subtiliat grossas faciens eas cito penetrare: & expellit nocumentum ventositatis venenorum. Et acetum huic permixtum vigorat eius virtutez in subtiliatione & penetratione aquarū: & prohibet a siti quam inducere solet cepe comestum. Secundum est alliuz de quo serapion in agregatorio cap. de eo scribit. Quando sumitur alliumz & post bibitur aqua corrupta nō nocet aqua illa potanti: cuius cause similes sunt causis de cepe nunc dictis. Tertium ex frigidis rebus ex lactuca: de qua scribitur in agregatorio serapionis cap. de ea q confert mutationi aquarum ignotarum: & id vt puto est a proprietate: sed a suis frigiditate & humiditate cuz subtilitate substantie reprimit acumen & supercalefactionem aquarum salsarū & amararum & sulfurearum & corruptionez putridarum. Ista remedia prememorat Rasis vbi supra dicens. Impedimentum preterea diuersitatis aquarum remouet cepas vel allia vel lactucam cum aceto comedere.

a ¶ Amplius &c. ¶ In hac parte quinta dat viatori duo remedia generalia cōtra mutationes & maliciae aquarum. Primum est q portet secum vel in lagena vel in barillo vel in alio vase de aqua sue terre & cuz peruenerit ad hospitiū primum quo vult hospitari permisceat hanc cum meliori aqua quaz inueniet in illo loco & ex ea bibat ac vtatur in cibis. Et dum recedet ab illo hospicio secuz ferat aquam illius hospicij vsq; ad aliud hospicium proximum: quam cōmisceat aque melioris istius hospicij qua decoquat cibos: & in potu vtatur. Et similiter ferat ex aqua cuiusq; prioris hospicij ad proximum sequens: & misceat ipsam cū aqua loci sequentis hospicij quatinus gradatim assuescat aquas plurimum distantes ab aquis illius territorij quibus consueuit vti. Et ita faciat donec peruenerit ad terminum quo tendit. Jurta illud Rasis serto Almanso. ca. 12. De his que nocumentum ex aquarum diuersitate remouent est vt non bibantur simplices sed vt cuiuslibet mansionis aqua cum precedentis mansionis aqua temperetur ipsam ei immiscendo. Secundum remedium conueniens est. Si viator se cum deportauerit de luto libero sue terre bonaz quātitatem & aliquid de eo permiscuerit cum omni aqua qua vsurus est in hospicijs suis cōminuendo ipsum in ea & postea dimiserit ipsum residere in fundo donec aqua clarificef. Jurta illud Rasis vbi supra. Ad hoc quoq; confert lutuz terre sue secum deferre de quo cum quieuerit parum accipiat & cum aqua misceat quam sic dimittat donec lutum descendat & aqua clarificetur: ex qua postea bibat.

b ¶ Aqua preterea &c. ¶ In hac parte sexta instruit iter agentem q duz bibit aquam bibat eam interposito pāno tenui lineo mundo colando. s. aquam per talem pānuz priusq; eam bibat: vel supponendo super hunc pānum rostro aquarie vel orificio tenuis cānalis & per eius medium suggendo illaz aquā. Primo vt si in illa aqua sint alique paruule sanguisuge latentes visuz retineant in panno nec cum aqua transglutiantur sicut interdum fit vnde sanguis per os effluere solet ipsis adherentibus & vulnerantibus mery. Secundo ne cuz dicta aqua trāsglutiant corpuscula alia qua mala secuz pmixta pre paruitate latentia visuz sicut terrestreitates corrupte vl' aliqua mala mineralia vel alique herbule acute. Jurta illud Rasis. 6. almā. ca. 12. Et si in aqua fuerint herbe in quib⁹ est acuitas & malitia ciboꝝ vnctuosos semper comedat. Et in ei⁹ colatura studeat: aquam quoq; non bibat nisi p alisen. i. per pānuz mediū.

c ¶ Et rob &c. ¶ In hac parte septima instruit iter agentem q secum deferat succos acetosos rob vocari solitos duz sunt inspissati: vt rob de agresta: rob de berberis: rob de acetosita te citri: rob de limonibus vel de arēgijs vel ō granatis acidis: & aliq̄ ex istis cuz aquis misceat quas bibere ītēdit. Et hi succi maxime seruiunt quādo aque bibende sunt calide acute vt salse nitrose sulphuree amare: & duz putride sunt vel ad putredinez declināt vel fastidiuz generant. Te ste Rasi vbi supra dicente. Aqua vō si fuerit stans i se putredinem habens admixtam cum arob de succo vue acerbe & malorum granatorum & pomoꝝ misceat. Et paulopost dicit. Aqua quoq; si fastidium fecerit cum arob malorum granatoꝝ erit bibenda.

¶ De regimine iter agentis in mari. Cap'm. 8.

d v

Jatori in mari &c.

¶ In hoc capitulo primo agit ō his que sepe cōtingunt viatori in mari. Secūdo de modis se hūdi ad hec duz supueniunt. ibi (Et opz.) Tertio de modis qb⁹ a vomitu preseruant. ibi (Preparatio tamen.)

¶ In prima parte dicit primo q vertigo frequēter accidit viatori in mari & reuoluitur cum ea. i. ei videtur q omnia que coram eo sunt voluantur in gyrum: quapropter non potest se tenere rectum. Causa vō huius est agitatio vehemens humoꝝ & spirituū ex motu nauigationis. Jurta illud Hyppo. ap'm. 4. ap'm. 14. Declarat autem nauigatio quoniā motio corpora perturbat. Vel lege resolut loco de reuoluitur. Et intellige q viator in mari quasi sincopizat cum sua vertigine ꝓpter agitationez humoꝝ circa orificium stomachi. Secundo dicit q nausea & vomitus frequēter accidunt in primis dieb⁹ viatori in mari: sed postea residet. i. placatur & quiescit stomachus vel ipse viator ab his accidentibus: q̄ duz mare intrat quicquid in stomacho est vel prope stomachū vehementer cragitat & cōmouet ipsum: sed postq̄ totū illud vomitu reiecit & mare didicit cessant accidentia prius enarrata vel saltem decrescunt.

e ¶ Et oportet &c. ¶ In secunda parte dicit primo q viator in mari non debet multum conari retinere vel compescere a principio nauseam aut vomitum: sed diminuatur vomitus ipsius continuari donec per ipsum fuerit bene purgatus. Hoc enim preseruat a multis egritudinibus & nedum preseruat: immo etiaz curat vel elleuiat graues & malignas egritudines. Jurta illud Prin. primi. 3. doc. 2. ca. 2. In paruis vero nauibus & magnis ferro confert lepre & hydropisi & apoplerie & stomachi frigiditati & eius inflationi: quoniam cum coram littoribus maris fuerit commouebitur ei vomitus. Deinde quiescet & confert stomacho. Sed nauibus ferri in mare altum est fortius in remouendo egritudines quas nominauimus propterea q sm animam leticia & tristicia diuersificantur & sm membra nutriendi. Secundo dicit q si vomitus viatoris in mari superfluerit sic q vehemēter debilitet ipsum: tunc est restringendus modis postea dicendis. Hec eadem meminit Rasis serto Almanso. cap. 13. dicens. Si stomachi subuersio acciderit & vomuerit permittēdus vomere aliquibus vicibus erit hic nāq; ei nō nocebit. Si aūt hic pluſq̄ necesse fuerit acciderit ei de rob fructuū quasi sorbendo sumat: atq; sumach & granatoꝝ grana & his similia tribuant ei: q si superfluus grauiter eū inuaserit vomit⁹ cū medicinis cholerice passionis curet.

f ¶ Preparatio &c. ¶ In. 3. parte dicit pmo q preparatio viatoris in mari preseruatiua ne vomitus ei superueniat nō est mala. & illud intellige si stomachus ei mundus ex se fuerit vel mundificatus purgatione vel abstinentia. Consequēter dat. 8. remedia contra nauseam & vomitum. Primum est q viator in mari comedat ex fructibus stipticis & acetosis: sicut sunt citonia & maciana acetosa vel ut poma de capenduto & malagranata acetosa quibus orificium stomachi confortatum depellit inferius humores. Et stomachus etiaz confortatus ab his humores repellit ad eum effluentes ex agitatione ab vndis. Scōm est semen apij tritum & bibitū cum vino quod nauseam cōmoueri prohibet & cōmotam sedat. ¶ Contra dicit Prin. 2. huius. c. de apio. In semine quidem apij est aliquid qd̄ facit nauseaz & vomitū nisi assetur. Item dicit ruffus q apium q̄q; attrahit ad stomachum humiditates malas acutas: & crudū de eo in stomacho plongatur & facit nauseā. Itez in aggre. sera. scribit q apium provocat vomitū. ¶ Dic q semen apij per assationē pdit vim vomicā & nauseatiuā & fit bonū stomacho. Jurta illd sera. in aggre. c. de eo. Et. G. Ilib. de dieta. Apiū ē magis ꝓcerēs stomacho aliis spēb⁹: & magis sibi ōlectabile. Tertiū ē absinthiū comestū aut bibitū: de quo scribit in aggr. sera. c. de eo q virt⁹ ei⁹ pma ē cal'a in pmo gradu: & sicca in scdo. Et virt⁹ ei⁹ scda ē q abstergit & fortificat. Et virt⁹ ei⁹. 3. ē q facit descēdere qd̄ ē in

stomachu & humoribus cholericis: & expellit eos per secessum. Quartum est generale scilicet nutritio viatoris in mari ex cibis acetosis confortantibus os stomachi & prohibentibus fumos & vapores ascendere ad caput: sicut sunt lentes cocte in aceto vel in succo vue acerbe. Quintum est parum calamenti comestii: de quo scribit scō huius capitulo & eo. Et est vehementer conferens tremori cordis stomacho & conturbationi & nausee. Sextum est hasce & quo scribit scō huius. ca. & eo: q adiuuat digestionem & eius syrupꝰ remouet malitiā digestionis & paucitatem appetitꝰ. Et in sinonymis Januēsis & Mesue dicit q hasce est thymus. Et in sinonymis Auicēne & glosis marginalibus ipsius exponit q est hyssopus hortulana. Septimum est panis fractus in vino aromatico vel in aq̄ frida cui interdu modicū hasce cōmiscet. Panis. n. fractus & se ꝓfortat: & vinū taz sua vinositate q̄z aromaticitate plurimū amicat stomacho & cordi. Octauū est epithymare seu linire nares interius cū ceruſa. Et est ceruſa sicut cinis plūbi. Et q̄z fiunt oēs ceruse cū aceto vt ait Dun. 2. hnꝰ ca. & ea. Sicut ergo odor aceti q̄z compescit nauseā & vomitu: sic ceruſa a fortiori naribus intus liuita. ¶ Attende b q Rasis. 6. Alman. c. 13. quasdaz tradidit alias cautelas viatori in mari dicens. Opz vt qui per mare vult incedere a rob fructuū & de medicinis quibus vti consueuit secuz deferat. Ante tū q̄z mare ingrediat per aliquot dies comestionē quā vti cōsueuit debet minuere quo ipe ipso vtat cibo qui & his fit qui stomachū faciunt rigidum. Ea quoq; die qua primuz ingredit mare aquaz non intueatur: sed ea odorare & comedere paulatim inciptat que vomitum reprimunt.

seam ne cōmoueatur & sedabit eam cum cōmouebitur: & absynthiuz similiter. Ex eis etiaz que id prohibent est vt ex acetosis os stomachi confortantibus & vaporem ne ad caput ascendat prohibētibus nutriat. Et hec qdez sunt lentes in aceto & in succo vue acerbe: & paz calamenti & hasce & panis fractus in vino bene redolente aut aqua frigida. Et est qñ in ea ponitur hasce, Nares quoq; eius interius cum ceruſa sunt epithymande.

¶ Explicit sen tertia primi cañ. Auicen.

¶ Explicit Additamentuz huius Voluminis: in quo sunt prima: scōa: & tertia Fen cañ. Auic. phyſicoꝝ principis: cuz expoſitione Jacobi de Partibus: & Gentilis de Fuliginio: atq; Matthei de Gradi. Cum in volumine ciuſmodi antea impreſſo: non erat expoſitio Gentilis super scōa & tertia Fen primi cañ. Item Matthei de gradi sup Summa scōa Doctrine tertie Fen scōe: que in eodem antea impreſſo non habebatur. Addita sunt hec: quia viſa sunt vtiliſſima.

Impreſſum Ño nouiſſime Venetijs per Philippū Pinciū Mantuanū. Anno dñi. 1523. menſe Maij.

Regiſtrum.

a
Primū volumen
Gentilis
bile. Dicunt
bus egritu.
b
intelligi per
Sed complexio
a ¶ Harum
gis non
c
extremitates
nem consimilium
Scōa solutio.
Scōa ꝓpoſitio.
d
a ¶ Res
verſe ꝓpie.
ſamur ꝓpter
patientium
e
a ¶ Poſtea
a ¶ Deinde
riarum. Dōm
mo nutritur
f
caloris
a ¶ Calor
aduenit ex
tes videri
g
gradatim
dus: non
aliquis & ſic
rum a membris
h
a ¶ Que autem
naturalem
coctionem
a ¶ Debes
f
a ¶ Adhue
febris ſi eſt
nutricatio
uare ſermones
k
a ¶ Et debes
ma cōmixtio.
nerui
a ¶ Contrac.
l
a ¶ Et ꝛ
nuitate
quia cum
tria. Conſi.
m
batur caro
Alui. quia
ſum tactus
a ¶ Membroꝝ
n
Et quando
aurium
ſas exiſtentes
quatuor
o
Et iunctura
¶ Ultima
Secundo
oſſa pectoris
p
& prohibet
cipit illic
ſculorum
Caput
q
circa &
manus in
¶ Et quibus
& ſm eos
r
e ¶ Factum
tes. Attende
mo: dicit
ſufficit
poſſibili
s
fluitatibus
hic q̄ in
ſita eſt in
re. Sed
b ¶ Virtutum.
t
lectum
guitur auc.
alia ſpecie
ex ſignis
nis calidum
v
actum &
per Ariſto.
a ¶ Et hec
ei neceſſarie.
a ¶ Et virtu.
nem qua
x
¶ Fen ſecunda
tudo eſt
3. & accidenti
queſtio
y
egritudo
a ¶ Et ſanguineū
ex ipſo
Debetis
z
¶ Doctrina
bannus
a ¶ Jam
quarta
&
ſed in
guinis vt
Cuius rei
re: quia
2
¶ De eis
¶ De his
¶ Sed diceret
ſenti dicitur.
ꝓ
reductio
a ¶ Unuſcuiuſq;
generalem
patet
aa
eſt cauſa
quarto
ſum primo
frigidum
bb
¶ De cauſis
comprehenditur
¶ Ad hoc
ma quia
cc
quia ſi eſt
totum
retinetur
dicitur
dd
celeſtis
a ¶ Et genus
ſub aliter
Cuiq; eius
ee
ſuper rotam
diſpoſitionem
ipſe. ſ.
tioni ſonoꝝ
ff
ibi. Quod
raritatis
euentandum
¶ De pulſibus
gg
calor imo
rati color
¶ Ulterius
hic oſtendit
hh
partes,
a ¶ Et in
ſucco
accedit
ii
modo talis
guedinis
¶ De ſignatiōibꝰ
a ¶ Et vnine ꝛc.
kk
clare ad modum
modo
tum qui
a ¶ Dicemus
ll
ſit poſſibile
quare ſuperfluit
la habens
lis dicitur
mm
¶ De rebus
¶ De ſignatiōibꝰ
recipit
a ¶ Que vero
nn
a ¶ Conditiones
raſcere
vt dicta
ſerentis
oo
¶ Doctrina
rio. Et
a ¶ Unuſquiſq;
¶ De ora
pp
mari cōuenienter
nitio autem
ſaltem illud
permiſcetur
qq
adductam
vel ad
a ¶ Laboriosi ꝛc.
diores q̄z
rr
iſtorum
¶ De laſſitudine
de ſe
¶ Sed dices
ſſ
duoꝝ modoꝝ
nibus primis
¶ De fricatione
¶ Doctrina
tt
fallar eſt
tra ſitim
vſq; ad
Finis

Universidad de Deusto

Tabula dubioꝝ Gentilis ſuper primo canc. Aui.

Tabula dubioꝝ ac capituloꝝ Gentilis Fuliginatis ſup Primo Secũdo ⁊ Quinto canonis Auicẽne.

✝
✝✝✝
✝

¶ Dubia Probemij.

Ur ſcientia vniuerſalis ſimplicium medicinaruꝫ nõ ponitur in primo libro.
2 Utrum ſcientia quarti libri debeat precedere ſcientiam tertij.
3 Utrum omnium ſcibilium medicine poſſit haberi certa cognitio.

En prima. Doctri. prima. Cap. j.

1 Utrum definitio medicine ſit bona.
2 Utrum medicina ſit ſcientia vel ars.
3 Quomodo in artibus eſt theoricum.
4 Quomodo in philoſophia eſt practicum.
5 Utrum ſcientia medicine diuidatur in ſcientiaꝫ ⁊ operationem.
6 Qũo theorica eſt ad ſciẽdũ principia ⁊ nõ practica.
7 Utrum aliqs poſſit eſſe perfectiſſimus medicus libro ⁊ voce: quãuis nunq̃ operatus fuerit aut viderit operari.
8 Utrũ conſequentia Aui. valeat. non eſt ſanum: ergo recedit a ſanitate.
9 Utrum litigium in neutro conferat medico.
10 Utrum medicina diuidatur in theoricam ⁊ practicam.

¶ Capitulum. 2.

1 Utrum corpus humanum ſit ſubiectum medicine.
2 Cur poſt cauſas non numerauit accidentia.
3 Utrum Aui. reliquerit cauſas inſtrumentales.
4 Utrum ſanitas ſit forma abſoluta an reſpectiua.
5 Utrum humores ſint ſubiecti ſanitatis ⁊ egritudinis.
6 Utrũ inter cauſas efficientes debuiſſet enumerare res naturales.
7 Cur ponens membrum ſanitatis dixit membrum aut ſpiritus.
8 Utrum complexio aut compoſitio ſint cauſa formalis ſanitatis.
9 Utrum virtus poſſit eſſe cauſa formalis egritudinis.
10 Cur non dixit q̃ vnitas eſt cauſa formalis.
11 Quomodo complexio poteſt poni cauſa formalis ⁊ efficiens.
12 Quomodo virtus aduenit poſt complexiones.
13 Quomodo operationes ponuntur cauſe finales ⁊ ſupra efficientes.
14 Utrum practica diuerſatur ſm cauſas ſanitatis ⁊ egritudinis.
15 Utrum inter ſanitatem ⁊ egritudinem detur medium.
16 Quare determinat de ſanitate ⁊ egritudine ⁊ de complexione diſtincta.
17 Utrum medicina ſubalternatur philoſophie naturali.
18 Cur dixit Auic. q̃ res de quibus debet ratiocinari ſunt egritudines ⁊ eius cauſe ⁊ non dixit ſanitates.
19 Cur ibidem dixit ⁊ cauſe particulares.

¶ Doctrine ſecunde. Cap. j.

1 Utrum locus terre ſit centrum mundi.
2 Utrum formale loci terre ſit in medio.
3 Quomodo terra facit ad fixionem.
4 Utrum aqua circundet terram.
5 Utrum locus ignis ſit concaua celi ſuperficies.
6 Quare non dixit de qualitate ignis ſm regulam frigidorũ elementorum?
7 Quare ignis non ſit frigidus: ⁊ ſi eſt calidus quare non calefacit.
8 Utrum gravitas terre ſit abſoluta.
9 Utrum aer ſit gravis an levis.
10 Utrum aqua ſit humidior aere.
11 Utrum terra ſit frigidior aqua.

¶ Doctrine tertie. Cap. j.

1 Utrum materie que erant ſub formis elemẽtorũ cũ ſunt forma mixti iuxta ponantur taliter q̃ poſſimus illas diſtinguere.
2 Quid eſt id̃ ex quo vniuntur qualitates in vnam formam que eſt cõplexio.
3 Utrum complexio ſit ſubſtantia.
4 Utrum mixtum corrumpatur ab intrinſeco.
5 Utrum complexio ex elementis ſit vna.
6 Utrum omnes quatuor qualitates ſint active ⁊ paſſiue.
7 Utrum reperiatur complexio equalis ad pondus.
8 Utrum ſit dare complexionem inequalem ad pondus.
9 Utrũ deſtructis aliis ſpeciebus primus modus equalitatis ſit in homine.
10 Utrum ille primus modus poſſit certe cognoſci.
11 Que multitudo ⁊ paucitas ſunt termini huius equalitatis.
12 Utrum equalitas ſecundi modi ſit ſpecifica vel indiuidualis.
13 Utrum ſicut ſecundus modus qui eſt medium reperitur in pluribus: ita eius extrema reperiantur in pluribus.
14 Cur Aui. non fecit modum diſtinctum equalitatis ex etate.
15 Cur ſecundo modo equalitatis non appoſuit conditionem ex regione.
16 Utrum equalitas ſecundi modi habeat latitudinem.
17 Utrum reperiatur complexio ex coalteratione.
18 Utrum illa complexio ex coalteratione ſit vna.
19 Utrum complexio ex coalteratione ſit principium operationis.
20 Utrum cutis complexio ſit vna.
21 Utrum membra principalia declinent ad calidum.
22 Quid Auicenna intelligit per vitam.
23 Cur caliduꝫ mixti indiget humido ⁊ non calidum ignio. Deficit.
24 Cur non dixit de teſticulis cum ſint membra principalia. Deficit.
25 Utrum cerebrum remittat caliditatem cordis.
26 Utrum ex dicto Auicẽ. poſſit probari cerebrũ remittere caliditatẽ cordis.
27 Utrum Auicẽna ſibi contradicat quia prius dixit q̃ homo mẽbroꝝ coalteratione eſt ꝓpinquus equalitati certe: ⁊ hoc dicit q̃ comparatione mẽbrorum principalium diſtat.
28 Cur Auicẽ. attribuit ſupradictis in alio dubio ſecũdo modo equalitatis cũ etiam competat diſtemperatis.
29 Utrum homo magis appropinquet equalitati ad pondus quocunq̃ alio animali: ⁊ ſi ſic quis homo. Deficit.
30 Utrum tertius modus ſit anguſtior primo modo.
31 Utrum ars medicine poſſit permutare complexionem indi ad complexionem ſclaui.
32 Utrum hec equalitas tertij modi ſit tm̃ ſanitatis aut etiam vite.
33 Utrum quartus modus equalitatis includat ſecundum.
34 Cur Aui. cõparauit illuꝫ q̃ntũ modum primo ⁊ tertio ⁊ nõ ſcõ ⁊ quarto.
35 Utrum iſte modus equalitatis quintus ſit anguſtior primo ⁊ tertio.
36 Utrum iſte modus ſit anguſtior ſcõ ⁊ quarto hñtibus latitudinem.
37 Utrum ſit poſſibile duo indiuidua habere eandem complexionem.
38 Utrum modi equalitatis in q̃bus cõſiſtat humana cõplexio ſint octo tm̃.
39 Cur diſcurrit Aui. ſoluꝫ per primũ ⁊ tertiũ ⁊ ſeptimũ. Deficit.
40 Cur omiſſum eſt diſcurriſſe per quintum ⁊ ſextum modum.
41 Utrum cutis ſentiat.
42 Utrum ipſa ſit temperate complexionis.
43 Utrum extremitates digitorum ſint melioris ſenſibilitatis.
44 Utrum reperiatur medicina temperata.
45 Utrum ſit reperire ſimplicem diſtemperantiam.
46 Utrum ſimplices diſtemperantie poſſint perdurare.
47 Utrum corpus tale ſimpl'r poſſit tota vita conſeruari tale. Deficit.
48 Utrum ſiccitas maior q̃ oportet reddit cito corpus frigidius q̃ oportet.
49 Utrum humiditas ad vltimum reddit corpus frigidius q̃ oportet.
50 Utrum perfectior eſt ſanitas cum caliditate q̃ cum frigiditate.
51 Utrum aliqua complexio poſſit ſimul eſſe calidior ⁊ frigidior.
52 Utrum poſſit reperiri mala complexio ſine materia.

¶ Capitulum. 2.

1 Que eſt illa complexio ſm quam membra graduãtur in complexione calida aut frigida.
2 Unde eſt q̃ auctores loquentes de complexione membrorum organicorum aliquando intelligunt de illa que reſultat ex partibus ſuis: ⁊ aliquando de influente.
3 Cur omnia membra comparantur ad cutim in complexione.
4 Qua via iudicamus de complexione membri.
5 Cur non poſuit doctrinam totius complexionis hominis.
6 Utrum ſpiritus ſit calidior res que ſit in corpore.
7 Utrum cor eſt calidius ſpiritu: an econuerſo. Deficit
8 Utrum ſanguis in epate habeat caliditatem actualem ſicut ſparſus.
9 An epar ſit minus calidum q̃ ſanguis.
10 Utrum caro ſolum ſenſitiva ſit calidior carne motiua.
11 Utrum ſplen ſit minus calidum epate.
12 Utrum renes ſint membrum calidum.
13 Utrum tunice venaruꝫ ⁊ arteriarũ ſint ꝓpinquiores cuti q̃ caro ſimplex.
14 Cur poſuit nouem gradus caloris in membris ⁊ non in medicinis.
15 Cur poſuit tredecim ordines membroꝝ frigidoꝝ ⁊ tm̃ nouem calidoꝝ.
16 Utrum flegma ſit frigidius qđ erikit in corpore noſtro.
17 Utrum pili ſint calide complexionis an frigide.
18 Utrum nucha ſit frigidior cerebro.
19 Utrum cerebrum ſit frigide complexionis.
20 Utrum adeps ⁊ pinguedo ſint frigide complexionis.
21 Utrum adeps ſit frigidior pinguedine an econuerſo.
22 Utrum flegma ſit humidius qđ eſt in corpore.
23 Utrum cerebrum ſit humidius q̃ nucha.
24 Cur caro mamillaruꝫ ⁊ teſticuloꝝ non ponit inter membra calida.
25 Cur non poſuit etiam pulmonem inter membra calida.
26 Cur pulmo ponitur humidus cum deberet poni ſiccus.
27 Utrum membra ſimilentur ei a quo nutriuntur.
28 Utrum membrum ſm accidentalem complexionem ſimiletur ei quod ab ipſo ſuperfluit.
29 Quid intelligit Auicen. per vapores corporis aſcendentes ad pulmonem.
30 Utrum pili ſint de materia fumoſa.
31 Utrum pilus ſit humidior oſſe.
32 Utrum panniculus ſit ita ſiccus ſicut chorda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tabula dubiorum Gentilis

33 Quomodo nerui motiui sunt frigidi ⁊ sicci.
34 Utrum cor sit complexionis sicce vel humide.

Capitulum.3.

1 Cur Auicen. non definiuit etatem.
2 Utrum etates sint quatuor.
3 Utrum in aliis viuentibus reperiantur etates.
4 Utrum augmentum duret .30. annis.
5 Utrum complexio naturalis ⁊ complexio etatiua differant.
6 Utrum perfectio iuuentutis duret aliquo tempore.
7 Utrum caliditatis puerorum sit maior vel iuuenum: an equalis in radice.
8 Cur Aui. volens declarare equalitatem gradus in illis dixit vnam calidi tatem aut vnum corpus subtile calidum.
9 Cur dixit penetrasse ⁊ non penetrare.
10 Cur Auicen. exemplificans dicit si opinemur caliditatē penetrasse in substantiam humidam multam cum puer sit paruus etiam dixit in substantiam siccam paucam vt lapis: ⁊ tamen iuuenis est multe extensionis.
11 Utrum calor senum sit minoris quantitatis: ⁊ maioris acuitatis calore puerorum.
12 Cur Auic. procedit cum ratione de istis caloribus cum Gal. improbat antiquos in hoc.
13 Quomodo se habent dimensiones humidi proprij ad dimensiones sicci q̄ non est ita proprium subiectum caloris.
14 Distillatio in vasibus equalibus humido pueri ⁊ iuuenis que istorum est maiorum dimensionum.
15 Utrum in pueris sit gulositas.
16 Utrum tantum post tempus consistentie aer exiccat humidum nostrum.
17 Utrum aer nos circundans nos exiccat.
18 Cur dixit Auicen. q̄ calor naturalis adiuuat.
19 Cur dixit calor naturalis qui est intus.
20 Utrum calidum naturale exiccet humidum nostrum radicale.
21 Utrum si virtus esset infinita ⁊ faceret eius restaurationem ⁊ dissoluitur equaliter ⁊ vno modo siccitas augeretur.
22 In qua etate generatur humor flegmaticus ⁊ in quibus locis.
23 Utrum aliqua mors sit naturalis.
24 Cuius humidi consumptione fit mors.
25 Utrum de morte naturali sit dolor.
26 Utrum terminus vite naturalis possit prolongari.
27 Utrum concesso q̄ aliquis merito complexionis debeat viuere .80. annis ⁊ ex aspectu celesti solum .60. que istarum erit naturalis.
28 Utrum posito q̄ aliquis ex complexione sua sanguinea debeat viuere .70. annis ⁊ ex dispositione individuali solum .60. moriatur in .70. vel in .60.
29 Utrum iuuenis sit temperatior puero an econtra.
30 Utrum inter etates extremas possimus effingere equale ad pondus vnus ad quod alie etates comparantur.
31 Cur est q̄ transeundo ab humiditate pueritie ad siccitatem senectutis nos transimus per temperantiam in siccitate .s. in iuuene: ⁊ tamen transeundo a calido pueri ad frigidum senis non transimus per temperamentum inter caliditatem ⁊ frigiditatem.
32 Utrum masculus sit calidior femina.
33 Utrum masculus sit femina humidior.
34 Utrum substantiam carnium multeris sit rarior carne viri.
35 Utrum habitantes terras septētrionales sunt humidiores.

Doctrine quarte Cap.j.

1 Utrum humor sit corpus humidum liquidum in quod in primis conuertitur nutriens.
2 Utrum humor malus possit nutrire.
3 Utrum prima humiditas sit humor contentus in foraminibus extremitatum parvarum venarum.
4 Utrum secunda humiditas sit flegma.
5 Utrum quarta humiditas sit humor.
6 Cur in definitione quarte humiditatis dixit a principio nativitatis.
7 Utrum res sit humiditas necessario requisita pro ordine nutritionis: ita q̄ prima humiditas transeat necessario tota in secundam ⁊ secunda in tertiam.
8 Quomodo differt nutricatio ⁊ humectatio facta a flegmate ab illis factis a rigore.
9 Qua ratione in transmutatione prime humiditatis in cambium resultat res fm Gentilem eadem ratione resultat aquosa superfluitas.
10 Utrum ad hoc quod sanguis nutrit oportet eum transire per tres humiditates.
11 Utrum humores sint quatuor.
12 Utrum sanguis sit calidus ⁊ humidus.
13 Utrum definitio sanguinis naturalis sit bene assignata.
14 Cur non definitur flegma ab Auic.
15 Cur cum flegma possit conuerti in choleram ⁊ melancholiam non notificauit per conuersionem in illis sicut fecit de sanguine.
